

DOCUMENTOS DE JAIME I DE ARAGÓN

VI

1269 – 1274



Edición no venal. Prohibida su venta. En soporte digital y para descargar con permiso de su autora bajo licencia Comunes Creativos BY-NC-ND. Se permite descargar la obra y compartirla con otras personas, siempre que se reconozca su autoría (BY). No se puede utilizar comercialmente (NC) ni se puede cambiar de ninguna manera (ND)

Colección
creada por
Antonio Ubieto Arteta (†),
Catedrático de Universidad.
Zaragoza

DOCUMENTOS DE JAIME I DE ARAGÓN
VI
1269-1274

Ambrosio Huici Miranda (†)
María Desamparados Cabanes Pecourt

Edición no venal. Prohibida su venta.

Depósito Legal: Z 1843-2017

© María de los Desamparados CABANES PECOURT

© ANUBAR. Ediciones (<http://www.anubar.com>)

Maquetación: ANUBAR. Ediciones

Todos los derechos reservados. Queda prohibida la reproducción, total o parcial de este documento, por cualquier medio, sin el previo y expreso consentimiento por escrito del autor o ANUBAR. Ediciones.

Zaragoza
2017



Prólogo

Los documentos que recoge el presente volumen se inician en 1269. Se corresponden, por tanto, con la tercera etapa de la vida del Conquistador, la más sembrada de tropiezos pues durante la misma tendrá lugar su malogrado intento de cruzada a Tierra Santa, dificultado por causas meteorológicas, la fallida coronación por el pontífice pretendida en su viaje al concilio general de Lyon, las relaciones más o menos tumultuosas con su hijo Pedro hasta hacer la paz y la rebeldía del vizconde de Cardona y aliados -al que repetidamente reclamó sus feudos-, lo que motivó una reiterada solicitud de dinero y tropas a sus súbditos, tanto nobles como concejos, que en algunos casos quedaron exentos a cambio del pago de fonsadera.

La serie se cierra finalizado el mes de diciembre de 1274. Son en total 457 textos (números 1620 a 2176), entre originales y copias, material que, como en el resto de volúmenes de la colección jaimina, auna material ya publicado y un pequeño grupo inédito. En todos los casos se especifica suficientemente a su editor o transcriptor, tanto si está reproducido de la *Colección diplomática de Jaime I*, de don Ambrosio Huici, finalidad básica de esta colección documental, como de cualquier otro editor, siendo responsabilidad de cada autor la calidad de la transcripción. En el caso de documentos que sólo ofrecen cita de fondo archivístico en la cabecera, y no de publicación, han sido transcritos por la editora.

Aunque la acción del monarca se ejercía por un igual en todos los territorios de su dominio, su reflejo en este conjunto diplomático es desigual. De hecho la mayor representación la ostenta el Reino de Valencia, sus localidades, incluida la capital, que son protagonistas en el 25 % del total documental, mostrando un franco predominio entre ellas las de Alcira, Burriana, Villarreal y Játiva, todavía en claro proceso repoblador.

En cuanto a la temática ofrecida por el conjunto es varia, aunque destaca la atención prestada a la minoría judía de todos los territorios de la corona aragonesa. Hasta un 14 % son documentos a ellos dirigidos, lo que es índice de la curiosidad que su estudio ha despertado siempre entre los investigadores.

Otros asuntos igualmente tratados son los problemas de convivencia entre poblaciones limítrofes, lo que obligaba al monarca a establecer o fijar sus términos en numerosas ocasiones, pudiendo citarse los pleitos entre las localidades turolenses de Mosqueruela y Valdelinares, Camarena y Valacloche, Rubielos y Nogueruelas, o la confirmación de términos del propio concejo de Teruel con el maestro del Temple. Y también ocurre en territorio valenciano, donde el rey confirma la sentencia sobre términos que había sido pronunciada para los hombres de Cocentaina, Alcoy, Penáguila, Travadell, Planes, Perpunchent, Albaida y Agres. En otras ocasiones son sólo meras confirmaciones de términos o amojonamientos, casos de las localidades aragonesas de Mosqueruela, Pina y La Almolda.

La cesión del cobro o administración de las rentas reales para pagar las deudas adquiridas es otro tipo de documentos frecuente. En esos casos el rey hace reconocimiento explícito de la deuda en el tenor documental al tiempo que define el objeto de la hipoteca. Abundan entre ellos la enajenación de castillos; son muchos los documentos en tierras valencianas que hacen recaer en las tenencias castrales el cobro de la deuda; y también suelen figurar los embargos de regalías, caso de las salinas de Nabal y Arcos entre ellas.

Tampoco faltan diversos nombramientos otorgados por el monarca de tipo vario: de notarios en Valencia y Lérida, de escribanos en Barbastro, Jaca, Perpiñán o Tárrega, de custodios de los puentes de la Boatella y Roterros en Valencia, o de capellán real en su capilla de Montpellier, entre otros.

Y ya para no hacer más prolija la relación temática, se pueden citar asuntos urbanísticos de distinta índole y diversa ubicación, como son la ampliación del pórtico del monasterio de Santa María Magdalena y la

construcción del puente de piedra de la ciudad de Valencia, o las obras en el de Zaragoza o de la acequia de Villarreal. En todos los casos el rey proveía el financiamiento de las obras con cantidades a deducir de impuestos o de los ingresos generados por la propia obra pública a conservar.

Siglas empleadas

CA = Archivo de la Corona de Aragón
 ACCII = Archive Comm. Collioure
 ACCV = Anales Centro Cultura Valenciana
 ACH = Archivo Catedral Huesca
 ACP = Archive Comm. Perpiñán
 ACT = Archivo Catedral Tortosa
 ACTh = Archive Comm. Thuir
 ACV = Archivo Catedral Valencia
 ACVf = Archivo Comm. Villafranca Conflent
 ADPO = Archive Depart. Pyrenèes Orientales
 AHCC = Archivo Histórico Comarcal Cervera
 AHCT = Archivo Histórico Comarcal Tárrega
 AHM = Archivo Histórico Mallorca
 AHN = Archivo Histórico Nacional
 AHP = Archivo Histórico Perpiñán
 AHPT = Archivo Histórico Provincial Teruel
 ALSZ = Archivo de la Seo. Zaragoza
 AMA = Archivo Municipal Alcira
 AMAImudévar = Archivo Municipal Almudévar
 AMB = Archivo Municipal Barcelona
 AMBb = Archivo Municipal Barbastro
 AMC = Archivo Municipal Cocentaina
 AMCs = Archivo Municipal Castellón
 AMG = Archivo Municipal Girona
 AMHu = Archivo Municipal de Huesca

AMJ = Archivo Municipal de Jaca
AML = Archivo Municipal Lérida
AMM = Archivo Municipal Mallorca
AMMp = Archivo Municipal Montpellier
AMP = Archivo Municipal Puigcerdá
AMT = Archivo Municipal Teruel
AMV = Archivo Municipal Valencia
AMX = Archivo Municipal Xàtiva
ANF = Archivo Nacional Francia
ARV = Archivo del Reino de Valencia
AZV = Archivo Zaidía Valencia
BABLB = Boletín Academia Buenas Letras Barcelona
BN = Biblioteca Nacional
BRAH = Boletín Real Academia Historia
BSAL/ Bol. Arq. Lul = Boletín Sociedad Arqueológica Lulliana
BSCC = Boletín Sociedad Castellonense de Cultura
CHCA = Congreso Historia Corona Aragón
CO.DO.IN = Colección de Documentos Inéditos del Archivo de la
Corona de Aragón
EEMCA = Estudios Edad Media Corona Aragón
IEA = Instituto Estudios Alicantinos
IEC = Institut Estudis Catalans
MABLB = Memorias Academia Buenas Letras Barcelona
Mosqueruela ACT = Archivo Comunidad Teruel
OO.MM. = Órdenes Militares
RABM = Revista de Archivos, Bibliotecas y Museos
RAH = Real Academia de la Historia
VV. AA. = Varios Autores

Documentos

1269, enero, 6

1620

Jaime I, rey de Aragón, concede treguas al rey de Granada.

ACA. *Cancillería. Registro 13*, fol. 130.

Publ.: CARRERAS, F., "La Creuada a Terra Santa", *ICHCA*, I, 113. CUBELLS, M. *Revue Hispanique*, t. 37, pg. 142.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.298.

Don Jayme, por la gracia de Dios rey de Aragon, de Malorchas, de Valencia, comte de Barcelona et d'Urgel et senyor de Mompeller, al noble rey de Granada. Saludes et amor. Fem vos saber que el noble rey de Castela nos rogo que vos diessesmos tregua, que nengun mal no vos lexassemos fer ab nostros homes. On nos, per amor del dito rey, damos vos la dita tregua mentre que el toviere per ben, assi que nos ne nuestros homes no faremos mal a ren del vostro.

Datum, VIII idus ianuarii, anno Domini M CC LX VIII.

1269, enero, 6

1621

Jaime I, rey de Aragón, concede treguas al señor de Ceuta.

ACA. *Cancillería. Registro 15*, fol. 130v.

Publ.: CARRERAS, F., "La Creuada a Terra Santa", *ICHCA*, I, pg. 113. CUBELLS, M. *Revue Hispanique*, t. 37, pg. 142.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.299.

Don Jayme, por la gracia de Dios rey de Aragon, de Malorchas, de Valencia, comte de Barcelona et d'Urgel et senyor de Mompeler, a vos alfaqui Abualcaçin Ibnabubaer Alaçfi, senyor de Cepta. Saludes et amor.

Fem vos saber que el noble rey de Castela nos rogo que vos diessemos tregua, que nengun mal no vos lexassemos fer ab nostros homnes. On nos, per amor del dito rey, damos vos la dita tregua mentre que el toviere per ben, assí que nos ne nuestros homnes no faremos mal a ren del vostro.

Datum VIII idus ianuarii, anno Domini M CC LX VIII.

1269, enero 12**1622**

Jaime I, rey de Aragón, concede a su hijo don Sancho, arzobispo de Toledo, siete mil sueldos sobre la judería, morería y peaje de Teruel.

BN. Coleccion del P. Burriel, *tom. DD 42*, fol. 215.

Publ.: *Memorial Histórico Español*, I, pg. 239, núm. 108.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, damus et concedimus vobis, karissimo filio nostro Sancio, Dei gratia archiepiscopo Toletano, pro honore ad forum Aragonie diebus omnibus vite nostre tria millia octingentos solidos in aldeis nostris Turolii anuatim, et mille solidos in iuderia Turolii, et mille quingentis solidos in pedagio Turolii, et quingentos solidos in moreria Turolii, et terciam partem caloniarum Turolii prout richi homines qui villam Turolii pro honore a nobis tenuerunt, consueverunt illam percipere. Et sic damus vobis et omnibus supradictis septem mille solidos iacenses annuatim ad forum Aragonie toto tempore vite nostre, ita tamen quod vos faciatis inde nobis fidum servicium secundum forum Aragonie.

Datum pridie idus ianuarii anno Domini M CC LX octavo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: G. de Rochafolio. G. de Podio. G. R. de Montechateno. Bernardus G. de Entenza. Fortunius de Bergua de Vicent.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta qui, mandato domini regis, hoc scripsit et clausit loco, die et anno prefixis.

1269, enero, 19. Valencia**1623**

Jaime I, rey de Aragón, concede a todos los hombres de la Encomienda de Alcañiz exención de lezda y peaje, a excepción de las mercancías comerciales.

AHN. 00. MM. Calatrava, *carp. 434*, núm. 268; *carp. 434*, núm. 270.- ACA. Cancillería, *Registro 15*, f. 132v.

Publ.: LALIENA, C., *La Orden de Calatrava en el Bajo Aragón en la Edad Media*, Tesis Doctoral, doc. 32.

Noverint¹ universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros concedimus vobis, venerabili et dilecto nostro fratre Roderico Petri Poncii, comendatori domus Alcanicii ordinis Calatrave, et vestris successoribus, comendatoribus et fratribus eisdem domus, presentibus et futuris, in perpetuum, quod homines villarum et locorum comendarie predictae, tam christiani quam sarraceni, non teneatur dare nec donent in aliquibus locis terre vel iurisdictionis nostre aliquod pedagium sive lezdam pro aliquibus rebus suis quas ipsi portent vel vendant in terra nostra, nisi ipse res essent res mercatorie.

Mandantes firmiter baiulis, iusticiis, merinis, lezdariis et pedagogariis et aliis universis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta omnia firma habeant et observent ac faciant observari, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum Valencie, XIII^o kalendas februarii, anno Domini M^o CC^o LX^o octavo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

¹ Se prescinde de las fórmulas de traslado y sólo se incluye la concesión real.

Testes sunt: Guillelmus Petri de Muncada. Guillelmus de Podio. Blaschus Eximini de Arenos. Petrus de Ahuro. Lupus Sancii de Vergaz.

1269, enero, 20. Valencia.**1624**

Jaime I, rey de Aragón, conmina a los hombres de la Encomienda de Alcañiz para que no se pongan bajo la protección de ningún ricohombre ni caballero.

ACA. Cancillería. Registro 15, f. 132v.-

BRAH. Colección Salazar y Castro, I-39, f. 175r-v.

Publ.: LALIENA, C., *La Orden de Calatrava en el Bajo Aragón en la Edad Media*, Tesis Doctoral, doc. 33.

Iacobus, Dei gratia et cetera, fidelibus suis iuratis et universis hominibus villarum et locorum comendatorie Alcanicii, tam christianis quam sarracenis, presentibus et futuris, ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Mandamus vobis firmiter et districte et sub pena personarum et omnium rerum vestrarum quod nullius vestrum audeat se ponere in guidaticum seu comendam alicuius richi hominis vel militis aut alterius persone. Et hoc aliquatenus non mutetis. Alioquin, volumus et mandamus comendatori Alcanicii vel locum eius tenenti quod personas illorum qui contra hoc mandatum nostrum in guidaticum vel comandam alicuius richi homines vel militis ad alterius persone se posuerit capiat et captas nobis reservet et omnes res ac bona ipsorum pro pena emparet, accipiat vel emparari seu accipi faciat ubicumque ea poterit invenire.

Datum Valencie, XIII^o kalendas februarii, anno Domini M^o CC^o [LX^o] octavo.

1269, enero, 28, Játiva.**1625**

Jaime I, rey de Aragón, confirma la sentencia que Domingo Martín y Berenguer Escribá, vecinos de Játiva y jueces por él delegados, pro-

nunciaron sobre términos entre los hombres de Cocentaina, Alcoy, Penáguila, Travadell, Planes, Perpunchent, Albaida y Agres.

ACA. Cancillería. Registro 15, f. 134r.

Publ.: FULLANA, B., *H^a de Cocentaina*, pg. 52.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia, etc., laudamus, concedimus et firmamus sentenciam quam Dominicus Martini et Berengarius Scribani, vicini Xative, iudices a nobis delegati, pronuntiabunt inter homines de Cocentaina et homines de Alcoy, de Penaguila, de Travadello, de Planes, de Perpuxen, de Albaida et de Agres super terminis quibus homines dictorum locorum inter se ad invicem contendunt.

Mandantes. etc.

Datum Xative, V kalendas februarii anno Domini M CC LX octavo.

1269, febrero, 10. Valencia.**1626**

Jaime I, rey de Aragón, reconoce que las donaciones hechas a doña Berenguela Alfonso no lo fueron en pago de los treinta mil morabetinos prometidos.

ACA. Cancillería. Registro 15, f. 137.

Publ: SOLER, J., "Un aspecte de la vida privada de Jaume I", *I CHCA*, II, pg. 559.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.300.

Per nos et nostros recognoscimus et confitemur vobis, nobili et karissime ac dilecte nostre dompne Berengarie Alfonsi, quod encenia omnia que vobis dedimus hucusque, aliqua ex ipsis vobis non dedimus in compotum sive solucionem illorum triginta mille morabatinorum alfonsinorum, quos vobis dare promissimus cum carta nostra tempore quo apud Alcaracium ad nos venistis. Set ipsa vobis dedita recognoscimus et eciam vobis de

presenti damus in donum et gratiam specialem, ad faciendum inde vestras proprias voluntates.

Datum Valencie, IIII idus febroarii, anno Domini M CC LX octavo.

1269, febrero, 10.

1627

Jaime I, rey de Aragón, dicta sententia arbitral sobre los diezmos de Arenoso a favor de la Iglesia de Valencia.

ACV. Pergs. 2.322 y 5.944.- *Libro de la Bisbalía*, núm. 2.322.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.301.

Hoc est translatum bene et fideliter factum Valencie, XI^a die marcii anno a Nativitate Domini M^o CCC^o sexagesimo, sumptum a quadam carta pergamenea, comunita sigillo cereo magestatis illustrissimi principis domini Iacobi, Dei gracia recolende memorie regis Aragonum, pendente in veta ut clarissime apparebat, tenoris sequentis:

Cum contencio esset inter venerabilis fratrem Andream, episcopum, et capitulum Valencie, ex una parte, et Blaschum Eximini, filium quondam Eximini Petri de Arenoso, ex altera, super decimis vallis de Arenoso coram nobis, Jacobo, Dei gracia rege Aragonum, Maioricarum et Valencie, comite Barchinone et Urgelli et domino Montispessulani; petebant namque dicti episcopus et capitulum quod dictus Blascus Eximini debebat et tenebatur sibi facere homagium de decimis antedictis ac ipsas plenarie eis dare, cum dictus Eximinus Petri, quondam pater suus, de ipsis donacionem fecisset ecclesie Valencie. Ad quem, dictus Blascus Eximini respondebat quod dictum homagium eis facere non debebat nec dare decimas antedictas cum pro ipsis iam fecisset homagium episcopo Cesarauguste.

Nos, igitur, Iacobus, Dei gracia rex predictus, visis et auditis racionibus utriusque partis et diligenter intellectis, sentenciando pronunciamus quod si dictus Eximinus Petri fecit de dictis decimis donacionem dicto episcopo Valencie et Ecclesie primo quam dictus Blascus Eximini fecisset pro

ipsis dicto episcopo Cesarauguste homagium, quod dicit sibi fecisse, quod, ipso homagio non obstante, teneatur facere homagium pro dictis decimis dictis episcopo et capitulo Valencie ac eisdem de ipsis decimis respondere.

Lata hec sententia, IIII^o idus februarii, anno Domini M^o CC^o LX^o VIII^o.

Sig(*signo*)num mei Bonanati Monarii, notarii publici auctoritate regia per totam terram et dominacionem illustrissimi domini regis Aragonum, qui hoc translatum a sua originali carta supradicta sumptum et cum eadem bene et fideliter et diligenter comprobatum scripsi et solito meo signo signavi et clausi loco, die et anno in prima linea contentis.

1269, febrero 10. Valencia.

1628

Jaime I, rey de Aragón, añade a la donación de Tárbeno, que ya había hecho a doña Berenguela Alfonso, el castillo y villa de Carrícola.

ACA. *Cancillería. Registro 15*, f. 137.

Publ.: SOLER, J., "Un aspecte de la vida privada de Jaume I", *ICHCA*, II, pg. 559. HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.302.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis, karissime et dilecte nostre dompne Berengarie Alfonsi, atque addimus donacioni quam vobis fecimus de Tarbana, castrum et villam de Carrícola cum alcheriis, terminis, montibus et pertinenciis suis quas habet et habere debet, et cum omnibus redditibus, exitibus ac aliis iuribus que ibi habemus et habere modo aliquo debemus. Ita scilicet quod vos et quos volueritis loco vestri, teneatis et possideatis dictum castrum et villam de Carrícola; et percipiatis redditus et alia supradicta quousque nos vel nostri solverimus vobis illos XXX mille morabatinos in auro, quos promissimus vobis dare sub isto scilicet modo: quod si quis filius masculus a nobis et vobis genitus et creatus vobis supervixerit, ad illum filium nostrum et vestrum, dictum castrum et villa de Carrícola et omnia alia castra et loca que vobis dedimus revertantur sine aliquo impedimento et ipse omnia habeat ad suas omnimodas voluntates. Qui filius masculus si non supervixerit et filiam habeatis a nobis et vobis

genitam seu creatam que supervixerit vobis, predicta omnia que vobis superius damus, ad nos, si vixerimus, vel ad infantem P[etrum], karissimum filium nostrum, vel ad filium suum, ad illum videlicet qui post nos rex fuerit Aragonum et Valencie, sine impedimento aliquo revertantur. Et idem infans P[etrus], filius noster, vel ille qui post nos rex fuerit Aragonum et Valencie, teneatur maritare illam filiam nostram et vestram et dare eidem in dotem viginti mille morabatinos alfonsinos in auro, quos habeat super omnibus castris et locis superius nominatis donec sibi cum marito fuerit persolutum. Et si forte, quod absit, filius masculus a nobis et vobis genitus seu creatus vobis non supervixerit, predicta omnia que vobis damus nobis post vestrum obitum si vixerimus, vel dicto filio nostro infanti P[etro] seu illi qui post nos rex fuerit Aragonum et Valencie revertantur, nobis, tamen, vel ipso solventibus quinque mille morabatinos in auro cui vel quibus volueritis et ordinabitis in vestra ultima voluntate. Quos quidem quinque mille morabatinos dedimus et concessimus vobis in casu predicto et vobis confirmamus de presenti super predictis castris, villis et locis ad omnes vestras voluntates libere faciendas. Et sic, cum presenti carta, investimus vos de predictis omnibus et singulis que vobis damus, ut superius continetur, ad habendum, tenendum, possidendum et expletandum ad omnes vestras omnimodas voluntates ex hiis que inde percipietis penitus faciendas; et ad omnes, eciam, voluntates dicti filii nostri et vestri masculi, si quis, ut predictum est, vobis supervixerit, de predictis omnibus et singulis post vestrum obitum faciendas, ut superius continetur, sicut melius dici potest et intelligi.

Promittentes vobis bona fide quod predictam donacionem, et omnia et singula predicta, firmam et firma habeamus et observemus, ut superius continetur, et contra ipsam vel ipsa in aliquo non veniemus nec aliquem venire permittemus aliquo modo seu eciam aliqua racione.

Datum Valencie, IIII idus februarii, anno Domini M CC LX octavo.

1269, febrero 11. Valencia.

1629

Jaime I, rey de Aragón, ordena a sus oficiales que prohiban a los cristianos la conversión al islamismo y persigan a los que escondan o defiendan a los convertidos.

AMC. *Cort del Justicia 1269-70.*

Publ.: BAÑÓ, R., "Registres de Jaume I a l'Arxiu Municipal de Cocentaina", *I.E.A.*, 29.

Hoc est translatum bene et fideliter sumptum, III nonas aprilis anno Domini millesimo CC (*ilegible*):

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, dilectis et fidelibus suis alcaydis, iusticiis, iuratis, baiulis et aliis officialibus et subditis nostris per regnum Valencie constitutis. Salutem et gratiam. Mandamus vobis firmiter quatenus prohibeatis ne aliquis christianus in terra nostra sit ausus negare fidem Domini Nostri Ihesu Christi et se facere sarracenum. Quod si forte aliquis facere atemptaverit vel iam fecerit, illum unicumque (*ilegible*) capiatis facientes de eo quod de iure fuerit faciendum. Et si forte aliquis occultaret vel deffenderet eos contra illos quantosque (?) poteritis procedatis, quo usque vobis reddiderint pro ut debent. Et hoc non mutetis aliqua racione si de nostri confiditis gracia vel amore.

Datum Valencie, III idus febroarii anno Domini M° CC° LX° octavo.

1269, febrero 11. Valencia.

1630

Jaime I, rey de Aragón, arrienda a Rodrigo Martínez de Azagra y Pedro Diaz todos los frutos y rentas de la morería de Cocentaina por cinco años.

ACA. *Cancillería. Registro 15, f. 136.*

Publ.: FULLANA, B., *Hª de Cocentaina*, pg. 49.

Per nos et nostros tributamus vobis, Roderico Martini de Azagra et Petro Didaci, portario nostro, hinc ad V annos proxime venturos et continue computatos redditus, exitus ac iura nostra omnia morerie de Cocentania per duobus milibus solidis regalium, quos scrivistis inter duos terminos in unoquoque predictorum quinque annorum, medietatem, scilicet, in calendis unuscuiusque mensis augusti et aliam medietatem in kalendis unuscuiusque ianuarii. Et sic volumus et concedimus quod vos et quos volueritis loco vestri habeatis, percipiatis redditus, exitus ac iura omnia dicte morerie per dictos quinque annos.... Est esciendum quod hoc atribumentum vobis facimus in hunc scilicet modum quod vos dictam moreriam melioretis. Itaque, in fine predictorum V annorum, reddatis nobis vel nostris dictam moreriam meliorandam sarracenorum in duplum quam hodie habitant ibidem. Quod ne feceritis vos, predictus Rodericus Martini, solvatis et solvere teneamini in denariis duo milia solidorum regalium et vos, Petrus Didaci, mille solidos pro pena.

Datum Valencie, III idus februarii anno Domini M° CC° LX° octavo.

1269, marzo 7. Barcelona.

1631

Jaime I, rey de Aragón, nombra a Salvador de Bayona, notario de Lérida, notario general con poder de actuación por toda la Corona.

ACA. Cancillería. Registro 15, f. 141.

Publ. CONDE, R., "Notarías y escribanías de concesión real en la Corona de Aragón (s. XIII)", *VII Congreso Internacional Diplomática*, Valencia 1986, pg. 317, doc. 1.

Per nos et nostros concedimus et indulgemus tibi, Salvatori de Bayona, notario publico ilderdensi, plenam licenciam et potestatem quod in quibuscumque locis terre et iurisdictionis nostre fueris, possis tamquam publicus notarius facere et conscribere auctoritate nostra publica instrumenta et acta, attestaciones et quamlibet aliam publicam scripturam. Quequidem, auctoritate nostra quam tibi super hiis prestamus, ita valere volumus et

mandamus ac si facta essent seu conscripta per manum notarii publici eiusdem loci seu locorum in quibus ipsa conficias seu conscribas. Mandantes firmiter vicariis, baiulis, curiis, paciariis et universis aliis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris quod predicta omnia firma habeant et observent ac faciant observari, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum Barchinone, nonas marcii anno Domini M CC LX octavo.

1269, marzo 13. Barcelona.

1632

Jaime I, rey de Aragón, exime de tributo por tres años a los judíos de Barcelona, Tarragona y Villafranca del Penedés.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 144v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 897.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.321.

Per nos et nostros infranquimus et francos ac liberos facimus, penitus et immunes vos, alyamam iudeorum Barchinone, Terrachone et Villefranche Penitensis et aliorum locorum ad commune vestrum spectancium, cum omnibus bonis vestris habitis et habendis, ab omni questia et tributo que nobis facere et dare debetis et a qualibet alia exaccione sive demanda regali ad tres annos, scilicet, numerandos et proxime et continue completos postquam de questia et tributo que nobis facere debetis, ut dictum est, fueritis persoluti de XX et VII mille et sexcentis et nonaginta solidis Barchinonensibus et C. morabatinis quos vobis debemus et assignavimus super questia et tributo predictis cum carta nostra, ut in ea plenius continetur. Ita, videlicet, quod per predictos tres annos numerandos et proxime et continue completos postquam, ut dictum est, in predicto debito de iam dicto tributo fuerit vobis plenarie satisfactum, nec interim eciam non teneamini dare nec detis nobis vel nostris questiam vel tributum que nobis dare debetis, nec aliquid racione questie sive tributi aut alterius exaccionis sive demande regalis sed sitis per dictum tempus inde cum omnibus bonis vestris, habitis et habendis,

franchi et liberi ac immunes et penitus absoluti, sicut melius, etc. Est, autem, sciendum quod hanc franchitatem vobis facimus racione XL mille solidorum quos nobis dedistis in auxilium presentis transitus ultramaris et racione dampni quod pro manutenendis ipsis denariis sustinere debetis et de nostra gracia speciali. Mandantes, etc.

Datum Barchinone, III idus marcii, anno Domini M CC LX octavo.

1269, marzo 19. Perpiñán.

1633

Jaime I, rey de Aragón, nombra a A. Mirón escribano publico de Perpiñán por tres años, estipulando las condiciones.

ACA. Cancillería. Registro 16, fol. 146.

Publ.: CARRERAS CANDI, "La institucio notarial", *I CHCA*, II, pg. 346.
HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 944.

Per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus tibi, A. Mironi, scriptori publico ville Perpiniani, totam scribaniam eiusdem ville Perpiniani cum omnibus eidem scribanie et in eius officio spectantibus et pertinentibus per totum illud tempus per quod Raimundus Eimerici, scriptor publicus eiusdem scribanie, auctoritate nostra te in eadem scribania scriptorem publicum constituit, scilicet, de tercio idus februarii proxime transacto usque ad primum veniens festum sancti Johannis Babiliste mensis junii, et de eodem festo usque ad tres annos continue completos, prout melius et plenius continetur in instrumento inde tibi facto et laudato a dicto Raimundo Eimerici. Ita tamen quod tu teneas te in dicto officio bono et fideliter et solvas nobis vel nostris per dictum tempus pensionem seu precium quod dictus R. Eimerici nobis solvere tenetur pro dicta scribania, prout continetur in instrumento a nobis facto dicto Raimundo Eimerici de dicta scribania.

Volentes et concedentes tibi dicto A. Mironi quod, si forte dictus Raimundus Eimerici decederet in isto tempore predicto per quod te constituit auctoritate nostra scriptorem publicum in dicta scribania, quod tu nichilominus teneas et habeas totam predictam scribaniam cum omnibus supradictis

quousque dictum tempus fuerit completum et finitum, per quod tempus nos eciam te, dictum A. Mironi, scriptorem publicum constituimus cum presenti instrumento et eandem scribaniam tibi tradimus per dictum tempus et eius officium, te tamen, solvente nobis vel nostris dictam pensionem, etc., bene et fideliter in dicto officio te habente.

Data Perpiniani, quarto decimo kalendas aprilis anno Domini M CC LX octavo.

1269, abril 7. Montpellier.

1634

Jaime I, rey de Aragón, hace exenta a la aljama de los judíos de Montpellier del impuesto que debe pagar al rey.

ACA. Cancillería, Registro 16, f. 148v.

Publ.: BOFARULL, F. de, "Jaime I el Conquistador y la comunidad judía de Montpellier", *BALB*, V, pgs. 489-490.

Per nos et nostros damus et concedimus et indulgemus vobis, aliame judeorum Montispesulani et universis iudeis ipsiusque aliame de parte regali nostra, presentibus et futuris, quod vos vel vestri successores non teneamini miteri nec ponere aliquid cum universitate ville Montispesulani in aliquo servicio... vel missione sive comuni qui dicta universitas facient de cetero qualibet racione nec dicta universitas ad hec nos compellere ullo modo.

Mandantes locum nostrum tenenti et baiulo curie nostre Montispesulani etc., nec contra predictam concessionem vobis compelli gravari vel molestari permitant ullo modo.

Datum in Montepesulano, VIIº ydus aprilis anno Domini Mº CCº LXº nono.

1269, abril, 9. Beziers. 1635

Jaime I, rey de Aragón, manda a Hugo Fabra, burgués de Montpellier, que haga justicia en la causa habida entre Juan de Sauset y Guillermo de Rocafull.

AMMp., *A.A. 1*, f. 205v. art. 597.

Publ.: Berthélé, Joss., *Archives de la Ville de Montpellier*, III, pg. 435.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.303.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, fideli suo Hugoni Fabre, burgensi Montispessulani. Salutem et gratiam. Johannes de Sauseto nobis dixit quod Guillelmus de Rochafolio, tempore quo erat locum nostrum tenens in Montepessulano, impedivit sibi quedam laudimia et usatica que ipse recipere debebat et debet. Unde volumus et vobis mandamus quatinus statim, cum dictus Guillelmus de Rochafolio reversus fuerit ad partes Montispessulani, ipsum videatis et sciatis ab ipso qualiter est de predicto facto et tunc ipsum factum terminetis et dicto Johanni ius suum donetis auctoritate nostra. Quoniam nos dictum factum comittimus legalitati et discrecioni vestre.

Datum Biterris, quinto idus aprilis, anno Domini M CC LX nono.

1269, abril 12. Montpellier. 1636

Jaime I, rey de Aragón, da licencia a Arnau de Romaní para que pueda comprar el castillo y valle de Villalonga con las alquerías, términos y demás pertenencias, tal como lo poseía el difunto Diego López de Alfaro.

Publ.: ROCHER, S., *Festes de Villalonga*, octubre 85, doc. 3.

A. de Romanino. Licentia emendi castrum de Villalonga.

Quod nos, etc. Et volumus et concedimus ac damus plenam licentiam et potestatem vobis, dilecto meo Arnaldo de Romanino, milite, quod possitis emere et ematis castrum et villam de Villa Longa cum alqueriis et terminis et pertinentiis suis omnibus secundum quod ipsum castrum et villam cum alqueriis et terminis ac pertinentiis suis omnibus habebat et habere debebat Didacus Luppi de Alfaro quondam. Nos autem emptionem quam vos inde ut dictum est facietis, laudamus et concedimus per nos et per nostros de presenti et in omnibus, ac per omnia confirmamus, sicut melius et utilius dici, scribi et intelligi potest, ad vestrum et vestrorum bonum et sincerum intellectum.

Mandantes firmiter baiulis, iusticiis, curiis, alcaydis et universis aliis officialibus et subditis nostris quod predicta firma habeant et observent et non contraveniant ullo modo.

Datum in Montepesulano, II idus aprilis anno Domini M^o CC^o LX^o nono.

1269, abril 15. Perpiñán. 1637

Jaime I, rey de Aragón, promete no aplazar durante tres años a los deudores de los judíos de Perpiñán, Cerdaña y Conflent.

ACA. *Cancillería, Registro 16*, f. 157v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 897.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.304.

Promittimus vobis, aliame iudeorum Perpiniani, Ceritanie et Confluentis ac aliorum locorum ad collectam vestram spectantium, quod nos hinc ad tres annos primos venturos et continue completos non elongabimus aliquem vel aliquos, qui vobis sint in debitis obligati, super debitis que vobis debentur ab ipsis qualibet racione, immo, si forte contingeret nos aliquem ex ipsis elongare per ignoranciam vel aliter, infra tempus predictum, ipsum elongamentum vobis obesse non possit nec a nostris officialibus

observetur, exceptis illis, qui nobiscum ad partes ultramarinas transfretabunt, quos nos duxerimus elongandos. Mandantes etc.

Datum Perpiniani, XVII kalendas madii, anno Domini M CCLX nono.

1269, abril 19. Gerona. 1638

Jaime I, rey de Aragón, dispone sobre el aplazamiento de deudas a los judíos de Gerona y Besalú.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 157v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 898.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.305.

Nos Iacobus etc. promittimus vobis, aliame iudeorum Gerunde et Bisulduni et aliorum locorum ad collectam vestram spectantium, quod hinc ad tres annos primos venturos et continue completos non elongabimus aliquem vel aliquos, qui vobis sint in debitis obligati, de debitis que vobis debent, nisi fuerint illi qui vobiscum ad partes ultramarinas transfretare debebunt. Et si forte aliquem vel aliquos contra hanc concessionem duxerimus elongandos, non possit vobis obesse nec eis modo aliquo prodesse. Mandantes etc.

Datum Gerunde, XIII kalendas madii, anno Domini M CC LX nono.

1269, abril 19. Gerona. 1639

Jaime I, rey de Aragón, recibe diez mil sueldos de los judíos de Besalú y los exime a cambio de tributos por tres años.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 156v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 898.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.306.

Per nos et nostros infranquimus et francos et liberos facimus vos, omnes et singulos iudeos Gerunde et Bisulduni et aliorum locorum ad vestram collectam spectantium a proximo preterito festo Paschatis Resurreccionis Domini ad tres annos proxime venturos et continue completos, ab omni, scilicet, peyta sive questia et exactione sive demanda regali, ita, scilicet, quod per predictos tres annos non teneamini dare nobis vel filiis nostris aliquid ratione questie sive peyte vel alterius exactionis regalis, set sitis inde cum omnibus bonis vestris habitis et habendis franchi et liberi per predictos tres annos perpetuo absoluti sicut melius, utilius, etc. salvo, tamen, tributo quod facere debetis. Hanc, autem, franquitatem facimus et concedimus vobis, ut dictum est, ratione decem mille solidorum Barchinonensium que nobis modo datis in auxilium presentis transitus nostri ultramaris. Mandantes firmiter etc.

Datum Gerunde, XIII kalendas madii, anno Domini M CC LX nono.

1269, abril 22. Barcelona. 1640

Jaime I, rey de Aragón, concede salvoconducto a los judíos de Perpiñán, Cerdaña, y Conflent.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 157r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 898.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.307.

Attendentes et considerantes quod vos, iudei Perpiniani, negociari habetis multociens et ire extra Perpinianum per villas et loca Rossilionis, Ceritanie et Confluentis, idcirco per nos et nostros successores concedimus et indulgemus vobis, universis et singulis iudeis Perpiniani comorantibus et in Ceritania et Confluenti et aliis iudeis ad collectam vestram spectantibus, tam presentibus quam futuris, quod possitis ire pro negociis vestris debitorum vestrorum et aliis vestris negociis per omnes et singulas villas et castra et loca Rossilionis, Ceritanie et Confluentis et districtus vicariarum eorundem locorum et ad quelibet loca alterius iurisdictionis extra vicarias predictas,

pro vestris negociis, quodcumque et quocienscumque volueritis libere, scilicet, atque franchi, ita quod, tam per villas, loca et castra predicta seu de terra nostra predicta, ad alias terras transibitis ratione debitorum vestrorum vel pro vestris negociis faciendis, ut dictum est, non teneamini dare vel solvere pro personis vestris in dictis locis nec pro equitaturis, quas equitabitis, pedagium aliquod sive lezdam; immo volumus vos seu personas vestras et equitaturas, quas vos equitabitis, inde franchas esse. Et hoc concedimus illis iudeis qui in Perpiniano faciunt residenciam principalem perpetuam et in aliis locis ad collectam spectantibus eorundem.

Datum Barchinone, X kalendas madii, anno Domini MCC LX nono.

1269, abril 22. Barcelona.

1641

Jaime I, rey de Aragón, concede al concejo de Almudévar y sus aldeas las primicias a cambio de dar al rey quinientos sueldos jaqueses anuales.

Publ.: ALIOD, J. L. y GABRIEL, Francisco de Asís, *Nueva reseña de los documentos del Archivo de Almudévar*, pg. 36.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dompnus Montisepulani, volentes ut ecclesiam villa de Almudevar et aldearum eiusdem de primiciis villa et aldearum predictarum, quolibet anno in luminariis et aliis necessariis, honorifica servientur (*ilegible*), per nos et nostros damus et concedimus vel universis et singulis hominibus villa et aldearum de Almudevar, presentibus et futuris, in perpetuum, totam primiciam ipsam predictarum ville et aldearum, integra et sine aliqua diminutione ad opus necessariorum dictarum eclesiarum et ad omnia alias vestras voluntates, de residuo proprio faciendas sub hac, videlicet, forma per vos donatis et dare teneamini dicitur, quolibet anno, nobis et nostris in perpetuum quingentos solidos iaccensis pro predicta primicia in festo Omnium Sanctorum et non antea quocumque et quotienscumque nos vel nostre primicias aliarum villarum locorum Aragonie

habebimus seu receperimus vel voluerimus seu prope quoquo modo; et tunc vobis dentibus nobis et nostris dictos quingentos solidi pro predicta primicia ut est dictum, non teneamur dare dictam primiciam nobis vel nostris, aliquid aliud per ipsa primicia habetis eam netam, integre et sine disminutione ad servitium dictarum vestrarum ecclesiarum et ad omnes alias voluntates vestras (*roto*), faciendas, ut superius est dictum, et sicut melius dici vel intelligi ad vestrum et vestrorum bonum et sincerum intellectum. Mandantes firmiter baiulis, merinis, paciariis et aliis officialibus nostris, presentibus et futuris, per predictum omnis et singulo firma habeant et observent et faciant inviolabiliter observari, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant modo aliquo, ut si de nostra confidant gratia et amore.

Datum Barchinone, X kalendas madii, anno Domini M° CC° LX° nono.

1269, abril, 22. Barcelona.

1642

Jaime I, rey de Aragón, renueva sus concesiones en el asunto de la reclamación de deudas hecha por los judíos de Perpiñán.

ACA. *Cancillería, Registro 16*, f. 158r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 899.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.308.

Iacobus, Dei gracia etc. fidelibus suis, baiulo Perpiniani et vicario Rossillionis et Ceritanie ac Confluentis et aliis omnibus subditis nostris, presentibus et futuris, ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Noveritis nos concessisse iudeis omnibus, universis et singulis habitatoribus ville Perpiniani et aliis omnibus ad eorum collectam spectantibus, quod omnia instrumenta sua in quibus non continetur causa quare debita debentur in ipsis instrumentis contenta, valeant tantum, quantum faciunt ea in quibus continetur causa debendi, et eamdem vim habeant in iudicio et extra, tam in principalibus quam in ypothecis. Quam, quidem, eciam, concessionem, intelleximus facere omnibus illis, qui habebunt cessionem vel locum dictorum

iudeorum vel ab aliquo seu aliquibus eorum sive sint fideiussores dictorum debitorum vel alii. Item, concedimus dictis iudeis, universis et singulis, quod si qua instrumenta facient debitorum quod possint in eis ponere quod totum debetur eis pro capitali sive sorte et compellantur eis ad solvendum debita contenta debitores presentes et futuri et fideiussores et bona eorundem, secundum in cartis suis publicis continetur. Item, concedimus dictis iudeis, universis et singulis, quod omnes debitores eorum et fideiussores presentes et futuri et bona eorum compellantur ad solvendum eis debita in dictis instrumentis contenta, licet bona dictorum debitorum vel fideiussorum sint vel fuerint de mansata vel borda, et licet dominus mansate non laudaverit obligacionem bonorum debitoris sive debitorum vel fideiussorum. Mandantes vobis etc.

Datum in Barchinona, X kalendas madii, anno Domini MCC LX nono.

1269, abril 23. Barcelona.

1643

Jaime I, rey de Aragón, amplia a los judíos de Perpiñán, Cerdaña y Conflent la concesión de nombrar tres jueces, como había hecho en 1241 a los judíos de Barcelona.

ACA. *Cancillería. Registro 16*, f. 158r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 899.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.309.

Per nos et nostros concedimus et indulgemus vobis, aliame iudeorum Perpiniani, Ceritanie et Confluentis et aliorum locorum ad vestram collectam spectancium, quod possitis habere et constituere ac eligere inter vos duos vel tres iudeos probos homines et legales vel plures si volueritis, iuxta cognicionem vestram, qui videant et cognoscant diligenter inter vos super stulticiis, que a iudeis fient inter vos et super verbis iniuriosis, si qua inter vos dicta fuerint, secundum quod hic concessimus aliame iudeorum Barchinone cum carta nostra, cuius tenor talis est:

[*Contiene documento núm. 338*]

Volentes et concedentes vobis, dictis iudeis Perpiniani, Ceritanie et Confluentis et aliis iudeis collecte vestre, quod predicto privilegio et omnibus et singulis in ipso contentis utamini et uti possitis vos et vestri successores imperpetuum, ut in dicto privilegio supra contento plenius continetur. Mandantes etc.

Datum Barchinone, IX kalendas madii, anno Domini MCC LX nono.

1269, abril 24. Barcelona.

1644

Jaime I, rey de Aragón, reconoce haber recibido ochenta mil sueldos de la ciudad de Barcelona para la expedición a Tierra Santa.

ACA. *Cancillería. Registro 16*, f. 159v.

Publ.: FERNÁNDEZ NAVARRRETE, *Memorias Academia Historia*, V, pg. 170.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.310.

Recognoscimus et confitemur vobis, probis hominibus et universitati Barchinone, quod dedistis et solvistis nobis et loco nostri dominis navium et lignorum, que conduximus racione viatici ultramaris, illa octuaginta milia solidorum Barchinonensium que nobis concessistis et dare promisistis in auxilium viatici antedicti, de quibus, quia bene peccati sumus ad voluntatem nostram. Renunciantes excepcioni, etc. facimus vobis et vestris finem et pactum de non petendo, prout melius dici potest et intelligi, ad vestrum bonum et sincerum intellectum.

Datum Barchinone, octavo kalendas madii, anno Domini millesimo ducesimo sexagesimo nono.

1269, abril 24. Barcelona.**1645**

Jaime I, rey de Aragón, concede de gracia especial a los judíos de Perpiñán, Cerdaña y Conflent el interés de 100 por 20 en los préstamos.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 157 r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 900.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.311.

Volumus et constituimus ac concedimus de gracia speciali vobis, aliame iudeorum Perpiniani. Ceritanie et Confluentis ac aliorum locorum ad vestram collectam spectantium, quod omnia debita vestra que secundum cotum nostrum olim a nobis statutum, ad rationem centum pro viginti fuerint duplicata et, postquam querimonia facta fuerit in posse curie, coram qua ipsa querimonia fieri debeat ex illis debitis solvendis, in totum vel in partem non fuerit persoluta, possitis levare et illi qui vobis in illis debitis fuerint obligati teneantur dare et donent inde vobis lucrum ad rationem centum pro viginti, tam diu, scilicet, donec ex ipsis debitis fueritis persoluti, non obstante statuto aliquo a nobis inde facto. Volentes hoc ita fieri et observari in debitis vestris, tam presentibus quam futuris, dum tamen, constet de querimonia inde facta. Mandantes, etc.

Datum Barchinone, VIII kalendas madii, anno Domini MCCLX nono.

1269, abril 24. Barcelona.**1646**

Jaime I, rey de Aragón, ordena que los judíos de Perpiñán, Cerdaña y Conflent y otros que pertenezcan a su colecta puedan exigir de sus oficiales en las curias complemento de justicia, si no terminaran en el plazo de cuarenta días las causas que con ellos tuvieren otras personas.

ACA. Cancillería, Registro 16, f. 157r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 888.

Iacobus, Dei gracia etc. fidelibus suis vicariis, baiulis, curiis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Mandamus vobis firmiter et districte quatenus si cause quas iudei nostri Perpiniani, Ceritanie et Confluentis et alii ad collectam eorum spectantium vel aliqui ex ipsis iudeis causam vel causas habuerint cum quibuslibet personis extra curiam nostram seu baiuli, vicarii vel iudicis nostri sub examine alterius curie et illa curia coram qua ipse cause vertentur causas ipsas infra XL dies secundum consuetudinem nostram non terminaverit nos ipsis XL diebus iuxta dictam consuetudinem nostram transactis compellatis et distringatis illos cum quibus ipsi iudei ipsas causas habuerint ad faciendum ipsis iudeis in posse vestro iusticie complementum super querimoniis quas habebant de eisdem et hec aliquatenus non mutetis.

Datum Barchinone, VIII kalendas madii anno Domini M° CC° LX° nono.

1269, abril 24. Barcelona.**1647**

Jaime I, rey de Aragón, ordena a sus oficiales y a todos los súbditos en general de Rosellón, Cerdaña y Conflent que el privilegio que les fue concedido respecto a que el baile o el veguer del Rey no puedan prender a ningún caballero sin previa fadiga de diez o veinte días, sea interpretado de la forma siguiente: "que dichos caballeros se compongan con sus querellantes en plazo de diez o veinte días, y si no lo hicieren, sean presos y confiscados sus bienes".

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pgs. 902-903.

Iacobus, Dei gracia etc. fidelibus suis universis vicariis, baiulis, curiis, iusticiis et locum nostrum tenentibus in vicaria Rossilionis, Ceritanie et Confluentis, tam cristianis quam iudeis, ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Intelleximus quod ratione privilegiorum que alicui vel aliquibus concesserimus super eo quod curia baiulus vel vicarius noster

non distringant milites vel quoslibet alios homines vel homines ipsorum sine fatica X uel XX^{ti} dierum in eis inventa vel eorum baiulus homines nostri, tam christiani quam iudei, sustinuerint inde plurima dampna. Unde noveritis quod non fuit nec est intencionis nostre nos aliter... curiam eisdem concessisse nisi hoc modo quod ipsi milites et alii et eorum homines componant se intra X dictos dies vel viginti cum querelantibus de eisdem, tam super debitis quam aliis. Et si dictos X vel XX dies nollent facere dicti milites et alii vel homines sui dictis querelantibus solutionem vel compositionem cum eisdem teneantur firmare extent in posse vicariorum et baiulorum nostrorum. Et si hoc facere recusarent dicti vicarii et baiuli vestri ipsos inde pignorent et distringant, non obstantibus privilegiis aliquibus a nobis in contrarium impetratis. Quare nobis firmiter precipiendo dicimus et mandamus quatenus predictos homines vestros, tam christianos quam iudeos, contra predicta non gravetis nec gravare a predictis militibus vel aliis aut eorum hominibus aliquatenus permitatis, immo eo modo quod nos eis dictam fatigam X vel XX dierum intelligimus concessisse observetis et observari inviolabiliter faciatis aliqua carta in aliquo non obstante ut superius continetur.

Datum ut supra [Barchinone, VIII kalendas madii anno Domini M^o CC^o LX^o IX^o].

1269, abril 24. Barcelona.

1648

Jaime I, rey de Aragón, insiste en el pago de deudas sin moratoria a los judíos de Perpiñán, Cerdaña y Conflent pese a las disposiciones que pueda haber en contrario.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 159r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 903.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.312.

Iacobus, Dei gracia etc., fidelibus suis, vicariis, curiis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, ad quos presentes

pervenerint. Salutem et gratiam. Mandamus vobis firmiter quatenus compellatis et distringatis omnes illos et singulos, qui sunt in debitis obligati quibuslibet iudeis Perpiniani et Ceritanie ac aliorum locorum ad collectam ipsorum spectantium, tam debitores, videlicet, principales, quam fideiussores et omnia bona sua, ad solvendum eisdem iudeis debita que debent eisdem, ut in cartis suis, quas inde habent, videbitis contineri, non obstante elongamento aliquo vel privilegio aut mandato nostris a nobis in contrarium factis, si ipsum mandatum vel privilegium facta fuerint, postquam nos eis fecimus cartam quod non elongaremus eis debita sua, exceptis illis qui in dicta carta sunt exceptati.

Datum Barchinone, VIII kalendas madii, anno Domini M CC LX IX.

1269, abril 24. Barcelona.

1649

Jaime I, rey de Aragón, regula lo que debe suceder con los bienes dotales de las mujeres, en relación con las deudas de sus maridos.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 158v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 901.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.313.

Iacobus, Dei gracia etc., fidelibus suis, vicariis, baiulis, curiis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Intelleximus quod, cum quidam sint obligati in debitis principaliter vel fideiussorio nomine aliquibus iudeis Perpiniani, Ceritanie et Confluentis et aliis ad collectam eorum spectantibus, absque firmamento et obligatione uxorum suarum, ipse uxores impediunt et penes se detinent, omnia bona dictorum virorum suorum, ratione dotis et sponsalicii sui, non obstante quod bona ipsa sufficiant plenarie ad dotem et sponsaliciam eorundem et supersit ex ipsis bonis, unde facimus vobis sciri quod volumus et statuimus quod ex quo bona illorum, qui, ut dictum est, dictis iudeis sunt vel erunt in debitis obligati, sufficiant plenarie ad dotem et sponsaliciam uxorum suarum et ultra ipsam dotem et sponsaliciam aliquid inde superaverit

ipsorum, non impediunt nec impedire possint nec penes se detineant bona suorum virorum, set statim per vos fiat extimacio bonorum ipsorum videlicet mobilium primitus et antea, et, facta dicta extimacione rerum mobilium, fiat satisfaccio ipsi uxori vel mulieri de dote et sponsalicio suis ex ipsis rebus mobilibus viri sui. Et si res mobiles non sufficiant ad dotem et sponsaliciu suum, fiat sibi complementum de rebus immobilibus eiusdem viri sui. Volumus, tamen, quod sit in eleccione ipsarum uxorum recipere bona mobilia vel immobilia pro dote et sponsalicio suis, et quod hoc, ut dictum est, observetur et teneatur mulieribus comorantibus in civitatibus et villis nostris. De aliis, vero, mulieribus, que non comorantur in civitatibus vel villis, ipsis volumus et mandamus quod mulieres ipse teneantur recipere dotem et sponsaliciu suum in bonis immobilibus, quoniam volumus quod de bonis mobilibus fiat solutio plenarie iudeis predictis creditoribus virorum suorum. Quo cumplimento sic facto eisdem mulieribus de dote et sponsalicio suis, fiat persolutio integra de omnibus suis debitis ipsis iudeis creditoribus virorum dictarum mulierum sive quibus principaliter vel fideiussoris nomine sint in dictis debitis dicti viri earumdem obligati, de eo, scilicet, quod de bonis mobilibus et immobilibus eorumdem virorum residuum fuerit seu eciam superabit et hec non mutetis.

Datum Barchinone, VIII kalendas madii, anno Domini MCC LX nono.

1269, abril 24. Barcelona. 1650

Jaime I, rey de Aragón, dispone sobre la manera de testificar contra los judíos de Perpiñán, Puigcerdá y Conflent.

ACA. Cancillería, Registro 16, f. 157v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judios", *I CHCA*, II, pg. 901.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.314.

Per nos et nostros, concedimus et indulgemus vobis, aliame iudeorum Perpiniani, Podii Ceritanie et Confluentis ac aliorum locorum ad collectam vestram spectancium, quod si aliqua questio vel questiones contra vos

aut aliquem vestrum movebuntur seu intentabuntur qualibet racione per christianum, non possit in ipsis questionibus aliquid contra vos probari nec contra vos sententia obtineatur, nisi probatum fuerit per christianum et iudeum contra vos vel per cartam, in qua christianus et iudeus sint testes. Mandantes, etc.

Datum Barchinone, VIII kalendas madii, anno Domini MCC LX nono.

1269, abril 24. Barcelona. 1651

Jaime I, rey de Aragón, hace concesión a los judíos de Perpiñán, Cerdaña y Conflent de los privilegios de los judíos de Barcelona.

ACA. Cancillería, Registro 16, f. 157v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judios", *I CHCA*, II, pg. 900.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.315.

Per nos et nostros, concedimus et indulgemus vobis, universis iudeis Perpiniani, Ceritanie et Confluentis et aliis ad collectam vestram spectantibus, quod possitis uti illis bonis privilegiis et cartis a nobis aliame iudeorum Barchinone et collecte ipsorum concessis et omnibus in ipsis privilegiis et cartis contentis, prout in eis plenius continetur. Mandantes firmiter vicariis, baiulis, curiis et universis aliis officialibus etc. quod predicta omnia firma habeant et observent ac faciant observari, ut superius continetur, et contra dicta privilegia vos vel res vestras non gravent vel gravari permittant nec contra predicta veniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Datum Barchinone, VIII kalendas madii, anno Domini MCC LX nono.

1269, abril 24. Barcelona. 1652

Jaime I, rey de Aragón, exime del pago de tributos por un periodo de tres años a los judíos de Valencia en compensación de diez mil sueldos que de ellos ha recibido para la expedición a Tierra Santa.

ACA. *Cancillería, Registro 16*, f. 158v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 903.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.316.

Nos Iacobus etc. enfranquimus et franchos ac liberos facimus penitus et immunes vos, aliamam iudeorum Valencie, cum omnibus bonis vestris mobilibus et immobilibus, habitis et habendis, a proximo preterito festo Paschatis Resurreccionis Domini ad tres annos primos venturos et continue completos a tributo quod nobis facere teneamini et ab omni peyta sive questia et qualibet alia exaccione sive demanda regali, ita quod per predictos tres annos non possimus vobis demandare nec vos teneamini dare nec solvere nobis vel filiis nostris aliquid ratione tributi vel questie sive peyte aut alterius exaccionis sive demande regalis, set sitis inde cum omnibus bonis vestris mobilibus et immobilibus, habitis et habendis, franchi et liberi per predictos tres annos ac penitus absoluti, sicut melius etc. Et est sciendum nos habuisse et recepisse a vobis ratione predictae franquitatis decem milia solidorum regalium Valencie, quos nobis dedistis modo in auxilium presentis transitus ultramaris. Mandantes firmiter etc.

Datum Barchinone, VIII kalendas madii, anno Domini MCC LX IX.

1269, abril 25. Barcelona.

1653

Jaime I, rey de Aragón, concede a los judíos de Besalú que puedan cocer pan los días de Pascua en el horno de sus casas sin pagar impuesto por ello.

ACA. *Cancillería, Registro 16*, f. 159r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 904.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.317.

Per nos et nostros, damus et concedimus de speciali gracia vobis, universis et singulis iudeis Bisulduni presentibus et futuris, imperpetuum, quod a duobus diebus ante festum Pasche nostre usque in crastinum Pasche

nostre Domini Resurreccionis possitis panes vestros decoqui facere intus domos vestras Bisulduni in furnello vel aliter ad opus vestri et familie vestre, ita quod non teneamini inde dare furno nostro Bisulduni aliquid pro fornage nec solvere aliquam penam ratione statuti nostri in quo cavetur, ne aliquis de Bisulduno sit ausus decoquere panes suos nisi tantum in dicto furno nostro aliqua ratione, cum hanc gratiam vobis concesserimus eo quod in ipsa septimana non potestis decoquere sine periculo panes vestros in dicto furno nostro. Mandantes etc.

Datum Barchinone, VII kalendas madii, anno Domini MCC LX nono.

1269, mayo 2. Cervera.

1654

Jaime I, rey de Aragón, exime de tributos a los judíos de Zaragoza durante tres años en compensación de veinte mil sueldos que de ellos debe recibir para la expedición a Tierra Santa.

ACA. *Cancillería, Registro 16*, f. 161v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 904.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.318.

Per nos et nostros infranquimus et franchos et liberos facimus penitus et immunes vos, aliamam iudeorum Cesarauguste, presentes et futuros, cum omnibus bonis vestris mobilibus et immobilibus, habitis et habendis, a proximo preterito festo Pasche Resurreccionis Domini ad tres annos primos venturos et continue completos, ab omni, scilicet, peyta, tributo et qualibet alia exaccione regali, ita quod per predictos tres annos non donetis nec dare teneamini nobis seu filiis nostris seu alicui alteri persone aliquid ratione peyte, tributi vel alterius cuiuslibet regalis exaccionis, set sitis inde liberi et franchi ac eciam penitus absoluti ab omnibus et singulis supradictis per predictos tres annos cum omnibus vestris ut superius continetur et sicut melius et utilius etc. Excipimus, tamen, de huiusmodi franquitate illos duo mille solidos quos dare debetis de tributo vestro manumissoribus karissime filie nostre, infantis dompne Marie quondam, quolibet anno.

Et est sciendum quod hanc franquitatem vobis facimus ratione viginti mille solidorum iaccensium quos nobis modo datis in auxilium presentis nostri transitus ultramaris. Volentes et concedentes vobis quod in dictum tempus non donetis nec dare teneamini aliquid nobis, filiis nostris nec eciam alicui alii persone sive assignacione a nobis vel a Iahudano de Cavalleria, baiulo nostro Cesarauguste, in tributo vestro facta vel eciam facienda, exceptis dictis duobus milibus solidis, ut est dictum, eo quod de toto tributo dicatorum trium annorum nos concedimus a vobis esse pacatos. Mandantes baiulis, çalmedinis, etc.

Datum Cervarie, VI nonas madii, anno Domini M CC LX nono.

1269, mayo 2. Cervera.

1655

*Jaime I, rey de Aragón, concede a los habitantes de Puigcerdá dehesa y pastos a perpetuidad desde el Tet hasta Camporrells.*²

AMP. *Llibre Vert*, f. 7.

Publ.: SANJAUME, M., *Dietari de Puigcerdá*, pg. 564, núm. 44.

De devesia sive pastura de aqua de la Tet usque ad aquam que discurrit de Camporrells.

Noverint universi quod nos, Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli, et dominus Montispesulani, per nos et omnes nostros damus et concedimus vobis, universis et singulis hominibus Podiiceritani et sucesoribus vestris, in perpetuum, defesiam sive pasturam ad opus bestiariorum vestrorum de aqua, videlicet, de la Tet usque ad aquam que descendit vel discurrit de Camporrells, et sicut

² Alart publica resumido este mismo documento pero lo data en marzo en lugar de mayo y por tanto lo sitúa en 1270. Huici lo toma de este autor y lo data igualmente el 2 de marzo de 1270. Cfr. HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.333.

est de carreria superius qua recedit, vel itur de hospitali de Pertica usque ad pontem de la Tet, qui est supra villarum de Fetges, versus Ceritaniam; quam defesiam sive pasturam volumus quod habeatis, teneatis et posideatis vos et vestri prout includitur in terminos supradictos, sine impedimento alicuius persone, ad tenendum et pascendum ibi bestiaria vestra, cuiuscumque generis sint, et ad omnes vestras vestrorumque voluntates libere perpetuo faciendas, sicut melius et utilius dici, scribi potest et intelligi vel excogitari ad vestrum et vestrorum successorum bonum et sincerum intellectum. Ita quod aliqui alii homines preter vos et alios Ceritanie qui consueverunt ibidem miteri et tenere bestiaria non sint ausi ponere vel tenere ibi aliqua bestiaria, quod, qui fecerit, solvat nobis decem solidos Barchinone pro pena quotienscumque illud facere atemptaverit sine voluntate vestra; et vos vel vestri nuncii pro predicta pena possitis dicta bestiaria ac etiam pastores illa custodientes et res eorum pignorare et ipsa bestiaria et pastores predictos expellere et eicere similiter de predicta defesia libere et sine aliquo periculo propria auctoritate, quam penam volumus nostro vicario per vos tradi. Statuentes insuper quod aliqui vestrum seu aliqui aliorum hominum Ceritanie non possitis in dicta devesia ponere vel miteri aliqua alia bestiaria extranea nisi vestra propria bestiaria tantum quod, qui fecerit, penam predictam incurrat.

Mandantes vicariis, baiulis, curiis et aliis oficialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta omnia et singula firma habeant et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliquo modo seu etiam aliqua ratione.

Datum Cervarie, VI^o nonas madii, anno Domini M^o CC^o LX^o nono.

Sig(*signo*)num Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: R[aimundus] de Cardona. Petrus de Berga. Iacobus de Cervaria. R. de Urgio. Berengarius de Podio Viridi.

Sig(*signo*)num Michaelis Violeta, qui mandato domini regis hec scribi fecit loco, die et anno prefixis.

1269, mayo 9. Lérida.**1656**

Jaime I, rey de Aragón, concede ferias en Castellón al monasterio de San Vicente de Valencia.

AMCs. Pergs. Jaime I.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.319.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros, damus et concedimus vobis, dilecto et fideli nostro, Jacobo de Rocha, procuratori hospitalis sive monasterii Sancti Vincencii Valencie, et vestris successoribus, procuratoribus ipsius monasterii et ipsi monasterio imperpetuum, ac eciam statuimus quod semper de cetero annuatim celebrentur nundine in villa Castilionis campi Burriane, que incipiant octava die ante festum sancti Luche et durent per decem dies sequentes, quas quidem nundinas vobis perpetuo concedimus liberas atque franchas. Recipimus eciam in nostra proteccionem, custodia, comenda et guidatico speciali omnes et singulos homines et mulieres ad dictas nundinas venientes cum omnibus rebus et mercibus, quas ibidem aportaverint ad vendendum et ibidem eciam emerint inveniundo, stando et redeundo, ita, scilicet, quod non capiantur, detineantur, marquentur, pignorentur nec agraventur aliqua ratione, nisi proditores fuerint manifesti vel homicide vel encartati aut debitores nec eciam si debitores vel fideiussores fuerint pro aliis constituti, nisi prius in ipsis fatica inventa fuerit de directo.

Mandantes baiulis, iudicibus, iuratis et aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod huiusmodi guidaticum nostrum firmum habeant et observent et faciant observari, et non contraveniant vel aliquem contravenire permitant a l iqua ratione. Quicumque, autem, contra dictum guidaticum nostrum venire attemptaverit, iram et indignationem nostram et penam quingentorum morabetinorum se noverit incursum, damno illato primitus et plenarie restituto.

Datum Ilerde, VII° idus madii, anno Domini M° CC° LX° nono.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

(1^a col.) Testes sunt: R. de Montecathano. (2^a col.) Guillelmus Raymundi de Montecathano. Iacobus de Cervaria. (3^a col.) Guillelmus de Angularia. Raimundus de Urgio.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hoc scribi fecit cum raso et emendato in II linea ubi dicitur “procuratoribus”; et in VII, ubi dicitur, “presentibus”, et clausit loco, die et anno prefixis.

1269, mayo 9. Lérida.**1657**

Jaime I, rey de Aragón, concede a Peretón de Palau la bailía de Camarasa, Cubells y Montgay.

ACA. *Cancillería. Registro 16*, f. 163r.

Publ.: CARRERAS CANDI, *Miscelánea Histórica*, II, pg. 60.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.320.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi, Peretono de Palacio iuniori, diebus omnibus vite tue, baiuliam de Camarasa, de Cubellis et de Mongay toto tempore vite tue, dum bene et fideliter in ipso officio te habebis et utaris in omnibus et per omnia officio baiulie, prout melius et plenius alii qui dictam baiuliam actenus habuerunt et tenuerunt ipsa uti consueverunt. Concedentes tibi quod possis ibidem constituere baiulum et baiulos, quem et quos volueris, qui predictam baiuliam teneant loco tui, bonos, videlicet, et fideles, et habeas et percipias inde pro tuo officio et labore quicquid alii qui actenus dictam baiuliam tenuerunt, consueverunt inde percipere et habere pro eorum officio et labore. Mandantes universis et singulis hominibus de Camarasa, de Cubellis et de Mongay, presentibus et futuris, quod te et substitutum vel substitutos a te habeant et teneant in baiulum et baiulos eorum et non alium, ut superius continetur.

Datum Ilerde, VII idus madii, anno Domini M CC LX nono.

1269, mayo 11. Lérida.**1658**

Jaime I, rey de Aragón, cede al conde de Foix sus derechos sobre el vizcondado de Castellbó y otras tierras.

ACA. *Cancillería. Registro 11*, f. 250.

Publ. BAUDON DE MONY, *Relations ...*, II, pg. 135.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 956.

Per nos et per omnes nostros, presentes et futuros, cum hoc presenti publico instrumento imperpetuum valituro remittimus et donamus et indulgemus atque concedimus vobis, Rotgerio Bernardi, Dei gracia comiti focxensi et vicecomiti Castriboni, et vestris et quibus volueritis ad omnes vestras vestrorumque voluntates perpetuo faciendas, quicquid iuris nos habemus et habere debemus in vicecomitatu Castriboni ac in omnibus villis, castris locis et aliis bonis omnibus que fuerunt nobilis viri A. de Castrobono, quondam, et Ermesendis, filie sue, racione criminis heretice privatis a predictis A. de Castrobono et Ermesendis, filia eius, quocumque modo comissi. Quam remisionem, donacionem sive indulgenciam de predictis omnibus ex certa sciencia vobis fecimus integre, sine omni nostro nostrorumque retentu, ita etiam quod si, in posterum, contingerit predictos A. de Castrobono et Ermesendis filiam eius, licet defunctos, per aliquem iudicem vel iudices ecclesiasticos, ordinarios vel delegatos aut subdelegatos vel etiam alio quolibet modo, racione criminis heresis sentencialiter condempnari per ea que iam inventa sunt vel probata aut in futurum inveniri poterunt vel probari contra ipsos vel bona que fuerunt ipsorum, vos et vestri non possitis a nobis vel a nostris inquietari vel molestari aut aliquatinus conveniri in iudicio vel extra iudicium vel alio quovis modo racione predicti vicecomitatus et aliorum predictorum omnium bonorum que fuerunt A. de Castrobono et Ermesendis, filie eius, predictorum, que quidem bona et vicecomitatus predictus ad vos et antecessores vestros, post mortem ipsorum, pervenerunt, immo ipsa omnia bona que sunt in toto vicecomitatu predictu habeatis vos et vestri, ad omnes vestras vestrorumque voluntates perpetuo faciendas, ex nostra speciali donacione, concessione ac remissione

quam vobis ex certa sciencia facimus, ut dictum est, de liberalitate nostra ac gracia speciali, quantum ad ius quod, racione dicti criminis heretice pravitatis, in ipsis habemus et habere debemus; dantes et cedentes vobis et vestris omnes acciones reales et personales, mixtas, utiles et directas et iura omnia nobis in predictis bonis dictorum defunctorum que ad vos, ut dictum est, pervenerunt, nobis nunc competencia vel in futurum aliquo modo competitura, racione heretice pravitatis, ut superius continetur. Constituentes etiam inde vos et vestros in rem vestram, procuratores et facientes vobis et vestris in presenti, ex causa transaccionis, finem perpetuum et pactum de non petendo aliquid aliquo tempore in predictis, racione criminis memorati, ut superius est expressum. Et pro predicta donacione, remissione, indulgencia ac concessione habuimus et accepimus a vobis, ex causa transaccionis, quadraginta quinque milia solidorum Barchinonensium de terno, de quibus per pccatos nos tenemus, renunciantes excepcioni pecunie non numerate. Et si predicta donacio, remisio ac indulgencia plus valet precio supradicto vel in posterum valere appareret, illud gratis, consulte et ex certa sciencia quicquid augmentum sit vel fuerit vobis et vestris damus, remittimus et perpetuo relaxamus, renunciantes scienter beneficio minoris precii et illi legi qua iuvatur qui ultra dimidiam sunt decepti et etiam illi legi que dicit donacionem posse ex causa ingratitude revocari et excepcioni doli et omni alii accioni et excepcioni cuiuslibet iuris, tam canonici quam civilis, per quos vel per que possemus, nunc vel in posterum, contra predicta venire. Propter hanc autem remissionem, difinicionem et absolucionem non intelligimus vobis definere potestatem quam in predictis habemus nec aliquod ius quod ibidem habemus vel habere debemus aliis quibuslibet racionibus, nisi tantum ius quod in ipsis habemus et habere debemus, racione criminis heretice pravitatis predictae. Et, in signum perenne firmitatis, presentem cartam bulla nostra pendenti sigillari fecimus.

Datum Ilerde, quinto idus madii anno Domini millesimo CCLX nono.

1269, mayo 20. Huesca.**1659**

Jaime I, rey de Aragón, pide al monasterio de Sijena entreguen a su notario Miguel Violeta los documentos que están en el archivo real referentes a Navarra.

ACA. *Cartas reales de Jaime I*, núm. 110. Papel. Restos de sello de cera.
 Publ.: BOFARULL, *Jaime I el Conquistador y la comunidad judía de Montpellier*,
BALB, IV, pg. 254.-
 HUICI. A., *Colección diplomática*, núm. 1.322.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, venerabili et dilecte Elicsende, Dei gracia priorisse Sexene. Salutem et dileccionem. Noveritis quod mittimus fidelem scriptorem nostrum Michaellem Violete ad vos pro aliquibus instrumentis nostris que tangunt factum regis Navarre, quare mandamus vobis quod tradatis eidem clavem arche nostre, ubi sunt instrumenta nostra et permitatis ipsum extrahere inde omnia instrumenta predicta et ducere ipsa nobis. Et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum Osce, XIII kalendas iunii anno Domini M CC LX nono.

Al dorso: Priorisse Sexene

1269, junio, 1. Calatayud.**1660**

Jaime I, rey de Aragón, concede a la ciudad de Zaragoza el soto sito en el ramblar de la puerta de Toledo, ante la casa de los Frailes Predicadores, para la obra del puente de la ciudad.

ACA. *Cancillería. Registro 16*, f. 167r.- M. BN, *ms. 746*, 284. Extracto de 1639, por Andrés de UZTARROZ.
 Publ.: CANELLAS, A., *Colección diplomática del Concejo de Zaragoza*, núm. 128.

[Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani,] per nos et nostros, ex nostra mera liberalitate et ex certa scientia, damus et concedimus vobis iuratis et probis hominibus ac toti concilio seu universitati civitatis Cesarauguste, tam presentibus quam futuris, in perpetuum, ad opus pontis civitatis, solum nostrum totum situm in termino Cesarauguste in ramblare porte Toleti, ante domum Fratrum Predicatorum; ita scilicet quod dictum solum, cum arboribus omnibus fructiferis cuiuscumque generis sint ibi plantatis et plantandis et cum introitibus, exitibus, affrontationibus et pertinentiis suis omnibus, sicut nos ipsum melius habemus, habeatis vos et vestri successores ad opus pontis predicti. Et nos vel nostri ipsum vobis vel vestris auferre non possimus nec vos vel vestri ipsum alienare possitis, sed dictus solum remaneat et sit semper operis dicti pontis, sicut melius [dici vel intelligi potest].

Datum Calataiubi, kalendas iunii anno Domini M° CC° LX° nono.

[Sig(*signo*)num Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.]

1269, junio, 1. Calatayud.**1661**

Jaime I, rey de Aragón, autoriza a los jurados de Zaragoza a cobrar pontaje en el puente de Zaragoza durante tres años, para financiar las obras del mismo.

M. BN. *Ms. 746*, 284, extracto de 1639, por Andrés de UZTARROZ.

Publ.: CANELLAS, A., *Colección diplomática del Concejo de Zaragoza*, núm. 129.

[*Jaime I otorga a la ciudad de Zaragoza licencia para que pueda llevar o exigir pontaje en el puente de piedra por tiempo de tres años, para la obra de dicho puente*] ad tres annos primos venturos; et tunc completos possitis accipere et levare vel facere accipi et levari ad portam pontis

Cesarauguste singulos obolos sive meallas pro unaquaque bestia honerata, [etc.].

Datum Calataiubi, kalendas iunii, anno Domini M° CC° LX° nono.

[Sig(*signo*)num Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani].

1269, junio 8. Calatayud.

1662

Jaime I, rey de Aragón, confirma a la ciudad de Zaragoza su concesión de 14 de marzo de 1225, ratificando sus fueros, costumbres y franquicias.

ACA. Cancillería. Registro.16, ff.168r-168v.

RAH. , Col. Salazar, M. 81. Extracto autógrafo de ZURITA.

M. BN, ms. 746, pg. 284. Extracto de 1639 por Andrés de UZTARROZ.

Publ.: CANELLAS, A., *Colección diplomática del Concejo de Zaragoza*, núm. 130.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia [rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani,] viso instrumento confirmationis fororum et consuetudinum ac franquitatum vestrarum quod vobis iuratis et toti concilio Cesarauguste fecimus, scriptum per Bertrandum de Vilanova et cum nostro signo et testibus, cuius tenor talis est:

[*Incluye doc. de 1225, marzo 14. Zaragoza*]

Idcirco ad maiorem vestram et vestrorum successorum firmitatem et ratione nostri transitus ultra maris, per nos et successores nostros de certa scientia, laudamus, concedimus et confirmamus vobis iuratis et probis hominibus ac toti concilio civitatis Cesarauguste tam presentibus quam futuris, in perpetuum, instrumenta predicta predictum superius notatum; volentes et vobis nichilominus concedentes quod ipsum instrumentum et omnia que in eo sunt notata vobis et vestrarum successoribus perpetuum

inviolabiliter observentur. Mandantes firmiter senioribus, maioribusdomus, baiulis, iusticiis, zavalmedinis, iuratis, lezdariis, pedagiariis ac universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta omnia firma habeant et observent ac faciant vobis servare, ut superius continetur, et non contraveniant aliqua ratione si de nostra confidunt [gratia] vel amore.

Datum Calataiubi, VI^a idus iunii, anno Domini M° CC° LX° nono.

[Signum (*signo*) Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.]

[Testes sunt: Egidius Garcez de Azagra. R. de Rocafull. Lupus Ferrench de Luna. G. de Alcalano. Huguetus de Angularia.]

1269, junio 8. Calatayud.

1663

Jaime I, rey de Aragón, concede a Martín Pérez de Huesca el zalmedinazgo de la ciudad de Zaragoza.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 168v.

Publ.: CANELLAS, A., *Colección diplomática del Concejo de Zaragoza*, núm. 131.

[Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani,] per nos et nostros damus et concedimus vobis Martino Petri de Oscha, civi Cesarauguste, in tota vita vestra, zalmedinatum civitatis Cesarauguste, ita scilicet quod vos sitis zalmedina Cesarauguste in tota vita vestra et audiatis causas et faciatis sententias et in aliis omnibus exerceatis officium ipsum zalmedinatus predictum sicut alii zalmedine ipsum melius exercere consueverunt, dum tamen vos in ipso officio bene et fideliter habeatis. Et habeatis et recipiatis inde pro officio et labore vestra omnia ea iura que alii zalmedine eiusdem loci consueverunt inde percipere et habere. Mandantes firmiter iuratis et universitati Cesarauguste [quatenus vos habeant de cetero pro zalmedina dum vixeritis, ut est dictum, et pro vobis faciant

ac obediant in omnibus, sicut aliis zalmedinis consueverunt unquam melius obedire].

Datum Calataiubii, VI° idus iunii, anno Domini M° CC° LX° nono.

[Signum (*signo*) Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.]

1269, junio 8. Calatayud.

1664

Jaime I, rey de Aragón, recibe de Martín Pérez de Huesca trescientos morabetinos de oro por la donación que ha recibido del zalmedinazgo de la ciudad de Zaragoza.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 168v.

Publ.: CANELLAS, A., *Colección diplomática del Concejo de Zaragoza*, núm. 132.

[Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani,] recognoscimus et confitemur habuisse et recepisse a vobis Martino Petri de Oscha, civi Cesarauguste, ratione donationis et concessionis quam vobis fecimus de zalmedinatu Cesarauguste, trecentos morabetinos alfonsinos in auro de quibus a vobis sumus bene paccati ad nostram voluntatem.

Datum Calataiubi, VI° idus iunii, anno Domini M° CC° LX° nono.

[Signum (*signo*) Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.]

[Testes sunt: Egidius Garcez de Azagra. R. de Rocafull. Lupus Ferrench de Luna. G. de Alcalano. Huguetus de Angularia].

1269, junio 8. Calatayud.

1665

Jaime I, rey de Aragón, concede al concejo de Huesca que no pueda introducirse en la ciudad vino que no haya sido producido en sus términos.

AMHu. *Concejo*, traslado notarial.- *Libro de Privilegios*, 1, f. 38.

Publ.: ARCO, R. del, "Documentos inéditos del Archivo Municipal de Huesca", *Linajes de Aragón*, IV (1913), pg. 1.-

LALIENA, C., *Documentos municipales de Huesca, 1100-1350*, núm. 31.

Privilegio del vino

Nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, damus et concedimus vobis, iuratis et toti concilio Osce, ac etiam perpetuo statuimus quod de cetero vinum non ponatur in civitate Osce per aliquem vel aliquos ipsius civitate, nec etiam per aliquam aliam personam extraneam vel privatam, nisi tantummodo de vineis civitatis predictae et terminorum suorum. Et si forte aliquis contra hoc nostrum statutum attemptaverit vinum ponere in civitate et termino Osce de aliquibus villas vel locis que fuerint extra terminos dicte civitatis, vinum illud amittat et sexaginta solidos iaccensem pro pena solvat et ille que in doliis suis sive cupis dictum vinum prohibitum receperit amittat similiter dictas cupas et sexaginta solidum iaccensem pro pena solvat.

Datum Calataiubii, VI° idus iunii, anno Domini M° CC° LX° nono.

1269, junio 8. Calatayud.

1666

Jaime I, rey de Aragón, exime a los carniceros de Huesca de pagar lezdas y peajes en el Puente de Luna por sus ganados.

AMHu. *Libro de Privilegios*, 2, f. 42. Muy deteriorado.

Publ.: LALIENA, C., *Documentos municipales de Huesca, 1100-1350*, núm. 32.

Privilegio de la exemption del Puente de Luna

Nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, [comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani], damus et concedimus vobis, universis carnificibus Osce, tam christiani [quam sarraceni et judei presen]tibus et futuris, quod non teneamini dare vel solvere [in Pontem de Luna aliquam lezdam vel peda]gium tantum pro illis ganatis vestris que per dictum pontem tran[sierit ..] et ibidem occidendi in carniçariis civitatis Osce liçet in dicto ponte... pedagia [...].

Mandantes lezdariis et pedagiariis dicti pontis quod predicta firma habeant [et observent] et non [contra]veniant ullo modo.

Datum Calataiubii, VIº idus iunii, anno Domini millesimo CCº LXº nono.

1269, junio 11. Daroca.

1667

Jaime I, rey de Aragón, crea el oficio de justicia en Morella y regula su forma de elección.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 169v.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis, probis hominibus et universitati Morelle presentibus et futuris, in perpetuum, quod semper de cetero annuatim festo Natalis Domini creetur iusticia in villa Morelle in hunc modum: videlicet quod probi homines ville vestre eligant tres homines vicinos suos et ipsos presentes baiulo vestro eiusdem qui baiulus accipiet quot voluerit ex illis tribus. Et ille quem ipse acceperit sit iusticia per annum sequentem pro ut hec secundum forum Valencie fieri debent.

Mandantes baiulis, iusticiis, iurati et aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta firma habeant et observent ac faciant observari ut superius continetur et non contraveniant nec contravenire permitant aliqua racione.

Datum Daroce, IIIº idus iunii anno Domini Mº CCº LXº nono.

1269, junio 12. Daroca.

1668

Jaime I, rey de Aragón, enfranquece a Perfecto y Azmel, judíos de Tudela, del pago de ciertos tributos.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 170v.

Publ.: BOFARULL. "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 908.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.323.

Attendentes plura servicia que Açac de Barchinona, fisicus, nuper nobis fecit et quia vos Perfeyt et Azmel, filii quondam de Abenbenist, estis de genere ipsius, idcirco per nos et nostros infranquimus et franchos facimus et immunes vos, Perfeyt et Azmel predictos, iudeos Tudele et successores vestros imperpetuum, ab omni peyta, tributo et qualibet alia exaccione regali, ita, videlicet, quod non teneamini dare aliquid vel peytare pro aliquibus bonis vestris in predictis cum aliqua aliama iudeorum terre nostre, immo a predictis omnibus et singulis sitis franqui atque liberi cum omnibus bonis vestris, habitis et habendis, et sicut melius dici vel intelligi potest ad vestrum bonum, utilem et sincerum intellectum, set nobis et nostris teneamini servire quandocumque servicium a vobis voluerimus habere. Volentes et nichilominus concedentes quod aliqua aliama iudeorum terre nostre non possit vos vel aliquem vestrum excommunicare seu ponere alacmam in vobis aliquam vel habere tacanam seu aliquod aliud vetamentum modo aliquo vel racione. Et insuper recipimus, vos, Perfeyt et Azmel predictos, cum uxoribus, filiis et filiabus et omnibus bonis vestris et eorum, sub nostra proteccione, comanda et guidatico speciali in stando et redeundo salve pariter et secure, per omnia loca nostra et dominacionis nostre, per terram, videlicet, stagnum et quamlibet aquam dulcem, ita quod nullus, de nostri gracia confidens, sit ausus vos vel aliquem vestrum vel aliqua bona vestra in aliquo loco invadere, capere, definere, marcare vel pignorare, offendere vel gravare, culpa, crimine vel debito alieno, nisi vos fueritis debitores principales vel fideiusores pro aliis constituti nec eciam in hiis casibus, nisi in vobis prius fatica inventa fuerit de directo. Mandantes vicariis, baiulis, subbaiulis, paciariis, merinis, iusticiis, çalmedinis, iuratis et universis

aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, ac etiam universis aliamis iudeorum terre nostre, presentibus et futuris, quod predicta omnia et singula firma habeant et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant modo aliquo vel racione si de nostri confidunt gracia vel amore. Quicumque, autem, contra predicta vel aliqua predictorum venire in aliquo atemptaverit, iram et indignacionem nostram et penam mille morabatorum in auro sine aliquo remedio se noverit incursum, dampno illato vobis primo et plenarie restituto.

Datum Daroce, II idus iunii, anno Domini M CC LX nono.

1269, junio 15. Cella.

1669

Jaime I, rey de Aragón, confirma a los hombres y universidad de Jaca sus privilegios.

AMJ. *Libro de la Cadena*, ff. 52-53, núm. 31, copia de finales del siglo XIII

Publ.: SANGORRÍN. *Libro de la Cadena*, 384.-

UBIETO ARTETA, Antonio, *Jaca Documentos municipales*, núm. 65.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.324.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros, laudamus, concedimus et confirmamus vobis, probis hominibus et universitati Iacce, presentibus et futuris, in perpetuum, omnia privilegia que de nobis et antecessoribus nostris habetis et omnia in eisdem contenta prout melius in ipsis continentur, salvis, tamen, et retentis nobis et nostris perpetuo exercitibus et cavalcatis; promittentes quod contra predicta privilegia vel aliquod de eisdem non veniemus nec aliquem venire faciemus aut permittemus, immo ipsa omnia et singula et omnia in eisdem contenta observabimus et observari inviolabiliter faciemus, salvis, tamen, et retentis nobis et nostris perpetuo exercitibus et cavalcatis ut dictum est. Mandantes baiulis, iusticiis, iuratis, merinis et aliis officialibus et subditis nostris,

presentibus et futuris, quod dictam confirmacionem nostram observent, sicut superius continetur, et non contraveniant ullo modo.

Datum Celhe, XVII kalendas iulii, anno Domini M CC LX nono.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: Eximinus de Orreia. Ferricius de Lizana. Lupus G. de Oteiza. Gomes de Podio. P. de Vallimagna.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui, mandato domini regis, hec scripsit et clausit, loco, die et anno prefixis.

1269, junio 16. Teruel.

1670

Jaime I, rey de Aragón, concede autorización a doña Constanza, viuda de Diego López de Vizcaya, y a su hijo Diego López para que puedan vender a Arnau de Romaní el castillo y valle de Villalonga sitos en el Reino de Valencia.

ACA. *Cancillería, Registro 16*, f. 171v.

Publ.: ROCHER, S., *Festes de Villalonga*, octubre 85, doc. 4.

Licentia vendendi castrum de Villalonga in Valentia

Damus et concedimus vobis, dompne Constancie, uxori quondam Didaci Luppi de Viscanya, et Lупpo Didaco, filio vestro, quod possitis vendere Arnaldo de Romanino, militi, castrum et vallem de Villa Longa que habetis in regno de Valencie libere et absque alicuius impedimento. Promittentes quod quamcumque vendicionem inde facietis eidem bonam habebimus atque firmam et non contraveniemus aliqua racione. Immo faciemus ipsum castrum et villam cum eorum iuribus habere et tenere eidem et suis in perpetuum, ut in carta vendicionis quam inde ei facietis plenius continebatur.

Datum Turolii, XVI kalendas iulii anno ut supra [M° CC° LX° nono].

1269, junio 17. Teruel.**1671**

Jaime I, rey de Aragón, dona a Teruel la villa de Arcos con todos sus términos y derechos, a excepción de las salinas y la sal que recibe como diezmo, ordenando que en adelante Arcos sea aldea de Teruel.

AMT. Perg. 27.- AHPT. Concejo de Teruel, perg. s.c. Copia de 13 de febrero de 1376.

Publ.: GARGALLO, A., *El concejo de Teruel en la Edad Media 1177-1327*, IV, doc. 81.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros damus et concedimus vobis, probis hominibus et universitati concilii Turolii, imperpetuum, villam de Archos cum terminis suis per aldea Turolii cum omnibus scilicet iuribus que nos ibidem habemus, exceptis salinis nostris eiusdem ville et sale ipsarum et parte quam percipimus in decima eiusdem ville, ita scilicet quod semper dicta villa cum terminis suis et aliis iuribus nostris, exceptis dictis salinis nostris et sale et dicta parte nostra dicte decime, sit aldea Turolii et ville Turolii subiecta in omnibus, prout alie aldee eiusdem sunt eidem subiecte. Mandantes hominibus de Archos, presentibus et futuris, quod de cetero se habeant et se teneant per aldeanis vestris et vobis de omnibus respondeant, de quibus alii aldeani vestri vobis respondent et respondere tenentur, exceptis illis que nobis superius retinemus. Mandamus etiam iudicibus, iusticiis, iuratis et aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predictam donationem nostram et concessionem firmam habeant et observent et non contraveniant ullo modo.

Datum Turolii, XV^o kalendas iulii anno Domini M^o CC^o LX^o nono.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

(1^a col.) Testes sunt: Eximinus de Urrea.

(2^a col.) Garcias Ortiz de Açagra. Ferrarius de Liçana.

(3^a col.) Garcias de Podio. P. de Ahuero.

Sig(*signo*)num Bertholomei de Porta, qui mandato domini regis hec scribi fecit et clausi loco, die et anno prefixis.

1269, junio 24. Valencia.**1672**

Jaime I, rey de Aragón, dispone acerca de los testimonios contra los judíos de Mallorca y les concede asimismo la inviolabilidad de sus posesiones.

CÓDICE MALLORQUÍN DEL MARQUÉS DE CAMPOFRANCO, f. 7.

Publ.: LLABRÉS, BRAH., XXXVI, pg. 22.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.325.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, etc. per nos et nostros damus et concedimus vobis, universis et singulis iudeis Maioricarum, presentibus et futuris, in perpetuum, quod in aliquibus causis, petitionibus et demandis que vertantur inter aliquem christianum vel christianam ex una parte et aliquem iudeum vel aliquam iudeam ex vobis ex altera, non possit contra vos probari aliquid nec obtineri per testimonium alicuius christiani vel sarraceni, nisi illud probatum fuerit per christianum et iudeum vel per sarracenum et iudeum. Damus eciam et concedimus vobis, universis ei singulis iudeis supradictis, in perpetuum, quod possitis esse et habitare in domibus vestris, quas in Maioricis habetis et de cetero habebitis in locis, quibus modo habitatis, libere et absque alicuius impedimento, prout melius ei plenius usque nunc facere consuevistis; et non possimus nos nec nostri nec aliqua alia persona vos de dictis locis et domibus vestris removeere nec super hoc impedimentum facere vel contrarium. Mandantes firmiter tenentibus locum nostrum in Maioricis et baiulis ac vicariis Maioricarum, necnon eciam aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta omnia firma habeant et observent ac faciant observari, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum Valencie, VIII kalendas iulii, anno Domini M CC LX nono.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, etc.

Testes sunt: Ferrandus Sancii. Petrus Ferrandi. Carrocius, dominus Rebolleti. Ferricius de Liçana. Lupus Sancii de Vergua.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui, mandato domini regis hac scribi fecit et clausit, loco, die et anno prefixis.

[1269]. junio 28. Valencia.

1673

Jaime I, rey de Aragón, concede a F. Gilabert que pueda abrir portal en el muro de la ciudad de Valencia para acceder a la barbaca-na, la cual tiene a censo.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 175r.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi, F. Gilabert, vicino Valencie, plenam licenciam et posse quod possis aperire portallum in muro civitatis Valencie latitudinis quatuor palmorum et altitudinis septem palmorum, contiguo cum domibus suis; per quem portallum habetis tu et tui intrare, exire et redire de dictis domibus tuis in quadam barbaca-na quam tenes ad censum pro communi civitatis Valencie. Et sic volumus quod dictum portale ibi sit perpetuo; et vos et vestri successores ipsum ibi habeatis et teneatis sine contradictione alicuius persone, dum modo non exeat civitati predictae malum aliquod.

Mandantes, etc.

Datum Valencie, IIII kalendas iulii anno ut supra [1269].

1269, junio 29. Valencia.

1674

Jaime I, rey de Aragón, aprueba las cuentas que Pedro Diaz le rinde acerca de los réditos del castillo de Gargio y de las alquerías de La Llo-

sa y Beniatjar y le empeña dicho castillo y alquerías para amortizar la deuda que con él tiene.

ACA. Cancillería, Registro 16, ff. 177v-178r.

Publ.: MESTRE, J., *Alcahalí*, pgs. 661-662, doc. 9.

Per nos et nostros recognoscimus et confitemur \vobis/, Petro Didaci, portario nostro, alcaido de Gargio, vos reddidisse nobis bonum, rectum et legalem computum de redditibus et exitibus, proventibus ac iuribus nostris omnibus castri de Gargio et terminorum suorum, et alqueriarum de Glosa et Vinatia, sitarum in rivo Exalonis, que, per vos vel per alium loco vestri habuistis et recepistis in tribus annis et septem mensibus et viginti diebus proxime presentis et complendis usque in medium proximi preteriti mensis aprilis, scilicet quinto decimo kalendas madii; et super datis, solutionibus, missionibus et expensis per vos inde, tam in retinentia dicti castri quam in aliis pro nobis factis; de quo computo vestri bene pacati sumus nostra voluntate. Et ideo, facimus vobis et vestris super predicta bonum finem et pactum de non petendo; ita scilicet quod de predictis vel ipsorum alicui non teneamini unquam de cetero vos vel vestri nobiscum vel cum nostris iterum computare, nec ullam nobis vel nostris de cetero reddere rationem, sed sitis inde cum omnibus bonis vestris, habitis et habendis, liberi et immunes ac penitus perpetuo absoluti, sicut melius et utilius dici, scribi, intelligi vel excogitari potest ad vestrum et vestrorum bonum et sincerum intellectum. Et est sciendum quod, coagitis predictis receptionibus castri et alqueriarum predictarum, cum datis et solutionibus, missionibus et expensis predictis, remanet quod debemus tornare vobis de computo predicto mille octingentos et tres solidos regalium; et debemus etiam vobis octo milia et quadringentos quinquaginta et duos solidos regalium, quos vobis debebamus et pro quibus obligaverimus vobis castrum de Gargio et alquerias de Glosa et de Vinatia predictas, cum alio albarano nostro quem a vobis habuimus et recuperavimus. Et ita esse summa, quam debemus vobis inter totum, decem milia et ducentos quinquaginta et quinque solidos regalium Valencie. Pro quibus decem milia et ducenti quinquaginta et quinque solidos obligamus et impignoramus

vobis, dicto Petro Didaci et vestris, castrum et villam de Gargio et alquerias de Glosa et de Vinatia, sitas in regno Valentie, in rivo Exalonis, cum redditibus et exitibus, proventibus ac aliis iuribus nostris omnibus, quos et que in dicto castro et terminis suis ac alqueriis predictis et pertinentiis earumdem percipimus et habere ac percipere debemus qualibet ratione; ita videlicet quod vos et vestri vel quem volueritis loco vestri, habeatis et teneatis dictum castrum et villam de Gargio et alquerias predictas, cum predictis omnibus et aliis suis pertinentiis universis, iure vestri pignoris; et percipiatis redditus, exitus, proventus ac alia omnia iura nostra eiusdem castri et dictarum alqueriarum, in solutionem dicti debiti, tot annis, scilicet, et tamdiu, donec expensis redditibus, exitibus et proventibus ac iuribus nostris eiusdem castri et alqueriarum predictarum, deducta inde primitus retinentia dicti castri, sitis vos et vestri de dicto debito plenarie et integre persoluti.

Promittentes vobis quod predictum castrum et alquerias predictas, nec aliqua de predictis, que et quas vobis obligamus et impignoramus, non auferemus vobis, nec de predictis aliquid non tangemus vel percipiemus, nec tangi vel percipi faciemus vel permittemus ab aliquo vel aliquibus ullo modo. Immo, castrum predictum et alquerias predictas, cum redditibus et exitibus suis ac aliis omnibus supradictis faciemus, et cui volueritis loco vestri, habere, tenere ac percipere in pace, ut superius continetur, donec videlicet sitis de dicto debito vestro plenarie persolutus.

Mandantes universis habitatoribus dictorum locorum quod vobis et vestris loco nostri, prout dictum est superius, respondeant de predictis omnibus de quibus nobis respondere tenentur, donec de dicto debito, ut superius continetur, sit vobis et vestris plenarie satisfactum.

Datum Valentie, tercio kalendas iulii, anno Domini millesimo CC. LX nono.

1269, junio 29. Valencia.

1675

Jaime I, rey de Aragón, ordena que los seis presbíteros, los dos diáconos, los dos subdiáconos y el escolar constituidos por Jaime Sarroca,

procurador de San Vicente de Valencia, en dicha casa e iglesia, permanezcan en la misma y les asigna las cantidades a percibir:

AHN. Clero. Carp. 3.224, núm. 4. Original. Pergamino. Sello pendiente perdido. Publ.: MATEU IBARS, M^a D., “Berenguer de Pradas, capellán real, prior y procurador de San Vicente de Valencia”, *XCHCA*, 3, 4 y 5 (1976), pg. 212.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros volumus et statuimus et ordinamus quod illi sex presbyteri, nomine Dominicus de Alguayra, Johannes de Calaf, Guillelmus Tolsani, Guillelmus Aymerici, Bernardus Morrefelli, Bernardus d'en Masses; et illi duo diachoni, nomine Guillelmus de Apiaria et Johannes Petri; et illi etiam duo subdiachoni, nominati Bonanatus Muleti et Iacobus Cazola; et ille scolario, nomine Guillelmus Bernardi, qui quidem per dilectum notarium nostrum Iacobum de Rocha, procuratorem domus Sancti Vincencii sunt in domo et ecclesia Sancti Vincencii constituti, sint ibidem et mutari inde non possint toto tempore vite sue. Ipsi tamen inter sint personaliter diurnis et nocturnis horis in ecclesia antedicta. Volentes ut dicti presbyteri habeant singulis annis de cetero unusquisque scilicet octuaginta solidos pro vestitu; et diachoni, unusquisque, sexaginta solidos; et subdiachoni, unusquisque quinquaginta solidos; et scolaris quadraginta solidos. De quibus solvantur eis medietas in unoquoque festo Paschatis et alia medietas in unoquoque festo sancti Michaelis mensis septembris. Statuentes etiam quod omnes predicti clerici comedant in simul in domo Sancti Vincencii et provideatur eisdem clericis ibidem in suis necessariis victus competenter de bonis dicte domus; et si infirmarent, forssitan eisdem similiter in omnibus eis neccesariis in sua infirmitate sicut consuetum est provideatur quamdiu fuerint infirmi. Mandantes firmiter priori seu procuratori domus Sancti Vincencii, presentibus scilicet et futuris, quod predicta firma habeant et observent, ut supradictum est, et non contraveniant nec contravenire permitant aliqua ratione.

Datum Valencie tercio kalendas iulii anno Domini M^o CC^o LX^o nono.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: P. Ferrandi. Carrocius dominus Rebolleti. Garcias de Podio. Ato de Lisuno. P. d' Ahuro.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1269, junio 29. Valencia.

1676

Jaime I, rey de Aragón, concede a Fernando Sanchez, su hijo, la villa y salinas de Nabal en reconocimiento de una deuda de trece mil quinientos sueldos.

ACA. Perg. 1851 de Jaime I.

Publ.: FONDEVILLA, P., "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1.074.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.326.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros recognoscimus et confitemur debere vobis, dilecto filio nostro Ferrando Sancii, tresdecim milia et quingentos solidos iaccenses quos pro nobis persolvistis Luppo de Pomar, cui dicti denarii a nobis remanent ad solvendum de duobus mille morabatinis, quos ei pro dote Milie, eius uxoris, dare promisimus et assignavimus super castro et salinis de Nabali cum carta publica ut in ea continetur; pro quibus quidem tresdecim milia et quingentis solidis iaccensibus supradictis obligamus vobis, dicto Ferrando Sancii, filio nostro, castrum et villam de Nabali et salinas eiusdem cum aliis omnibus redditibus, exitibus, proventibus et nostris iuribus universis, que in castro et salinis predictis ac suis pertinentiis habemus et habere debemus. Dantes eciam et concedentes ad violarium vobis dictum castrum cum mille solidis annualibus, habendis et recipiendis in salinis, et aliis redditibus dicti castri, quamdiu vita fuerit vobis comes, et cum seniorivo

eiusdem ville in emendam, scilicet castri de Vallobar, quod a nobis ad violarium tenebatis et recuperavimus a vobis. Et sic volumus et concedimus vobis quod de cetero habeatis et teneatis ipsum castrum cum salinis et aliis redditibus et exitibus eiusdem, tali, videlicet, modo quod deducatis singulis annis de cetero de dictis salinis et redditibus mille solidos iaccenses, pro quibus nobis et nostris duos milites, secundum quod honor servitur in Aragonia, facere tenemini seu servire et, deducta eciam inde custodia seu retinencia consueta dicti castri et salinarum predictarum, totum quod de dictis redditibus, exitibus et proventibus ac iuribus nostris omnibus supererit, recipiatis in solutum debiti antedicti tamdiu, scilicet, donec inde fueritis persolutus; et, soluto dicto debito, id quod, ut dictum est, de dictis redditibus supererit, habeamus nos, vel quem seu quos voluerimus loco nostri, salvis vobis mille solidis annualibus violarii vestri predicti toto tempore vite vestre. Et vobis soluto dicto debito, reddatis nobis vel nostris albaranum presentem et cartam debiti et obligacionis, quam fecimus predicto Luppo de Pomar de castro de Nabali et salinis predictis de predictis duobus mille morabatinis; post obitum, vero, vestrum, dictum castrum cum suis pertinentiis ad nos et nostros redeat sine obligacione aliqua libere et in pace.

Datum Valencie, tercio kalendas iulii, anno Domini M CC LX nono.

1269, junio 29. Valencia.

1677

Jaime I, rey de Aragón, confirma las donaciones de casas y posesiones hechas en el Reino de Valencia, salvo las de Alzira y su término, así como los privilegios y documentos concedidos.

AMV. Perg. 32.- AMX. *Aureum Opus*, f. 45r.- ARV. *Priv. y Ord. vol. 613*, f. 49.

Publ.: *Aureum Opus*, Priv. Jaime I doc. 79.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 957.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros, bono animo, et spontanea voluntate inducti, approbamus et perpetuo confirmamus vobis, universis et singulis probis hominibus civitatis Valencie et omnibus habitatoribus in eadem et termino eius, presentibus et futuris, et vestris heredibus ac successoribus universis, omnes donaciones hereditatum et domorum et aliarum possessionum et concessiones quas vobis vel vestris predecesoribus fecimus et concessimus temporibus retroactis, per nos et illos qui auctoritatem, scilicet, a nobis habebant, super hereditatibus vestris et domibus et possessionibus antedictis et racione earum, prout ipsas hereditates nunc tenetis et possidetis, quas habetis in termino dicte civitatis vel alibi infra regnum Valencie ubicumque, excepta Algezira et termino eius. Promittentes vobis firmiter et secure quod nunquam ipsas donaciones vel concessiones revocabimus nec contra eas venire faciemus nec venire aliquem permittemus in totum vel in partem, aliquo modo vel aliqua causa.

Item, laudamus, approbamus et perpetuo confirmamus vobis et vestris imperpetuum, per nos et nostros, omnia privilegia et rescripta ac cartas, quas vel que vobis vel vestris predecesoribus fecimus et concessimus aliqua racione vel modo usque in presentem diem et hec omnia promittimus facere laudari et approbari atque perpetuo confirmari a carissimo filio nostro infante Petro.

Datum Valencie, III kalendas iulii, anno Domini M CC LX nono.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: P. Ferrandi. Carrocus, dominus Rebolleti. Atho de Lesun. Ferricius de Lizana. Eximinus Petri de Oriz.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui mandato domini regis hoc scripsit et clausit loco, die et anno prefixis.

1269, junio 29. Valencia.**1678**

Jaime I, rey de Aragón, dona a Arnaldo Astruch, notario de Valencia, y a sus hijos seis jovadas de tierra en término de Alzira.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 174v.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi A[rnaldo] Astruch, notario Valencie, per hereditatem propriam, francham, liberam ad hereditandum unam ex filiis tuis, sex iovatas terre in termino Algezire, in bono loco et competenti de terra que rigari debet de cequia nostra nova Algezire. Ita scilicet quod dictas sex iovatas habeatis tu et dictus filius tuus quam ibidem hereditabis et vestris imperpetuum. Et teneatis, possideatis, expletetis cum introitibus, exitibus, affrontationibus et suis pertinentiis universis a celo in abissum, ad dandum, vendendum, impignorandum, etc., exceptis militibus, sanctis, clericis et personis religiosis.

Datum Valencie, III kalendas iulii anno ut supra [anno Domini M CC LX IX].

1269, junio 29. Valencia.**1679**

Jaime I, rey de Aragón, ordena a todos los notarios y escribanos de la ciudad de Valencia que a partir de esta fecha no hagan constar en las cartas de venta de los nobles la cláusula “exceptis militibus”, sólo “exceptis clericis et personis religiosis”.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 179v.

Fidelibus suis universis notariis seu publicis scriptoribus civitatis Valencie, presentibus et futuris. Salutem et gratiam. Volumus et mandamus vobis firmiter quatenus, visis presentibus, de cetero inter cartis venditionum que inter quoslibet milites fient de hereditatibus suis in regno Valencie, non apponatis illam clausulam quam in cartis venditionum que inter eos fiebant apponere consuevistis, scilicet “exceptis militibus”. Set apponatis

istam clausulam “exceptis clericis et personis religiosis”. Quoniam volumus et placet nobis ut milites militibus possint ad invicem suas hereditates vendere et obligare et etiam permutare. Et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum Valencie, III kalendas iulii anno Domini M° CC° LX nono.

1269, junio 30. Valencia.

1680

Jaime I, rey de Aragón, comunica a Arnaldo de Peralta, obispo de Zaragoza, y a su clero que se reservará veinte mil sueldos jaqueses señalados por el papa destinados a Tierra Santa para devolverles los que ahora le han sido dados por ellos por este motivo.

ALSZ. *Cartulario Grande*, f. 45v.a, doc. 47.

Publ.: CANELLAS, A., *Los Cartularios de San Salvador de Zaragoza*, Zaragoza 1989, doc. 1.329.

Iacobus rex mandat de subsidio retinere XXX mille solidos

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, promittimus vobis, venerabilibus et dilectis A. per eandem episcopo et capitulo ac clericis episcopatus Cesarauguste, quod si dominus Papa nobis subsidium aliquis fecerit in negotio Terre Sancte quod assumpsimus et illud nobis dari mandaverit a prelatis et clericis terre nostre, restituemus de eo vobis XX mille solidos quomodo nobis in auxilium dicti negotii datis vel ipsa reteneatis de eo quod vos nobis dare debebitis pro subsidio antedicto de mandato domini Pape sit quod nichil nobis inde dare teneamini donec de ipsis XX mille solidos fueritis plenarie persoluto, nec positus ad hoc per aliquem iudicem vel executorem compelli.

Datum Valencie, II kalendas iulii anno Domini M CC LX VIII.

1269, junio 30. Valencia.

1681

Jaime I, rey de Aragón, confirma los privilegios de la iglesia de Zaragoza.

ALSZ., *Cartulario Grande*, f. 45v,a-b, doc 49.

Publ.: CANELLAS, A., *Los Cartularios de San Salvador de Zaragoza*, doc. 1.330.

Iacobus rex confirmavit omnia privilegia ecclesie Cesarauguste.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et per nostris laudamus, concedimus et confirmamus vobis, venerabilibus et dilectis A., per eandem episcopo et capitulo sedis Cesarauguste et vestris, in perpetuum, omnia privilegia a nobis et antecessoribus nostris vobis in ecclesie vestre et predecessoribus vestris concessa et omnia in eisdem confecta, ut melius et plenius in ipsis continetur. Promittentes quod contra predicta privilegia vel eorum aliquid non veniemus nec aliquem venire faciemus aut permittemus, immo ipsa omnia et singula privilegia et omnia et singula in eisdem contenta observabimus et observari inviolabiliter faciemus. Mandantes etiam zalmedinis, iusticiis, iudicibus, iuratis et aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quos predicta omnia et singula firma habeant et observent, ut melius et plenius ipsa vobis superius confirmamus, et non contraveniant nec aliquam contravenire presumant aliqua ratione vel causa.

Datum Valencie, II kalendas iulii anno Domini M CC LX VIII.

Signum Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: P. Bertrandi. Carrocus, dominus Rebolleti. Ato de Losa. Ferrarius de Lizana. Rodericus Martinis de Azagra.

Sig(signo)num Bartolomei de Porta, qui mandato domini regis hoc scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1269, junio 30. Valencia.**1682**

Jaime I, rey de Aragón, manda al zalmedina y justicia de Zaragoza que no cobren impuesto alguno a los porteros y oficiales del obispo y cabildo de San Salvador de Zaragoza.

ALSZ. *Cartulario Grande*, f. 45v.

Publ.: CANELLAS, A., *Colección diplomática del concejo de Zaragoza*, doc. 134.

Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, zalmedine et iuratis Cesarauguste et universis aliis officialibus et subditis nostris ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Mandamus vobis quatenus non compellatis nec compelli permittatis portarios nec alios officiales venerabilium episcopi et capituli Cesarauguste ad solvendum nec dandum aliquid in aliquibus fonsaderiis, iactis vel aliis quibuslibet exactionibus regalibus contra tenorem privilegii ab antecessoribus nostris et a nobis eis concessi, immo illud privilegium eisdem observetis et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum Valentie, pridie kalendas iulii anno Domini M° CC° LX° VIII°.

[Signum (*signo*) Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.]

[Testes sunt: Ferrandus Sancii. Petrus Ferrandi. Carrocus, domini Rebolleti. Ferricius de Lizana. Lupus Sancius de Vergua.]

[Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui mandato domini regis hoc scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.]

1269, junio 30. Valencia.**1683**

Jaime I, rey de Aragón, concede a Raimundo Elía y a su esposa, María Guillem los baños reales con cuatro tiendas y plaza, sitos en la puerta Cinegia de Zaragoza, en compensación de ciertas deudas pendientes.

ACA. *Cancillería. Registro 16*, f. 183r.

Publ.: CANELLAS, A., *Colección diplomática del concejo de Zaragoza*, doc. 135.

[Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani], per nos et nostros damus et concedimus tibi Raymundo Elie, portario nostro, et Marie Guillelmi, uxori tue, et vestris in perpetuum, balnea nostra Cesarauguste que sunt in Cineya, cum illis videlicet quatuor tendis et placia sive platea que se tenent cum ipsis balneis. Que balnea cum tendis et plateis supradictis volumus quod habeatis vos et vestri et quos volueritis ad habendum, tenendum, possidendum, explectandum et ad dandum, vendendum, impignorandum, comittendum vel aliter alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates libere tui et quibus volueritis perpetuo faciendas, sicut melius diei vel intelligi potest, ad tuum tuorumque bonum et sincerum intellectum. Et est sciendum quod hanc donationem vobis facimus in emenda et recompensatione centum morabetinorum alfonsinorum in auro et octo iovatarum terre quas tibi Raymundo Elie predicto dederamus in termino Gandie, in casamento seu ratione exovarii cum Maria Guillelmi, predicta uxore tua, et pro expensis et missionibus quas feceratis tu et dicta uxor tua in orto et domibus Aliafarie nostre Cesarauguste, et in vineis et aliis hereditatibus capelle dicte Aliaferie, quas vobis dederamus in vita vestra cum publico instrumento que nunc recuperavimus a vobis. Quas vineas et hereditates omnia recuperavimus a vobis et eas dedimus abbati et monachis monasterii de La Grassa. Mandantes firmiter iusticiis, zavalmedinis, iuratis et universis aliis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris quod predictam donationem nostram firmam habeant et faciant observari, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione.

Datum Valentie, II° kalendas iulii anno Domini M° CC° LX° nono.

[Sig(*signo*)num Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.]

[Testes sunt: Ferrandus Sancii. Petrus Ferrandi. Carrocius, domini Rebolleti. Ferricius de Lizana. Lupus Sancius de Vergua.]

[Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui mandato domini regis hoc scribi fecit et clausit, loco, die et anno prefixis.]

1269, junio 30. Valencia.

1684

Jaime I, rey de Aragón, confirma los privilegios de la iglesia de Valencia.

ACV. Perg. 1.226.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 958.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, laudamus, concedimus et confirmamus privilegia omnia a nobis usque nunc facta et concessa ecclesie Valentine super quibuscumque rebus et cartas donacionum et graciaram a nobis factarum canonicis et aliis ecclesiasticis ecclesie memorate...

Datum Valentie, II kalendas iulii, anno Domini M CC LX nono.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: P. Ferrandi. Carrocius, dominus Rebolleti. Atho de Lesuno. Ferricius de Lizana. P. de Adurio.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hoc scripsit et clausit loco, die et anno prefixis.

1269, junio 30. Valencia.

1685

Jaime I, rey de Aragón, ordena que los sarracenos de Cocentina que comprehenden tierras a cristianos paguen diezmos; que los judíos de Murvedre den diezmos y primicias, y que los alamines de los sarracenos

de las villas y lugares del reino de Valencia respondan de las décimas y otros ingresos ante el obispo y cabildo de Valencia.

ACV. Perg. 5.997.- *Libro de la Bisbalía*, f. 1.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 959.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros volumus, statuimus et mandamus quod si sarraceni de Concentania, presentes vel futuri, emerint decetero a christianis hereditates, solvant et donent de fructibus ipsarum decimas et primicias integre sicut christiani facere tenentur. Item volumus, statuimus et mandamus quod iudei Muriveteris et aliorum locorum regni Valentie solvant et donent decimas et primicias de fructibus hereditatum, quas emerunt vel alio modo adquisiverunt, postquam nos habuimus ipsa loca. Item volumus, statuimus et mandamus quod alimini sarracenorum villarum et locorum regni Valentie respondeant de decimis, redditibus et exitibus episcopo et capitulo ac clericis ecclesie Valentine vel baiulis eorundem. Alias quod distringantur citra Xucarum per baiulum Valentie, ultra Xucarum per baiulum Xative, secundum instrumenta et mandata nostra, prout in ipsis instrumentis plenius continetur. Mandantes firmiter baiulis, curiis, iusticiis, alcaydis et universis aliis officialibus et subditis nostri regni Valentie, tam presentibus quam futuris, quod predicta firma habeant et observent ac faciant observari, ut superius continentur, et non contraveniant nee aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Datum Valentie, II kalendas iulii, anno Domini M CC LX nono.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: Carrocius, dominus Rebolleti. Ferricius de Lizana. P. Ferrandi. Atho de Lesuno. P. de Adurio.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scripsit et clausit loco, die et anno prefixis.

1269, junio 30. Valencia. 1686

Jaime I, rey de Aragón, permite a la iglesia de Valencia introducir en la ciudad la cosecha de sus rentas.

ACV. *Libro de la Bisbalía*, p. 112.- AZV. *Caja IV*, perg. 28.-

ARV. *Privilegis e Ordinacions*, vol. 613, f. 55.- *Real 659. Libre Negre*, f. 53.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 960.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros volumus et concedimus in perpetuum vobis, venerabili fratri A., per eandem episcopo decano, et capitulo et canonicis ac aliis clericis ecclesie Valentine et vestris successoribus in perpetuum, quod de cetero possitis libere et sine contradiccione alicuius persone adducere vel portare fructus omnes redituum vestrorum tantum, ubicumque eos habueritis et mittere eos in civitatem Valenciae quodcumque vos volueritis et etiam libere transferre et portare de uno loco ad alium per totum regnum Valenciae ac vendere ibidem. Et etiam de regno ipso extrahere per mare et per terram et apportare ad quemcumque locum volueritis et facere inde vestras voluntates, constitucione aliqua facta vel facienda in aliquo non obstante. Mandantes baiulis, curiis, iusticiis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta omnia firma habeant et observent ac faciant observari, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Datum Valenciae, II kalendas iulii, anno Domini M CC LX IX.

1269, julio 1. Valencia. 1687

Jaime I, rey de Aragón, establece que si los moros de Unceria compraran heredades a cristianos paguen diezmos por ellas.

ACV. *Perg. 751*.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 961.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros volumus, statuimus et mandamus, quod si sarraceni de Unceria, presentes vel futuri, emerint de cetero a christianis hereditates, solvant et donent de fructibus ipsarum decimas et primicias integre sicut christiani etiam facere tenentur. Item volumus, statuimus et mandamus quod iudei Muriveteris et aliorum locorum regni Valenciae solvant et donent decimas et primicias de fructibus hereditatum, quas emerint vel alio modo acquisierint, postquam habuimus ipsa loca. Item, volumus et statuimus et mandamus quod aliamini sarracenorum villarum et locorum regni Valenciae respondeant de decimis, redditibus et exitibus episcopo et capitulo ac clericis ecclesie Valenciae vel baiulis eorundem; alias quod distringantur citra Xucarum per baiulum Valenciae et ultra Xucarum per baiulum Xative, secundum instrumenta et mandata nostra que in ipsis instrumentis plenius continentur. Mandantes firmiter baiulis, curiis, iusticiis, alcaydis et universis aliis officialibus et subditis nostris regni Valenciae, tam presentibus quam futuris, quod predicta firma habeant et observent ac faciant observari, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Datum Valenciae, primo kalendas iulii, anno Domini M CC LX IX.

1269, julio 5. Tortosa. 1688

Jaime I, rey de Aragón, ordena a sus oficiales de Cocentaina que actúen en el asunto de Abradin y de la lezda de los peces del mar igual que lo han hecho en Játiva.

AMC. *Cort del Justicia 1269-70*.

Publ.: BAÑÓ, R., "Registres de Jaume I a l'Archiu Municipal de Cocentaina", *IEA*, 29, doc. 5.

Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis iusticiis et hominibus Cocentanye. Salutem et gratiam. Mandamus vobis quatenus super facto Abradini utamini pro ut utuntur in Xativa et super facto lezda piscium maris similiter. Et hoc alicuot non mutetis.

Datum Dertuse III^o nonas iulii anno Domini M^o CC^o LX^o nono.

1269, julio 9, Tortosa.

1689

Jaime I, rey de Aragón, da licencia a Alfonso de Murcia, de Énova, y a Garcia López, de Cocentaina, para que puedan empeñar los bienes de Arnaldo de Matoner, de Berenguer Nebot y de Bonanat Mercer, ciudadanos de Tarragona, en compensación de los sarracenos que éstos han cogido de sus heredades.

AMC. Cort del Justicia 1269-70.

Publ.: BAÑÓ, R., "Registres de Jaume I a l' Archiu Municipal de Cocentaina", IEA, 29, doc. 6.

Die veneris, V^o kalendas octobris

Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quadam litera aperta domini regis, cum eius minori sigillo in dorso impresso, cuius series sic habetur:

Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, baiulis, iusticiis, iuratis et aliis officialibus et subditis nostris ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Noveritis quod sarraceni et sarracene cum filiis et filiabus suis erant de pace nostra agricole alquerie d'Enova, Alfonsi de Murçie, et alquerie Garcie Lupi de Cocentanya, furati fuerunt et ducti apud Tarrachona, qui sunt in posse Arnaldi de Matonere, barcharii, et Berengarii Nepotis et Bonanati Mercerii, civium Tarrachone. Unde cum dictus Alfonsus invenit

Tarrachonam cum literis nostris bis vel ter quod predicti sarraceni et sarracene sibi tradederentur et noluerunt facere, damus vobis licenciam et potestatem Garcie Lupo de Cocentania et Anfonso de Murçie pignorandi atque capiendi Arnaldum Matonere et Berengarium Nepotis et Bonanatum Mercerii et bona eorum, et, a defectum ipsorum, omnes homines Tarrachone ubicumque inveniantur per totam iuridicionem nostram in mare vel in terram. Quare dicimus et mandamus vobis quod in aliquo non resistatis immo consulatis et eos iuветis in hoc facto. Et hoc aliquot non mutetis, immo hoc taliter compellatis de cetero non videamus ipsum querellantem.

Datum Dertuse, VII idus iulii anno Domini M^o CC^o LX^o nono.

1269, julio 21. Mallorca.

1690

Jaime I, rey de Aragón, concede privilegios a los judíos de Mallorca.

CÓDICE MALLORQUÍN DEL MARQUÉS DE CAMPOFRANCO, ff. 6v-7r.-

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 85r.

Publ.: LLABRÉS, BRAH. XXXVI, pg. 22.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.327.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus vobis, aliame iudeorum civitatis Maioricarum et universis et singulis iudeis et iudeabus eiusdem aliame, presentibus et futuris, quod possitis emere et habere domos et hospicia ad vestram staticam et vineas ac alias hereditates et possessiones, ad opus vestri, intra civitatem, ubicumque volueritis. Possitis eciam stare in vestris propriis domibus et hospiciis, empticiis, scilicet, et conducticiis, intus dictam civitatem et extra, secundum quod iam vobis cum alio nostro privilegio concessimus, ut in eo plenius continetur. Concedimus, eciam, et indulgemus vobis quod in aliquibus causis civilibus et criminalibus aut contractibus aliquibus, quas vel quos cum christianis habebitis seu contraxeritis contra

vos probari non possit nisi per christianum et iudeum et quod in ipsis eciam contra vos probari non possit per chartam aliquam vel scripturam, nisi in ipsa carta sive scriptura christianus et iudeus apositi sint pro testibus et contenti. Item, concedimus et indulgemus vobis de gracia speciali quod aliquis sarracenus vel sarracena, captivus vel captiva, non possit contra aliquem iudeum vel iudeam aliame predictae testimonium facere supra aliquo nec ipsorum sarraceni vel sarracene captivorum testimonium valeat contra ipsos iudeum vel iudeam. Item, concedimus vobis et statuimus firmiter ac mandamus quod si aliquis sarracenus vel sarracena, captivus vel captiva, alicuius iudei vel iudee aliame predictae presentis, scilicet, et futuris, ecclesiam quamlibet intraverit in civitate vel insula Maioricarum, causa baptizandi se, idem sarracenus vel sarracena non baptizetur, donec in ipsa ecclesia continue steterit et moram sive residenciam ibidem fecerit personalem, per tempus sive dies in iure positos et statutos; et cum idem sarracenus vel sarracena fuerint baptizati, remaneant et sint nostri et nostrorum, sicut erant iudei vel iudee, cuius erant captivi. Item, cum constitutionem fecerimus in Catalonia, quod aliquis iudeus de aliquo debito usuras accipere continuo non possit, ultra quinque annos et medium, volumus et concedimus vobis de gracia speciali quod cum contigerit vos de aliquo debito usuras per quinque annos et medium continuo recepisse vel ipsas usuras vobis deberi, quod per dictum tempus continue duraverit et vos, transactis quinque annis et dimidium, querimoniam de ipso debito feceritis coram ipsa curia Maioricarum et, facta ipsa querimonia et vobis ipsam prosequentibus, ut decebit, dictum debitum recuperare non poteritis; ex tunc, postquam, ut dictum est, non poteritis ipsum recipere, possitis petere et accipere usuras salve et secure, ad cotum nostrum de ipso debito, non obstante constitutione predicta. Mandantes firmiter vicariis, baiulis, curiis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta firma habeant et observent et faciant observari, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Datum Maiorice, XII kalendas augusti, anno Domini millesimo CC. LX nono,

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Iacobus de Sancta Eugenia, sacrista maioricensis. Berengarius de Tornamira. Petrus Nunig, Guillelmus de Monte Giscart et Michael Nunig.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scribi fecit et clausit, loco, die et anno prefixis.

1269, julio 21. Mallorca.

1691

Jaime I, rey de Aragón, concede a P. del Rey, canónigo de Lérida y Valencia, el Priorato de San Vicente de Valencia.

AHN. Cód. 100 B, fol. 4.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros successores damus et concedimus vobis P. de Rege, canonico ilderdense et Valencie, prioratum domus sive hospitalis Sancti Vincentii quod nos condidimus et regimen ac administracionem et procuracionem ipsius domus sive hospitalis ac prioratus eiusdem in tota vita vestra, ita scilicet quod vos toto tempore vite vestre sitis prior dicte domus sive hospitalis et regatis, procuretis et administretis ipsam domum sive hospitem et bona eiusdem fideliter atque bene sicut alii priores melius et potentius facere consueverunt. Mandantes firmiter universis clericis dicte domus sive hospitalis Sancti Vincentii, presentibus et futuris, quod vos habeant et teneant de cetero pro priore et vobis obediant in omnibus sicut priori dicte domus facere tenentur. Mandantes etiam universis hominibus ville Castilionis campi Burriane et aliorum locorum dicte domus, tam christianis quam sarracenis, presentibus et futuris, quod vos de cetero habeant et teneant pro priore ac rendant vobis vel cui volueritis loco vestri, de redditibus, exitibus ac aliis iuribus omnibus, de quibus priori Sancti

Vincentii rendere consueverunt. Alia que in dicto instrumento continebantur usque ad datam, non poterant bene legi propter fracturam ipsius privilegii sive instrumenti.

Datum Maioricis, XII kalendas augusti anno Domini M CC LXIX.

Sig(*signo*)num Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: G. de Monte Giscardo. Iacobus de Sancta Eugenia, sacrista maioricensis. P. Nuniz. Miquel Nuniz.

Sig(*signo*)num Symonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis hec scripsit et clausit die et anno prefixis.

1269, julio 22. Mallorca.

1692

Jaime I, rey de Aragón, confirma los privilegios y asignaciones de bienes realizados hasta el momento a los habitantes del reino de Mallorca y añade nuevas disposiciones que contribuyan a su buen gobierno y administración.

AHM. *Cod. 21*, f. 5-6v.

Reg.: QUADRADO, *Priv.* p. 29, 302.

Publ.: PONS, C, "En torno a los privilegios de los caballeros de Mallorca (1230-1349)", *XIII CHCA*, Palma de Mallorca, pgs. 54-55. Es traducción del documento siguiente pero mutilado.

Per totes les libertats e les gracies que per los reys e per los princeps son donades a les lur gents atorgades per so que no fossen oblidades que fossen totes meses en escrit, per asso, sapien tuyts, presents e esdevenidors, que nos en Jacme, per la gracia de Deu rey d'Arago, de Mallorques e de Valencia, comta de Barchinona e d'Urgel e señor de Monspeller, attenents molts e agradables e plasents servicis que vos prohombres e la universitat de la ciutat de Mallorques a nos entro assi havets curat de fer e encara la feultat la qual enves nos en tots vostres negocis vos sots estodiats haver per nos e per los nostros successors, ab aquesta present carta per tots temps

valedora loham, atorgam e confermam a vos, faels nostres prohombres e a la univerçita de la ciutat de Mallorques demunt dita e los habitants e pobladors de tot lo regne de Mallorques, aytambe presents com esvenidors, tots los privilegis e sengles e les libertats o franqueses o inmonitats de nos a vos otorgades, o als antecessors vostres entro a aquest dia, aixi com en les cartes les quals dequen de nos havets mils e plus plenariament es contengut. E loham encara e atorgam e confermam a vos e als vostres per tots temps les donacions, els otorgaments de les cavalleries e de les altres heretats, possecions per nos otorgades e donades a vos e als successos vostres aixi com en lo cabreu de quen de nos fet pus plenariament es contengut. E totes les donacions aytambe de qualques placia heretats o d'altres possecions per nos a vos e als antecessors vostres fetes depus que lo cabreu fon fet ab cartas nostres axi com en aquelles pus plenariament es contengut. En axi ço es a saber, que vos e'ls vostres successors per tots temps puschats husar e husets de las libertats e de les franqueses demunt dites axi com es contengut en les cartes e en los privilegis demunt dits, les quals o les quals de quen havets de nos e les dites heretats e possecions vostres de nos a vos e als antecessors vostres dades, puschats dar, vender, emponyorar, alienar franchament e liurement axi com en la carta de la franquea vostra es contengut, ab infant e sens infant. E encara atorgam a vos e establím per tots temps quels cavalers e tots les altres qui algunes heretats o possecions han comprades o en altre manera guanyades del reyalench nostre, dels homens del nostre servey de la ciutat de Mallorques o d'aquella mateixa illa o altres, paguen e sien tenguts pagar aytambe ells com lurs homens poblats en aquelles heretats o possecions, la part lur per aquelles heretats o possecions les quals del reyalench nostre han comprades e tenen en tot comun e en tot veynatge de la ciutat demunt dita. E encara volem e otorgam e establím per tots temps que tot ciutada e habitador de la ciutat de Mallorques pach e pos la sua part en tot comun e veynatge de la ciutat demunt dita per cases e heretats e possecions que hagen en la ciutat de Mallorques e els termens della, salvu lo cens o l'afer dels senyors, e per tot lo mobil lur en qualque loch l'agen, exceptades empero aquelles cases, heretats

o posseccions que tenen per nobles o per capdals, o per sgleya o per ordens fora la ciutat. E encara otorgam a vos e establím per tots temps, que tots les homens dels nobles e dels capdals o dels ordens o dels clergues o dels cavallers e de totes altres persones de la ciutat o del regna de Mallorques meten e paguen lur part per los bens lurs en reparar e en obrar los murs e los vayls de la ciutat de Mallorques, e en talayes o en armament de mar e de terra en deffencio de la ciutat e regne de Mallorques demunt dit, quant que quant e quantes vegades lo cominal de la ciutat demunt dita aquestes coses feran. E aytambe tots e sengles nobles, capdals, ordens, clergues e cavallers e tots altres qui de la ciquia de Mallorques se reguen o's regaran, paguen lur part per les heretats e per les posseccions les quals d'aquella reguen o regaran en despeses e en messions e en totes coses neccesaries a raparar e a deneiar la font e la siquia demunt dita. Manants fermament a batles, a vaguers, a corts e a tots altres oficials e sotameses nostres, presents e esdevenidors, que les demunt dites coses fermes hagen e observen e fassen sens ravocacio observar, axi com demunt es contengut, e no y venguen contra, ne algu no y leixen contravenir per alguna raho.

Dade a Mallorques, a X dies a la exide de joliol en l'any de M CC LX VIII.

Senyal d'en Jacme, per la gracia de Deu rey d'Arago, de Mallorques e de Valencia, comta de Barchinona e d'Urgel e senyor de Monpesler.

Testimonis son: Guillem de Monliscart. Arnau de Sancta Eugenia, sacrista de Mallorques. Berenguer de Tornamira. Pere Nunis. Miquel Nunis.

Senyal d'en Simo de Sent Pheliu qui, per manament del dit senyor rey, aquestes coses e acloy el lo scrit, e acloy al loch e al dia e en l'any demunt dits.

1269, julio 23. Mallorca.

1693

Jaime I, rey de Aragón, confirma los privilegios y asignaciones de bienes realizadas hasta el momento a los habitantes del reino de Ma-

llorca y hace nuevos ordenamientos para mejor administración del territorio.

AHM. *Llibre de Privilegis i Franqueses*, ff. 26r-30r.

Quoniam universe libertates et gratie que a regibus et principibus dantur suis gentibus et conceduntur consueverunt et debent ne oblivione tradantur scripture memorie comendari. Idecirco, in Dei nomine. Noverint universi presentes pariter et futuri quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Marioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispeulani, attendentes plurima, grata et idonea servitia que vos, probi homines et universitas civitatis Maioricarum, nobis achenus facere multimode curavistis, necnon etiam et fidelitatem quam erga nos in cunctis nostris negociis studivistis habere, per nos et nostros successores, cum hac presenti carta perpetua valitura, laudamus, concedimus et confirmamus vobis, fidelissimis nostris probis hominibus et universitati civitatis Maioricarum predictis ac universis populatoribus seu habitatoribus tocius regni Maioricarum, tam presentibus quam futuris, privilegia omnia et singula, ac libertates, franchitates seu immunitates a nobis concessa vobis seu antecessoribus vestris usque hodie et concessas, pro ut in cartis quas inde a nobis habetis melius et plenius continetur. Laudamus etiam concedimus et confirmamus vobis et vestris imperpetuum donationes ac concessiones cavalleriarum et aliarum hereditatum et possessionum a nobis concessarum et datarum vobis seu antecessoribus vestris, pro ut in capite brevi inde a nobis facto plenius continetur. Et donationes etiam omnes hereditatum quarumlibet et aliarum possessionum a nobis vobis vel antecessoribus vestris factas post predictum caput breve factum cum cartis nostris, ut in eis plenius continetur, ita videlicet quod vos et vestri successores imperpetuum possitis uti et utamini libertatibus et franchitatibus predictis, pro ut continetur in cartis seu privilegiis vestris predictis, que et quas inde habetis a nobis, et dictas hereditates et possessiones vestras a nobis vobis vel antecessoribus vestris datas, possitis dare, vendere, impignorare et alienare franche et

libere et sine aliqua contradictione, pro ut in carta franchitatis vestra continetur, et cum prole etiam et sine prole.

Item, cum expediens sit et consonum rationi unamquamque civitatem sigillum proprium comunitatis habere, volumus et concedimus vobis et probis hominibus et universitati civitatis Maioricarum predictis imperpetuum, quod possitis facere et habere vos et vestri successores sigillum proprium comunitatis civitatis predictae, in quo, ex una parte, sit signum nostrum, et, ex alia parte, signum castri nostri almudayne Maioricarum, cum quoquidem sigillo litteras dicte universitatis sigillare licite valeatis. Damus etiam per nos et nostros ac concedimus vobis et vestris quod, libere et absolute ac sine impedimento et contradictione alicuius persone, possitis ponere et mittere seu constituere cequiarium de anno in anno qui custodiat et ducat aquam cequie maiori earum ad comunem utilitatem civitatis et terre Maioricarum. Et quod quilibet vestrum possitis ducere et ducatis aquam ad rigandum et ad usus vestros per loca in quibus minus preiudicium aliis faciet atque dampnum

Item, cum de quibusdam verbis hiis scilicet enorme crimen in vestris consuetudinibus sive cartis contentis, quid enorme crimen dicatur plurimum dubitetur, hoc per presentem cartam decernimus et taliter declaramus, quod enorme crimen intelligitur de crimine lese maiestatis et crimine false monete et de crimine heresis et de crimine vel delicto, propter quod aliqua persona penam mortis sive corporalem debeat sustinere. Et sic enorme crimen debere intelligi de cetero de predictis criminibus et non aliter statuimus et mandamus.

Item, per nos et nostros concedimus vobis et statuimus imperpetuum quod, si aliquis de aliquo debito quo obligato teneatur semel a nobis vel successoribus seu heredibus nostris fuerit elongatus, et aliud postea de eodem debito specialiter vel simul cum aliis debitis obtinuerit elongamentum, illud secundum elongamentum quo ad illud debitum de quo iam semel elongatus fuerit, non prosit eidem nec a nostra curia observetur, immo ab ipso faciat fieri suo creditori et illi etiam qui comandam fecit, de qua semel iam elongatus fuerit breviter scilicet ac sine cause strepitu iustitie

complementum. Et hoc in civitate et regno Maioricarum volumus et statuimus sic perpetuo observari.

Item, concedimus vobis et vestris quod omnes et singuli illi qui tenent vel de cetero tenuerint domos, hereditates vel alias possessiones ad certum laudimium; et ipsas, in totum vel in partem, alii vel aliis stabilire voluerint ad simile vel maius aut minus laudimium possint hoc facere sicut voluerint, salvo laudimio et omni iure domini maioris, pro ut in instrumento prime acquisitionis contineatur.

Item, concedimus vobis et vestris ac volumus et statuimus imperpetuum quod si aliquis tenuerit domos vel alias hereditates seu possessiones ab aliquo ad certum censum sive tributum vel ad aliquam aliam servitutem et illas stabilierit in totum vel in partem, alii vel aliis ad certum censum sive tributum; et ille vel illi, cui vel quibus, ipsas stabiliverit censum illum sive tributum termino conducto solvere noluerit, ipse stabilitor possit ipsas hereditates ac possessiones emparare et portas de domibus ipsis extrahere pro suo sensu sive tributo sua propria auctoritate, ipso solvente domino maiori pro quo ipsa tenuerit, censum et tributum quod ei inde facere teneatur. Et hoc volumus sic de cetero in civitate et insula Maioricarum perpetuo observari.

Item, volumus, statuimus et mandamus quod, si quis comiserit seu fecerit aliquid enorme crimen a nobis superius declaratum, bandegetur per civitatem Maioricarum predictam et per parrochias insule extra ipsam civitatem. Et postquam aliquis sic banditus fuerit, ut est dictum, quecumque persona ipsum in civitate vel insula maiori earum sustinent vel recollegent scienter, sit mercedi nostre seu nostrorum heredum vel successorum incursum cum omnibus bonis suis. Pro debito vero vel comanda aut aliis contractibus, obligationis seu promissiones inter quaslibet personas initis, curia perquirat vel perquiri faciat ipsum debitorem vel tenentem comandam aut aliter obligatum per civitatem et insulam Maioricarum, et emparet ei omnia bona sua et mandet atque commoneat unicuique domino navium et aliorum lignorum quod ipsum ab insula non extrahant. Et demum si curia ipsum debitorem vel tenentem comandam aut ex aliis predictis contractibus obligatum,

ut dictum est, hiis ita peractis invenire non poterit, bandeget ipsum sub pena sexaginta solidos, in quam incidat quicumque ipsum bandeiatum post predictum bandeiamentum factum sustinuerit vel recollegerit scienter.

Item, ad elidendam omnem dubietatis materiam volumus et concedimus quod, si quis stabilivierit alii vel aliis aliquos honores, domos vel alias hereditates seu possessiones, quos vel quas ab alio tenuerit ad censum sive tributum vel ad aliam servitutem, et inde aliquid receperit pro intrata; de ipsa intrata habeat dominus maior terciam partem, et ille qui ab ipso domino maiori eas tenuerit, residuas duas partes. Et sic dominus maior cartam vel cartas de tali stabilimento vel stabilimentis factas, salvo suo iure, firmare teneatur. De venditionibus et aliis contractibus domorum, hereditatum et aliarum possessionum fiat et observetur, et, ut est fieri hactenus consuetum, nisi tamen certa quantitas vel certum laudimium sint apposita in instrumentis acquisitionum primarum, quorum instrumentorum pacta et conditiones, pro ut in eis contineantur, volumus et statuimus observari.

Item, quia officiales nostri quadam causas terminare quandoque differebant reservantes ipsas nobis vel heredi nostro propter quod aliqui se gravatos dicebant, volumus ac statuimus imperpetuum per nos et nostros quod si vicarius, baiulus vel aliquis nostrum vel successorum aut heredum nostrorum locum tenens fecerit aut moverit racione domini vel ofitii sui alicui vel aliquibus questionem aliquam vel demandam civilem aut criminalem vel alterius modi teneatur ipsam causam vel questionem terminare per sententiam, consilio scilicet, pro ut moris est, proborum hominum civitatis, infra quatuor menses numerandos postquam mota fuerit ipsa questio sive causa, nisi tamen ipsam causam vel questionem differri oporteret dilatione testium legitima vel propter maris impedimentum, propter quod tute ad partes Montispeulani vel Catalonie transfretari non posset. Et ultra predictos quatuor menses, ipse cause vel questiones nisi ut dictum est differri non possint, que si ultra dictum statutum nostrum differentur ultra spatium quatuor mensium, nullius penitus sint valoris, nisi differentur voluntate illius, contra quem causa ipsa vel questio esset mota. Salvis tamen in omnibus mandatis nostris et heredum vel successorum nostrorum.

Item, volentes et desiderantes omnem utilitatem civium et habitatorum civitatis predictae et insule eiusdem volumus et concedimus vobis ac statuimus imperpetuum et mandamus quod aliqua societas, senensium, florentinorum, placentinorum et luchentium non admittatur, nec sit de cetero in civitate vel aliquo loco regni Maioricarum, nec aliquis de societate predictorum possit facere residentiam vel habitationem continuam in civitate et insula memoratis.

Item, concedimus vobis ac statuimus imperpetuum quod milites et omnes alii qui aliquas hereditates vel possessiones emerunt vel aliter adquisiverunt de realenco nostro ab hominibus servitii nostri civitatis Maioricarum vel insule eiusdem vel ab aliis, solvant et solvere teneantur, tam ipsi quam homines sui populati in ipsis hereditatibus seu possessionibus, partem suam pro ipsis hereditatum et possessionibus quas de realenco nostro emerunt et tenent, in omni comuni vicinali seu vicinatico civitatis Maioricarum.

Item, volumus et concedimus vobis ac statuimus imperpetuum quod omnes civis et habitator civitatis Maioricarum, solvat et ponat partem suam in omni comuni vicinali seu vicinatico civitatis predictae, pro domibus et hereditatibus ac possessionibus, quas habeant in civitate Maioricarum et terminis suis salvo censu sive agrario dominorum et pro omni mobili suo ubicumque ipsum habeant. Exceptis tamen illis domibus, hereditatibus seu possessionibus quas tenuerint a nobilibus vel capitalibus ecclesia sive ordinibus extra civitatem.

Item, concedimus vobis et statuimus imperpetuum quod omnes homines nobilium sive capitalium et ordinum clericorum et militum, a quarumcumque aliarum personarum civitatis et regni Maioricarum mittant et solvant partem suam pro bonis suis in reparandis et operandis muris et vallis civitatis Maioricarum, et in talahiis et in armamento maris et terre ad defensionem civitatis et regni Maioricarum predicti, quandocumque scilicet et quocienscumque comune civitatis predictae ista duxerint facienda. Necnon etiam omnes et singuli illi nobiles capitales, ordines clerici, milites et quicumque alii qui de cequia Maioricarum rigant vel rigabunt, solvant partem suam pro hereditatibus et possessionibus quas inde rigant vel rigaverint,

in expensis et missionibus omnibus necessariis ad reparandum et mundandum fontem et cequiam antedictam.

Mandamus itaque firmiter baiulis, vicariis, curiis et aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta omnia firma habeant et observent ac faciant inviolabiliter observari, ut superius continentur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione.

Data Maioricis, decimo kalendas augusti anno Domini millesimo ducentesimo LX^o nono.

Sig(*signo*)num Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Berengarius de Tornamira. Guillermus de Montegiscardo. Iacobus de Sancta Eugenia, sacrista Maioricarum. P. Nuniti. Michael Nuniti.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scripsit, cum supraposito in XXXII^a linea ubi dicitur “extra civiatem”, et clausit loco, die et anno prefixis.

1269, julio 24. Mallorca.

1694

Jaime I, rey de Aragón, reconoce haber recibido de Mallorca un donativo de cincuenta mil sueldos para su empresa de Ultramar y les asegura que dicho dono no perjudicará a sus privilegios.

Publ.: AGUILÓ, E., *Bol. Arq. Lul.* (1894), pg. 384.-
HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 962.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros recognoscimus et confitemur vobis, probis hominibus et universitati Maioricarum, quod ad preces nostras ac gratis et spontanea voluntate vestra dedistis nobis modo in auxilium presentis transitus Ultramaris quinquaginta milia solidos regalium Valencie; et ideo, cum hac presenti carta volumus et concedimus vobis quod donum predictorum denariorum

quod nobis fecistis non possit vobis vel vestris successoribus preiudicium contra franquitates et libertates vestras facere vel parere.

Datum Maioricis, nono kalendas augusti, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Berengarius de Tornamira. G. de Montegiscardo. Iacobus de Sancta Eugenia, sacrista Maioricarum. P. Nuniç. Michael Nuniç.

Sig(*signo*)num Simonis Sancto Felicio qui, mandato domini regis predicti, hec scribi fecit et clausit, loco, die et anno prefixis.

1269, agosto 16. Barcelona.

1695

Jaime I, rey de Aragón, elige al infante Pedro como árbitro en su querrela con el conde de Foix.

ACA. Pergs. Jaime I, núm. 1989.

Publ.: BAUDONDE MONY, *Relations politiques de la France avec le royaume de Majorque*. II, pg. 138.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.328.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, ex una parte, et nos Rotgerius Bernardi, Dei gracia comes Foxensis et vicecomes Castriboni, et Raimundus, vicecomes Cardone, pro nobis et pro Arnaldo Rotgerio, comite de Paylars, ex altera, compromitimus in vos infantem Petrum, filium domini regis, tanquam in arbitrum et arbitratorem a nobis comuniter electum, sub pena decem milium morabotinorum ab utraque parte vobis promissa, quod stabimus dicto, sentencie vel cognitioni super omnibus petitionibus et questionibus, quas nos, Iacobus rex antedictus, fecimus contra vos nobiles predictos, et nos contra vos, dominum regem, coram vobis, infante Petro, racione primi compromisi, per quas petitiones et questiones presens guerra erat inter nos, de qua nunc sunt treuge. Et

pro hiis nos Iacobus, rex predictus, obligamus et tornamus pro pignoribus decem milia morabotinorum castra et villas de Timos, Sancto Antonino et de Pallerol. Et nos, supradicti Rotger Bernardi, comes Foxensis, et R., vicecomes de Cardona, pro nobis et comite de Paylars, tornamus et obligamus, pro pignoribus decem milium morabotinorum, castrum de Torrogia et volumus et convenimus inter nos quod dicte questiones sint determinate per vos, dictum infantem P., usque ad quindecim dies post proximum venturum festum sancti Michaelis. Et processus habitus coram vobis, ratione primi compromissi, valeat in hoc compromisso, secundum quod valebat et valere poterat, si dies predicti primi compromissi finita non est; que questiones sint determinate per vos infra dictum tempus, sive partes fundaverint intencionem suam sive non. Et quod quelibet pars producat testes, quos producere voluerit, hinc usque ad octavam diem ante dictum festum sancti Michaelis.

Et nos, infans Petrus, recipiens in nos dictum compromissum, promittimus determinare et diffinire predictas questiones usque ad predictum tempus et renunciemus fevis.

Datum Barchinone, septimo decimo kalendas septembris, anno Domini M CC LX nono.

Sig(*signo*)num Rotgerii Bernardi, comitis Foxensis et vicecomitis Castriboni. Sig(*signo*)num Raimundi, vicecomitis Cardone, qui pro nobis et pro Arnaldo Rotgerio, comite de Paylars, predicta laudamus, concedimus et firmamus.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani, qui predicta laudamus, concedimus et firmamus in manu et posse prescripti tabellionis.

Testes sunt: P. de Berga. Gaucerandus de Pinos. A., Dei gracia episcopus Barchinone. Berengarius de Entença. R. de Urgio. Geraldus, Dei gracia vicecomes Caprarie. R. de Guardia.

Sig(*signo*)num Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui, mandato domini regis et predictorum Rotgerii Bernardi comitis Foxensis et Raimundi vicecomitis Cardone, hec scribi fecit et clausit, die et anno prefixis.

1269, agosto 21. Barcelona.

1696

Jaime I, rey de Aragón, concede licencia y pleno poder a Domingo de Espés para que pueda vender la heredad que tiene en Sinyen, alquería de Corbera.

AHN. Clero. Carp. 3363, núm. 8.

[N]overint universi, quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus licenciam et plenum posse tibi, Dominico d'Espes, civi Valencie, quod possis libere et absque alicuius impedimento vendere quibuscumque personis volueris, tam militibus, clericis quam quibuslibet aliis, hereditatem quam habes in Sinyen, alqueria de Corbera, non obstante foro Valencie quo prohibetur ne aliquis aliquas hereditates nostri servicii possit vendere militibus, sanctis neque personis religiosis. Mandantes scriptoribus regni Valencie quod de venditione vel venditionibus, quam vel quas de dictis hereditatibus facies, faciant publica instrumenta sine aliqua dilatione.

Datum Barchinone, XII^o kalendas septembris, anno Domini millesimo CC^o. LX^o nono.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

(1^a col.) Testes sunt: R[aimundus] de Cardona. (2^a col.) G[uillelmus] de Castronovo. R[aimundus] de Montecatheno. (3^a col.) G[uillelmus] de Cervilione. G[eraldus] de Capraria.

1269, agosto 28. Barcelona.**1697**

Jaime I, rey de Aragón, reconoce que su hijo Jaime ha recibido de manos de la priora de Sigena la documentación relativa a las tierras de su herencia que estaba depositada en el monasterio

Publ.: DELAVILLE LE ROUX, J. M., *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de S. Jean de Jérusalem (1100-1310)*, Paris 1894-1906, III, pg. 3368.

Nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, recognoscimus et confitemur vobis, priorisse et conventui monasterii de Sexena, quod, de licencia et speciali mandato nostro, tradidistis karissimo filio nostro infanti Iacobo, heredi Maioricarum et Montispessulani, Rossilonis, Ceritanie ac Confluentis, omnia instrumenta, cartas et omnes alias scripturas nostras que erant in dicto vestro monasterio et quas a nobis in comanda tenebatis, que pertinent et pertinere debent ad dictum filium nostrum ratione terrarum de quibus ipsum heredem fecimus et que de dictis terris faciunt mentionem. Et quia de predictis omnibus vobis bene paccati sumus ad voluntatem nostram, ideo, per nos et nostros clamamus inde vos et dictum vestrum monasterium, cum omnibus bonis vestris et eiusdem monasterii, quitias et penitus absolutas sicut melius dici potest et intelligi ad vestrum bonum intellectum. Sic quod non teneamini inde unquam nobis et nostris, nec alicui persone in aliquo respondere, nec ullam redere rationem.

Datum Barchinone, quinto kalendas septembris anno Domini millesimo CC LX nono.

1269, agosto 28. Barcelona.**1698**

Jaime I, rey de Aragón, cede al infante Pedro sus derechos contra Teobaldo de Navarra.

ACA. Pergs. Jaime I, núm. 1991.

Publ.: GONZÁLEZ HURTEBISE, E., "Recull de documents", *ICHCA*, II, pg. 1242.-
HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.329.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, donamus et donacionis inter vivos titulo concedimus vobis, karissimo filio nostro, infanti Petro, omnes acciones petitiones seu demandas nobis competentes contra Theobaldum, illustrem regem Navarre, et contra quoscumque ricos homines, milites, cives et alios quoscumque de regno Navarre, racione convenenciarum sive paccionum olim initarum, inter nos et dompnam Margaritam, matrem quondam ipsius regis Navarre, et eciam inter nos et ipsum regem seu quacumque alia racione seu causa, ita quod vos possitis petere et exigere quicquid nos a predictis omnibus et singulis petere et exigere possemus in iudicio et extra iudicium et pignorarere et distringere eosdem et bona eorum, sicut nos eos pignorarere et distringere possemus, et facere omnia et singula, que circa petitionem et exactionem predictas fuerint oportuna; nos, enim, super hiis omnibus vos procuratorem constituimus in rem vestram. Dantes, eciam, vobis potestatem et specialem mandatum, ut si occasione predictarum petitionum sive exactionum prestandum fuerit aliquod iuramentum, vos illud in anima nostra prestare possitis.

Datum Barchinone, V kalendas septembris, anno Domini millesimo ducesimo sexagesimo nono.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: Rogerius Bernardi, comes Fuxensis. Raymundus, vicecomes Cardone. Gaucerandus de Pinosio. R. de Guardia. C. de Castronovo.

Sig(*signo*)num Symonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scribi fecit et clausit loco, die [et] anno prefixis.

1269, septiembre 1. Barcelona.**1699**

Jaime I, rey de Aragón, permite a los de Puzol y Albal que puedan introducir vino en Valencia.

ACV. *Libro de la Bisbalia*, núm. 2402.- ARV. *Manaments y Empares*. Año 1695, lib. III, mano 38.-

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.330.

Nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, ad preces venerabilis et dilecti nostri fratris Andree, Dei gracia episcopi Valencie, concedimus vobis, universis et singulis hominibus de Puçolio et de Auban, quod de cetero possitis ponere seu mittere quolibet anno, quocienscumque et quandocumque volueritis, intus Valencie vel in alio loco regni eius, vinum collecte vestre ad vendendum, non obstante consuetudine per homines Valencie facta, per nos eciam confirmata. Mandantes baiulis, iusticiis, iuratis et universis aliis officialibus et subditis nostris Valencie et regni ipsius, presentibus et futuris, quod hanc concessionem nostram firmam habeant et faciant inviolabiliter observari, ut superius continetur, et contra ipsam non veniant nec aliquem venire permittant, aliquo modo vel aliqua ratione, non obstante predicta constitucione per homines Valencie facta et per nos confirmata, ut superius est expressum.

Datum Barchinone, kalendas septembris, anno Domini millesimo CC sexagesimo nono.

1269, octubre 9. Perpiñán.**1700**

Jaime I, rey de Aragón, regula a los hombres de Puigcerdá el cobro de ciertos impuestos.

AMP. *Llibre Vert*, f. 5r.

Publ.: MARTI SANJAUME, J., *Dietari de Puigcerda*, doc. 46.

De questiis et tallis: quomodo debeant fieri.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, attendentes quod inter probos homines et universitatem ville Podiiceritani erat contentio super tallis faciendis de peytis sive questiis, redemptionibus exercituum et calcatarum et de aliis regalibus et vicinalibus exactionibus; volentes ipsam contentionem remove ab eisdem, per nos et nostros volumus et statuimus perpetuo quod quandoquidem aliqua tallia fiet in villa Podiiceritani, tam de regalibus quam de vicinalibus exactionibus, fiat in hunc modum, videlicet, quod probi homines et universitas ville Podiiceritani in simul eligant sex bonos homines ex ipsis, scilicet, duos de maioribus, duos de mediocribus et duos de minoribus, qui sex, prestito iuramento primitus ab eisdem super Crucem Domini et sancta Dei Evangelia quod in facto tallie se habeant fideliter atque bene, ipsam talliam faciant prout eis bene et legaliter videbitur faciendum. Et sic perpetuo fiant tallie in villa predicta Podiiceritani et non aliter, non obstante carta aliqua in contrarium per nos facta, videlicet, quod tallie fierent in villa predicta per solidum et per libram.

Mandantes vicariis, baiulis et aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod dictum stabilitum nostrum et concessionem nostram firmam habeant et observent et non contraveniant ullo modo, nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione.

Datum Perpiniani, VIIº idus octobris anno Domini Mº CCº LXº nono.

Sig(*signo*)num Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Gaucerandus de Pinos. R, de Urgio. Ermengaudus de Urgello. Dalmacius de Castro Novo. Sancius Martini de Oblitis.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui mandato domini regis hec scripsit et clausit loco, die et anno prefixis.

1269, octubre 10. Perpiñán.**1701**

Jaime I, rey de Aragón, hace francos a los judíos de Perpiñán del pago de leuda y peaje.

ADPO. *Procuracio real, Registro 11, f. 25.*

Publ: ALART, *Privileges et Titres*, I. pg. 296.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.331.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, fidelibus suis, vicariis, baiulis, curiis, lezdariis, pedagiariis ac universis aliis officialibus omnium villarum et locorum vicariarum Rossillionis, Ceritanie et Confluentis, presentibus videlicet et futuris, ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Noveritis quod propter multa et grata servicia que fideles nostri iudei Perpiniani nobis faciunt et facere cotidie non cessant, concessimus eisdem privilegium franquitate de pedagio sive lezda personarum et equitaturarum suarum, ita quod de personis vel equitaturis suis non donent nec dare teneantur pedagium sive lezdam alicui vel aliquibus personis in aliquo loco vicariarum predictarum. Quare vobis firmiter dicimus et mandamus quatinus dictam franquitatem et privilegium predictum eisdem firmiter observetis et observari ab omnibus inviolabiliter faciatis; et si qua pignora ab ipsis vel aliquo ipsorum ceperunt aliqui clerici vel layci in aliquo loco dictarum vicariarum, racione predicta, a tempore citra, quo nos dictum privilegium sive dictam franquitatem concessimus eisdem, ipsa pignora eis reddi et restitui faciatis incontinenti, non obstante aliquo mandato a nobis in contrarium facto; nec permittatis, eciam, dictos iudeos vel aliquem ipsorum de cetero in aliquo loco dictarum vicariarum racione predicta pignorari vel impediri ab aliquo vel aliquibus clericis vel laycis, immo dictam franquitatem observari inviolabiliter faciatis eisdem, ut est dictum. Hoc, autem, non mutetis aliqua racione, si de nostri confiditis gracia vel amore.

Datum apud Perpinianum, VI idus octobris, anno Domini M CC LX nono.

1269, octubre 21. Barcelona.**1702**

Jaime I, rey de Aragón, ante la noticia de la nueva moneda de plata que quería acuñar el infante Pedro, acuerda mantener la ya existente moneda de terno jurada por él y su hijo a los barceloneses.

AMB. *Libro Viridi, I, f. 231.*

Publ.: SALAT. *Monedas de Cataluña*, II, doc. XIII.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.332.

Anno Domini millesimo ducesimo sexagesimo nono, die lune, que est duodecimo kalendas novembris, in capitulo novo domus Fratrum Predicatorum Barchinone, convenerunt illustrissimus dominus Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, et dominus infans Petrus, eius filius, et dominus Arnaldus, Dei gracia Barchinone episcopus, vocati a domino rege, et magister Berengarius de Turri, archidiaconus, Petrus de Olivella, decanus, Petrus de Insula, Pascalis Alberti, Arnaldus de Bucho canonici Barchinone, frater Raymundus de Pennaforti, nobiles viri Guillelmus de Cervilione et Huguetus de Cervilione, fratres, et abbas Sancti Iohannis de Rivopullo et consilarii civitatis Barchinone, scilicet, Bernardus Durforti, Guillelmus de Monteudaico, Bernardus Poncii et Guillelmus Lulli et plures probi homines eiusdem civitatis, scilicet, Iacobus Grunni, Poncius de Alesto, Bernardus Andree, Petrus Ferrarii, Guillelmus de Laceria, Raymundus Ricardi, Berengarius de Riaria, Bernardus Dominici de Riaria, Iacobus de Rocha, sacrista illerdensis, Ferrarius de Minorisa, Iohannes Blanc, Ferrarius Mayoli vicarius Barchinone, Guillelmus Grunni baiulus Barchinone, Albertus de Lavanya, Arnaldus Lullii, Anticus Ticionis, Philippus d'Espieillis, Bonanatus Sabaterii, Guillelmus de Umbaldo, Guillelmus de Sancto Felice, Raymundus de Oliverdar, Bernardus de Fontibus, Ferrarius Guarini, Petrus Natalis, Berengarius de Capellatis, Bernardus de Vico, Petrus de Portal, Petrus Carbonelli notarius et Petrus Marci notarius, Petrus de Bonastre, Guillelmus de Olesia et plures alii cives Barchinone. Et ibidem, in presencia omnium predictorum, Poncius de Alesto, ad preces et mandatum predictorum

consiliariorum, et domini Arnaldi, Dei gracia Barchinone episcopi, cum reverencia proposuit coram domino rege et domino infante Petro et omnibus supradictis quod dominus infans Petrus volebat et intendebat facere cudi et fieri in civitate Barchinone novam monetam de argento, ita quod denarius argenteus valeret duodecim denarios monete Barchinone perpetue de terno, que perpetuo currere deberet et iam in cudenda dicta moneta de argento multum processerat, ostendens pluribus rationibus et per instrumentum dicte monete de terno, quod erat firmatum et iuratum ab ipso domino rege et ab ipso domino infante Petro, cum voto solemni ab eisdem emisso, vallatum ac bulla plumbea domini regis corroboratum quod aliam monetam cuiuscumque ponderis, signi vel legis iidem dominus rex et dominus infans Petrus et successores eorum non poterant nec debebant facere cudi vel fieri, nisi tantum predictam monetam Barchinone de terno que tunc currebat, que perpetua erat et sub illo pondere, forma, lege et signo tantum, quibus a principio fuit facta et publicata sive sparsa et quod de ipsa moneta de terno non debebant facere cudi, nisi quando necessitas et utilitas esset terre et de consilio et requisicione proborum hominum civitatis Barchinone, prout hec omnia in dicto instrumento confecto de dicta moneta de terno, quod ibidem fuit coram omnibus publicatum et lectum continebantur. Dicitur Poncius de Alesto continuatim aseruit quod intencio intellectus domini regis fuit a principio, quando dicta moneta Barchinone de terno fuit facta, quod nunquam alia moneta cuderetur vel fieret vel curreret Barchinone, nisi tantum dicta moneta Barchinone de terno perpetua, propter maximum damnum quod cives Barchinone et alii de comitatu Barchinone sustinuerant propter mutacionem alterius monete Barchinone de duplo, et nihilominus idem Poncius de Alesto fidem et legalitatem domini regis, qui aseruit predicta omnia sub intencione predicti instrumenti, pro se et tota universitate in testem elegit. Quibus omnibus diligenter propositis et rationibus utriusque partis auditis, dominus rex traxit se ad partem, expulsis omnibus aliis, qui in dicto capitulo erant, cum domino episcopo et cum fratre Raymundo de Pennaforti et cum archidiacono Barchinone et Guillelmo de Cervilione et Hugueto de Cervilione et cum Iacobo de Rocha, sacrista illerdensi et

notario domini regis, et cum Ferrario de Minorisa, Alberto de Lavanya, Johanne Blanc, Ferrario Mayolli vicario Barchinone et Guillelmo Grunni baiulo Barchinone, super facto dicte monete nove de argento et, habita deliberacione, in publico et coram omnibus et vocatis consiliariis et omnibus probis hominibus comitatus Barchinone qui ibi convenerant, dixit dictus dominus rex quod ipse et filius eius Petrus firmaverant et iuraverant monetam Barchinone de terno et quod erat sue intencionis et fuerat semper quod ipsa moneta de terno tunc curreret in Barchinona et in aliis civitatibus et locis in instrumento ipsius monete contentis et quod si necessitas vel utilitas esset, quod a presenti cuderetur de ipsa moneta Barchinone de terno, quod hoc fieret usque ad certam temperatam quantitatem et de consilio et requisicione proborum hominum Barchinone, quia nollet pro meliori regno, quam quod ipse habebat, contra suum sacramentum venire. Et ideo dixit, voluit et mandavit quod de dicta moneta de argento, quam dominus infans Petrus volebat facere cudi, non cuderetur nec fieret nec etiam de aliqua alia cuiuscumque ponderis, signi vel legis, nisi tantum de illa de terno, que per eum et filium suum Petrum extitit iurata. Et his peractis, consilarii et tota universitas civium Barchinone et dominus episcopus et nobiles et alii, qui in dicto capitulo convenerant, regraciando domino regi super premissis, recesserunt inde.

Acta sunt hec loco, die et anno predictis [1269, octubre 21. Barcelona].

1269, noviembre 10. Barcelona.

1703

Jaime I, rey de Aragón, exime a la aljama de Ejea del pago del impuesto de la cena.

ACA. *Cancillería. Registro 202, f. 187 r-v. Inserto en doc. 1704.*

Publ.: PIEDRAFITA, E., *La organización territorial y la propiedad de la tierra en las Cinco Villas (s. XII-XIII)*, doc. 360.

Iacobus et cetera, fidelibus suis collectoribus cene aliamam iudeorum Exee, necnon portariis et universis aliis officialibus nostris presentem

cartam inspecturis ferremus. Salutem et cetera. Cum nos perquiri fecerimus diligenter per fidelem nostrum Bartholomeum de Villafrancha vestra aliam iudeorum predicta consueverit unquam dare cenam et per eius assercionem invenerimus dictam aliamam non consuevisse dare cenam, ideo vobis et unicuique vestrum dicimus et mandamus quot ab exaccione cene quam dictam aliamam facitis, desisteritis penitus et cesatis de cetero de cenam a dicta aliamam iudeorum munimine exigatis.

Datum Barchinone, quarto idus novembris, anno Domini M° CC LX nono.

1269, diciembre 5. Valencia.

1704

Jaime I, rey de Aragón, concede a la aljama judía de Ejea exención perpetua del pago de la cena.

ACA. Cancillería. Registro 202, f. 187r-v.

Publ.: PIEDRAFITA, E., *La organización territorial y la propiedad de la tierra en las Cinco Villas (s. XII-XIII)*, doc. 360.

Noverint universi quod licet nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum et cetera, concesserimus cartam nostram iudeis Exee super cena non dada, sigilli pendentis nostris munimine roborata, tenoris sequentis:

[Inserta doc. 1703]

Postmodum tamen quare in quodam interno tendito in cancellaria nostra per Bartholomeum de Villafrancham, nominatum in dicta carta nostra, que scriptor fuit porcionis hospicii illustrissimi domini regis P[etri], bone memorie patris nostri, scriptum invenimus inter alia loca Aragonis ad cenam solvendam conscriptam dictam aliamam iudeorum Exee cenam ab ipsa aliamam preterea exigí mandabamus, quia vero postmodum tam pro secundariam relacionem eiusdem Bartholomei de Villafrancha, quibusdam rationibus roboratam, tam pro registra nostra quam informacionem, quam accepimus ex illis de domo nostra qui cenas regias in Aragone pluries

collegerunt, constitit nobis concessum fuit dictam aliamam iudeorum Exee non consuevisse predecessoribus nostris vel nobis prestare cenam. Idcirco cum presenti carta dicimus et declaramus aliamam predictorum iudeorum Exee ad dandum nobis vel nostris cenam aliquotam non teneri, et sic ipsos iudeos a cena non prestandam exceptionem et immunes perpetuo reputamus ac etiam appellamus.

Mandamus quam per presentem cartam nostram procuratoribus, supraiunctariis, merinis, baiulis, portariis, collectoribus et universis aliis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris, quod predicta omnia firma habeant et observent et non contraveniant nec aliquo contravenire permitant aliqua racione.

Datum Valentie, nonas decembris, anno predicto [1269].

1270, enero 19. Lérida.

1705

Jaime I, rey de Aragón, asigna a su hijo el infante Alfonso mil sueldos jaqueses sobre los réditos del peaje de Calatayud y ordena a su baile de Zaragoza que, transcurridos los dos años próximos, recupere el tributo que deben pagar los judíos de Zaragoza.

ACA. Cancillería. Registro 10, f. 126v.

Publ.: SAGARRA, F., "Noticias y documentos inéditos", *BALB*, IX, pgs. 293-294.

Nos Iacobus, Dei gratia, et cetera. Restituimus, emendamus et assignamus vobis, karisimo filio nostro domno Alfonso, infanti Aragonum, super redditibus pedagogii nostri de Calataiubo, illos mille solidos iaccenses quos nos mandavimus dari iudeis Daroce pro aptando muro suo qui est diructus de tributo quod dicti iudei vobis dare tenentur annuatim. Mandantes Jahude de Cavalleria, baiulo nostro Cesarauguste, et cuilibet qui pro nobis dictum pedagogium tenuerit vel colligerit pro nobis, quod de dictis mille solidos solvat vel cui vos mandaveritis quingentos solidos in hoc presenti anno et alios quingentos solidos in anno primo veniente ... Preterea volumus

et concedimus vobis quod, transactis istis proximis duobus annis, recuperetis et habeatis inde a dictis iudeis Daroce totum tributum quod ex ipsis habere et accipere solebatis, et hoc non posset nobis in aliquo prejudicium facere.

Datum Ilerde, XIII kalendas febroarii, anno Domini M C C L X nono.

1270, febrero 1. Calatayud.

1706

Jaime I, rey de Aragón, confirma a Jaime de Roca, sacristán de Lérida y deán de Valencia y su notario, la compra de casas, molino y heredades hechas en Valencia.

ACV. Perg. 540.-ACV. Libro de la Bisbalia, 258.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 963.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, confirmamus vobis... nostro notario Jacobo de Rocha, sacriste ilerdensi et decano Valencie..., vendicionem quam Jahudanus de Cavalleria, iudeus, vobis et vestris fecit de turre et domibus, molendino et hereditate, vineis et orto, in termino Valencie que quidem Iohannes Esquerdo quondam vendidit dicto Jahudano... et ea dictus Jahudanus vobis vendidit.

Datum Calataiub, kalendis febroarii, anno Domini M C C sexagesimo nono.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Artallus de Luna. Blaschus de Alagone. Atho de Focibus. Ferricius de Liçana. Petrus Martin de Luna.

Sig(*signo*)num Michaelis Violete, qui mandato domini regis hoc scripsit.

1270, febrero 6. Calatayud.

1707

Jaime I, rey de Aragón, concede al concejo de Teruel la custodia de las salinas de Arcos, estableciendo en ellas un guardia que deberá percibir trescientos sueldos anuales por dicha custodia.

AHPT. Perg. 29A. Original. Pergamino.

Nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, damus et concedimus vobis, iudici, iusticia, iuratis et concilio Turolii, totam custodiam salis salinarum nostrarum de Archubus omnium locorum infrascriptorum, videlicet ville et aldearum Turolii, castri et ville de Alfambra et totius baiulie eiusdem, de Alcalano et totius baiulie eiusdem, de Castiel et de Adamuz et omnium aliorum locorum que consueverunt et debent uti et accipere de dicto sale. Ita quod vos ponatis et substituatís et ponere seu substituere possitis illum quem vos volueritis et loco vestri in custodiam dicti salis; et illo custos habeat et percipiat quolibet anno in dicti salinis trescentos solidos iaccensis pro suo officio et labore. Est tamen sciendum quod homines aldearum Turolii debent emere et recipere de dicto sale quolibet anno ad opus sui et ganatorum suorum mille cacia a festo sancti Iohannis Babbiste usque ad festum sancti Martini. Et sic volumus quod vos habeatis, teneatis et possideatis de cetero dictam custodiam salis et dictus substitutus a vobis habeat et percipiat inde dictos trescentos solidos quolibet anno in dictis salinis, ut dictum est, dum tamen bene et fideliter se habeat in custodia dicti salis. Est tamen sciendum quod propter hoc non intelligimus revocare cartam a nobis factam comendatori de Aliaga super facto salis ut in ea continetur.

Datum Calataiubi, VIIIº idus febroarii anno Domini millesimo CCº LXº nono.

1270, febrero 10. Valencia. 1708

Jaime I, rey de Aragón, concede a la aljama de los judíos de Montpellier que se respeten sus fiestas y rezos sin que sean interrumpidas por ningún judío.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 148v.

Publ.: BOFARULL, F. de, "Jaime I el Conquistador y la comunidad judía de Montpellier", *BALB*, V, pg. 490.

Per nos et nostros concedimus vobis, aliame iudeorum nostrorum Montispesulani et vestris imperpetuum, quod aliquis iudeus non audeat de cetero in aliquo vestro festo sollempni dicere seu cantare horas in sinagoga vestra nisi ille vel illi iudei nisi tantum quando ipsas horas dicendas seu cantandas in dictis festis sollempnibus vocati seu electi fuerint ab illis, iudeis qui colligunt elemosinas iudeorum nec aliquis etiam iudeus audeat ministerium vestrum in sinagoga vestra disturbare vel impedire nisi ex facto vestro vel aliame iudeorum Montispesulani. Quicumque autem contra hoc mandatum nostrum in vestra sinagoga de cetero in aliquo vestro festo sollempni horas dicet, iram et indignationem nostram et penam quinquaginta librarum nobis dandas incurret.

Mandantes tenenti locum nostrum Montispesulani et universis etc.

Datum Valencie, IIII ydus februarii anno Domini M° CC° LX° nono.

1270, febrero 11. Calatayud. 1709

Jaime I, rey de Aragón, concede a Andrés de Liñán las cuevas sitas en término de Calatayud.

Archivo Conde de Doña Marina.

Publ.: CONDE DE DOÑA MARINA, "La casa de Liñán", *Linajes de Aragón*, III (1912), pg. 251.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus per hereditatem propriam, francham et liberam tibi, Andree de Linnano, filio de Andree de Linnano quondam, et tuis, in perpetuum, illas covas qui sunt in terminis de porta Calataiub dicta de Samaynes et medietatem coste que est coram ipsis covis. Ita scilicet quod tu et tui habeatis de cetero ipsas covas et medietatem dicte coste ad faciendam ibi corvallum, in celo scilicet in abissum, ad dandum, vendendum, impignorandum vel aliter alie et alienandum, et ad omnes tuas et tuorum voluntates inde cui et quibus volueritis tu et tui per te francha et libere faciendas, sicut melius dici vel intelligi potest ad tuam et tuorum bonum et sincerum profectum.

Datum Calataiub, tertio idus februarii anni Domini M° CC° LX° IX°.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani.

Testes sunt: Rodericus Diaz de Finoiosa. P. de Valimaynna. Ferrecius de Lizana. R. de Castroaciolo, iustitia Aragonum. S. Martini de Oblitis.

1270, febrero 28. Valencia. 1710

Jaime I, rey de Aragón, permite al abad y monasterio de Poblet que puedan comprar a los hombres de su servicio posesiones, heredades y censales en Lérida, o cualquier villa real, por el mismo precio que a ellos se los vendieron.

AHN. Clero. Poblet, carp. 2.269, núm. 11.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros volumus et concedimus de gracia speciali vobis, fratri Arnaldo, abbati, et conventui monasterii Populeti, quod cum contigerit vos aliquas hereditates seu posesiones vestras aut redditus vendere hominibus

nostri servicii, pro precio quod ex ipsis habebitis, possitis emere ab hominibus nostris in civitate Ilerde et quibuslibet aliis villis et locis nostris, simul scilicet vel separatim, censualia et hereditates ac possessiones, sine impedimento et contradictione alicuius persone. Quas hereditates et posesiones ac censualia, quas et que pro pretio eorum que vendetis ut [diximus sive emetis] a quibuslibet hominibus nostris, simul vel separatim ut superius continetur, volumus quod habeatis franchas et liberas et ab omni servitute remotas et ad vestras omnimodas voluntates; et nos, ipsas, vobis et dicto conventui laudamus et concedimus de presenti dummodo ipsas ematis ut superius continetur.

Mandantes firmiter scriptoribus nostris Ilerde quod de predictis emptionibus quas facietis, ut dictum est, vobis cartas conficiant licite et secure. Mandantes etiam universis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta omnia firma habeant et observent et faciant observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant modo aliquo vel ratione.

Datum Valencie, II kalendas marcii, anno Domini M° CC° LX° nono.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Raymundus de Monchada. Gaucerandus de Pinos. Guilbertus de Crudiliis. Carrocius, dominus Rebolleti. Ferricius de Lizana.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio qui, mandato domini regis predicti, hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1270, marzo 21. Valencia.

1711

Jaime I, rey de Aragón, ordena que los vecinos de Lérida no sean detenidos por deudas salvo excepciones.

AML. Perg. 49.

Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis vicariis, baiulis, curiis, iusticiis et universis aliis officialibus et subditis nostris,

presentibus et futuris ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Noveritis quod nolumus quod persona alicuius pignoretur vel ratione pignoris capiatur aut detineatur pro debito alieno in terra nostra nisi tamen debitorum principalis aut fideiussor fuerit manifestus, quoniam cum vicinus pro vicino pignoratur sufficit quod res et non persone pro inde pignorentur seu capiantur. Quare mandamus vobis firmiter et districte quatenus, visis presentibus, de cetero non pignoretis, capiatis vel detineatis, nec pignorari vel capi aut detineri ab aliquo vel aliquibus permittatis personam alicuius homines vel mulieris ratione alicuius debiti nisi debitos principalis aut fideiussor manifestus ut superius continetur. Set si quis pignorare habuerit, pignoret res prout debuerunt et non personas. Et hoc aliquatenus non mutetis.

Quicumque autem contra predicta in aliquo venire temptaverit, iram et indignationem nostram et penam centum morabatorum se noverit incursum, dampno illato primitus et plenarie restituto. Et si fuerit talis persona propter quam maiorem penam inde habere debeamus, illud nostro arbitrio et cognitione nichilominus retinemus.

Datum Valencie, XII kalendas aprilis anno Domini M° CC° LX° nono.

1270, marzo 26. Valencia.

1712

Jaime I, rey de Aragón, confirma los términos concedidos a Mosqueruela por el concejo de Teruel.

Mosqueruela. ACT, *perg. s. c.* Copia notarial otorgada por el notario Pedro Domínguez el 26 de enero de 1331.

Publ.: GARGALLO, A., *El concejo de Teruel en la Edad Media 1177-1327*, IV, doc. 86.-

LEDESMA, M° L., *Cartas de población del Reino de Aragón en los siglos medievales*, Zaragoza 1991, doc. 215.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus vobis, universis

habitoribus de Mosqueruela, aldea Turolii, et vestris successoribus, imperpetuum, terminos illos qui per iudicem, alcaldes, iuratos et maiordomos, que tunc erant, et septem ordinatores, tunc constitutos de mandato nostro ad ordinandum poblaciones Turolii, assignati fuerunt dicte aldee de Mosqueruela, cum carta facta prima die veneris iunii sub era millesima trecentesima tertia et sigillata sigillo dicti concilii Turolii, prout in ipsa carta plenius continetur; ita videlicet quod vos, habitatores de Mosqueruela predicti, et vestri successores imperpetuum habeatis et possideatis dictos terminos in dicta carta contentos, prout in ipsa plenius et melius continetur.

Mandantes firmiter iudici, alcaldis, iuratis et omnibus aliis officialibus concilii Turolii, presentibus et futuris, quod hanc concessionem et confirmationem nostram firmam habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione.

Datum Valencie, VII^o kalendas aprilis anno Domini millesimo CC^o. LXX^o.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

(1^a col.) Testes sunt: Ferriçius de Liçana. (2^a col.) Garçias Urticii de Azagra. Bertrandus Guillelmi de Entença. (3^a col.) Carrocius, dominus Rebolleti. Guilabertus de Crudiliis.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui, mandato domini regis predicti, hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1270, marzo 26. Valencia.

1713

Jaime I, rey de Aragón, confirma el estatuto promulgado por el concejo de Teruel sobre la práctica del juego.

RAH. Col. Traggia, XIX, f. 186v.

Publ.: GARGALLO, A., *El concejo de Teruel en la Edad Media 1177-1327*, IV, doc. 85.

Nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus vobis, concilio Turolii, imperpetuum, statutum a vobis factum modo super ludo non exercendo ibidem, prout istud fecistis et in ipso statuto plenius continetur. Mandantes firmiter iusticie, iudici et iuratis Turolii, presentibus et futuris, quod dictum statutum firmum habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant modo aliquo vel ratione.

Datum Valencie, VII^o kalendas aprilis anno Domini M^o CC^o LXX^o.

1270, marzo 27. Valencia.

1714

Jaime I, rey de Aragón, concede licencia a Pedro de Salou para vender las alquerias de Ribesalbes, Berita y Truchelles, sitas en el término de Onda.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 234v.

Publ.: GARCÍA EDO, V., *Onda en el siglo XIII*, Onda 1988, doc. 16.

Nos Iacobus etc., concedimus tibi, Petro de Salou, licenciam et plenum posse quod tu et tui possitis vendere, obligare vel alienare, licite et sine impedimento alicuius persone cuicumque vel quibuscumque hominibus servicii nostri, alquareas de Ribesalbes et de Trucelles et de Berita, cum omnibus terminis, iuribus et pertinenciis suis, quas tu habuisti a Rogerio de Monterebeig in extimacione et solutione dotis cum filia sua tempore nupciarum.

Mandantes baiulis, iusticiis, iuratis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod hanc concessionem nostram firmam habeant et observent et contra ipsam non veniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione.

Datum Valencie, VI^o kalendas aprilis, anno Domini M^o CC^o LXX^o.

1270, mayo 1. Valencia.**1715**

Jaime I, rey de Aragón, confirma al concejo de la villa y aldeas de Teruel la posesión del castillo y villa de Alventosa según la sentencia dada por su juez Alberto de Lavaña contra Juan Jiménez y Blas Jiménez, su hermano y tutor.

AHPT. Perg. 20v. Original.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus vobis, probis hominibus et toti concilio ville et aldearum Turolii, sententiam per Albertum de Lavaniam, iudicem nostre curie, in nostra presencia latam pro vobis et contra Iohannem Eximini seu Blasium Eximini, fratrem et curatorem eius, super castro et villa de Alventosa, in quibus ipse Iohannes Eximini et eius curator predictus condempnati sunt, pro ut in carta sentencie predictae plenius continetur. Et quam sententiam, nos cum carta nostra confirmavimus ut in ea carta similiter continetur, ita scilicet quod vos, concilium predictum, et vestri succesoris imperpetuum habeatis et teneatis ac possideatis dictum castrum et villam de Alventosa, cum suis pertinenciis universis, pro ut in dicta sententia vobis adiudicata sunt et in ea plenius et melius continetur.

Mandantes firmiter baiulis, curiis, iusticiis, çavalmedinis, alcaydis, merinis et universis aliis officialibus et subditis nostris, tam presentibus quam futuris, quod predicta firmam habeant et observent ac faciant observari, et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum Valencie, kalendas madii anno Domini M^o CC^o septuagesimo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

(1^a col.) Testes sunt: Bernardus Guillelmi de Entença. (2^a col.) Gaucerandus de Pinos. Ferrarius de Lizana. (3^a col.) G. de Alcalano. A. de Romanino.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1270, mayo 31. Valencia.**1716**

Jaime I, rey de Aragón, ordena a sus oficiales y recaudadores de tributos del puente de Alcira que no cobren por su tránsito a los hombres, animales y mercancías de la casa del obispo de Valencia.

ACV. Leg. 11:43.

Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis baiulo et iusticie, pedagariis et leudariis Alyazire, presentibus videlicet et futuris. Salutem et gratiam. Intelleximus quod petitis seu exigitis denarios racione transitus pontis Aliazire et pedagium a clericis, hominibus, azemilis, bestiis sive rebus aliis venerabilis fratris A., Dei gratia episcopi Valentini, pro eo quia transeunt seu portantur per Aliaziram et per pontem illius loci. Unde nos, recognoscentes dictum episcopum, clericos, homines, bestias, azemilas et res suas, alias domus sue esse liberas et immunes ab omni leuda et pedagio, tam in pontibus quam in locis aliis quibuscumque et ab omni exactione, tam racione transitus pontis quam quacumque alia racione, vobis dicimus et mandamus quatenus a predictis clericis, hominibus, azemilis, bestiis sive rebus aliis domus dicti episcopi non petatis vel recipiatis aliquam racionibus antedictis nec peti vel percipi faciatis vel permitatis et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum Valencie, II kalendas iunii anno Domini M^o CC^o septuagesimo.

1270, mayo 31. Valencia.**1717**

Jaime I, rey de Aragón, confirma la división hecha entre sus casas, que fueron del rey Lobo y luego donadas a Teresa Gil de Vidaure, y las del obispo de Valencia.

ACV. Perg. 4.654.- *Libro de la Bisbalia*, f. 167-168, núm. 142.

Publ.: TEIXIDOR, *Antigüedades de Valencia*. Valencia 1895, I, pgs. 198-199.- HUICI, A., *Colección diplomática*, núms. 964 y 1335.

Nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros confitemur et recognoscimus vobis, venerabili et dilecto fratri Andree, Dei gracia episcopo valentino quod olim, cum fecimus divisionem inter domos nostras que fuerunt regis Lupi -quas quidem domos postea dedimus dompne Teresie et filiis suis ac nostris- et vestras, posuimus ibi terminos, scilicet, quedam foramina que fieri fecimus in pariete domorum comitis Ungarie, ex una parte, et, ex altera, in domibus vestris, quas consuevit tenere archidiaconus Xative et nunc tenet eas sacrista valentinus, prout eciam terminatur dicta divisio per quendam parietem factum inter plateam, que est versus domos nostras, et dictas domos regis Lupi predicti. Recognoscentes, igitur, divisionem predictam per nos factam fuisse, prout superius est expressum et quicquid de predictis terminis est versus domos vestras concedimus et recognoscimus fore plateam domorum vestrarum, quam quidem, per nos et nostros, vobis et vestris successoribus concedimus et iam in dicta divisione meminimus concessisse. Promittentes per nos et nostros eam ratam habere et nunquam in aliquo contravenire.

Datum Valencie pridie kalendas iunii, anno Domini MCC septuagesimo.

1270, junio 1. Valencia.**1718**

Jaime I, rey de Aragón, dicta medidas sobre la organización de las fábricas de la moneda en los territorios de su dominio.

ACA.

Publ.: SALAT, *Las monedas de Cataluña*. II, doc. XIV.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.334.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, etc., per nos et nostros damus et concedimus vobis, fidelibus nostris, universis et singulis operariis et monetariis Aragonum et Cathalonie ac eciam regni Valencie, presentibus, videlicet, et futuris, ac eciam perpetuo statuimus quod aliquis magister monete non colligat nec colligere possit aliquem operarium vel monetarium in aliqua moneta nostra, que cudatur in aliquo loco terre, qui non sit de dominacione nostra habitator et vicinus, nisi fuerit de voluntate vestra; dum, tamen, illi vestrum, qui fuerint in dicta moneta sufficient ad operandum et monetandum ipsam monetam sine damno nostro et quod illi operarii et monetarii sint sufficientes ad dictum officium exercendum, ad cognicionem magistri et custodiarum ipsius monete.

Concedimus, eciam, vobis, operariis et monetariis supradictis, quod vos, simul cum magistro monete, possitis constituere quoslibet alcaldos in quocumque loco dominacionis nostre moneta nostra cudatur; qui alcaldi observent et observari faciant inter vos stabilimenta et constituciones vestras et custodiant et observent fideliter et observari faciant ab omnibus ea, que sunt ad legalitatem monete et ad utilitatem et fidelitatem nostram et nostrorum. Item, concedimus vobis, operariis et monetariis predictis, quod in aliquo loco terre nostre, ubi moneta nostra cudatur, non teneamini vos vel alii oficiales seu servientes monete firmare vel facere ius in posse vel sub examine alicuius vicarii, baiuli, curie vel iusticie nostre, pro querimonia alicuius, dum duraverit opus ipsius monete, sed teneamini firmare et facere ius in posse nostro vel magistris et alcaldorum ipsius monete cuilibet de vobis querimoniam proponenti.

Concedimus, insuper, vobis et monetariis antedictis quod si forte magister monete nostre, propter suam rectitudinem, alicui de operariis argentum prohibere voluerit vel computum alicui de monetariis et ille operarius vel monetarius fideiussorem sibi dare voluerit, quod faciet ei ius in posse dictorum alcaldorum monete; et si dictus magister fideiussorem recipere

noluerit aut dari, quod alcaldi predicti compellant et compellere possint dictum magistrum ad recipiendum dictum fideiussorem, nisi dictus magister ostenderit iustam rationem contrariam dictis alcaldis, qua de causa prohibet argentum operario vel computum monetario antedictis. Et postea ille operarius vel monetarius faciat et facere teneatur dicto magistro, ad cognitionem dictorum alcaldorum, iusticie complementum. Et si forte magister monete noluerit vobis de cetero reddere in qualibet hebdomada, videlicet, in die dominica abragium et bratagium, secundum quod in dicta moneta nostra dari hactenus consuevit, dicti alcaldi compellant ipsum magistrum ad hec complendum.

Volumus, eciam, et concedimus vobis quod quilibet magister monete nostre, ubicumque moneta nostra in terra nostra cudatur, teneatur vobis et cuilibet vestrum querelam de ipso proponenti facere iusticie complementum in posse nostro vel alcaldorum nostrorum ipsius monete et non se possit inde racione aliqua excusare. Predicta, autem, omnia et singula a nobis vobis superius concessa promittimus vobis et vestris successoribus, operariis et monetariis Aragonum et Cathalonie ac eciam regni Valencie, per nos et nostros firmiter observare et in aliquo nunquam contravenire. Mandantes firmiter baiulis, iusticiis, curiis necnon et nostris monete ac eciam universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus, videlicet, et futuris, quod predicta omnia et singula habeant et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant modo aliquo vel racione si de nostri confidunt gracia vel amore. Quicumque, autem, contraveniret, iram et indignacionem nostram et penam ducentorum morabatinorum in auro sine aliquo remedio, se noverit incursum.

Datum Valencie, kalendas iunii, anno Domini millesimo ducesimo septuagesimo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: Guillelmus de Alcalano. Guillelmus de Castronovo. Luppus Guillelmi de Oteyza. Sancius Martini de Oblitis. Petrus de Vilamaya.

Sig(*signo*)num Michaelis Violeta, qui, mandato domini regis, hec scribi fecit, loco, die et anno prefixis.

1270, junio 6. Valencia.

1719

Jaime I, rey de Aragón, dispone sobre la elección de los consejeros del Justicia de Valencia.

Publ.: *Aureum Opus*, Priv. Jaime I núm. 82.-
HUCI, A., *Colección diplomática*, núm. 965.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros volumus et concedimus vobis, iuratis et toti universitati civitatis Valencie, presentibus et futuris, et statuimus imperpetuum, quod iusticia Valencie, quicumque est et fuerit, compellat et distingat consiliarios, qui fuerint electi per vos iuratos predictos, ad iurandum et faciendum sacrum in posse vestro quod fideliter consulant vobis, secundum instrumentum a nobis concessum vobis et universitati predictae. Item, concedimus vobis et statuimus imperpetuum quod ubi forus Valencie non suffecerit, quod vos, iurati et consilarii, consulatis iusticie bona fide et sine enganno, si inde per eum fueritis requisiti, secundum equitatem et sensum naturalem. Et volumus et mandamus ac statuimus quod consilarii predicti teneantur venire coram vobis, qualibet die et qualibet hora, ad requisicionem vestram vel nuncii vestri, ad dandum consilium vobis in eis, in quibus eos necessarios habueritis et eos duxeritis consulendos; quicumque, vero, consiliarius negligens fuerit vel venire noluerit coram vobis, ex quo inde fuerit requisitus, infra spacium temporis, quo palmus candele ardebitur, incedat ac incurrat in penam XII denariorum qualibet die et qualibet vice, quibus requisitus fuerit seu vocatus, nisi ostenderet iustam excusacionem; quam penam volumus et mandamus dari ad abtandum pontes civitatis; pro qua pena vos, iurati predicti, possitis compellere et pignorare consiliarios antedictos per vos vel nuncios vestros. Volumus eciam et mandamus ac statuimus

quod advocati non allegant in causis leges nec decreta nec decretales, nisi tantum forum Valencie, et si fecerint solvant quilibet pro pena decem marchas argenti et priventur officio advocacionis; et si justicia eos audiverit, solvat similiter eandem penam et ab officio expellatur, quam penam ad reparacionem dictorum pontium mandamus dari et similiter applicari.

Datum Valencie, VIII idus iunii, anno Domini M CC LXX.

1270, junio 7.

1720

Jaime I, rey de Aragón, ordena la revisión de heredades concedidas en el reino de Valencia, encargando dicha revisión en el territorio "ultra" el río Júcar a Sancho Jiménez, prior de Santa Cristina y a Gil Jimenez, mientras el precentor de Tarragona, capellán del rey, y Robaldo de Voltorasch revisarán las situadas "citra" dicho río.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 192r.

VII idus iunii anno Domini M CC LXX mandavit dominus rex recognosci omnes hereditates Regni Valencie. Et voluit et mandavit quod Sancius Eximini, prior Sancte Christine, et Egidius Eximini videant et recognoscant hereditates omnes a rivo Xucari ultra et etiam Algezire. Et fuerunt eis traditi libri quos dominus rex iam inde habebat, scilicet libri Aliecire et de Cullera et de Corbera et de alqueriis ipsorum locorum; de quibus libris fuerunt remoci tres quaterni qui erant de Muroveteri et de Almenara. Item, fuerunt eis traditi libri de Xativa et eius alqueriarum. Item, libri de Denia, de Calp, de Cocentayna, de Guadalest, de Alcoy, de Sixona, de Castayla, de Almizra, de Bocayren, de Albaida, de Ontinyen, de Rogat, de Luxen et ipsorum locorum alquerii. Voluit etiam et mandavit quod precentor Terracone, capellanus domini regis, et Robaudus recognoscant hereditates omnes citra Xucarum. Et fuerunt eis traditi libri de Liria, Segorb, de Onda, de Peniscola et ipsorum locorum alqueriis, et tres quaterni supradicti de Murvedre et de Almenara superius nominati.

Remembranza que aquels qui an comprat deven mostrar a aquells quil rey a enviat veedors en lo regne les cartes de la compra; e deven mostrar les cartes que avien aquels de qui compraren, de donacio de aquelles heretats del senyor rey. Item, aquels qui no han comprat, deven mostrar les cartes de donacio que han del senyor rey.

E es a saber, que la muyler d'en Bernat Sicart, de Xativa, ten tres llibres de la particio de Xativa e de les seues alqueries.

1270, junio 12. Valencia.

1721

Jaime I, rey de Aragón, permite formar comunidad en Lérida contra los malhechores.

AML. Dip. 51.

Publ.: GRAS, R., *La Paheria de Lérida*, pg. 51.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 966.

Noverint universi quod nos Iacobus, etc., per nos et nostros concedimus et indulgemus vobis, universis et singulis civibus civitatis nostre Ilerde, castra vel turres aut alia loca extra dictam civitatem habentibus, tam presentibus, scilicet, quam futuris, quod possitis vos ad invicem adiuvere et facere inter vos impredimenta et conveniencias quaslibet super deffendendis et ulciscendis maleficiis, que vobis vel hominibus vestris fient a quibuslibet personis, et eligere singulis annis duos quoslibet probos viros, qui sint caput in predictis, salva tamen fidelitate nostra, ita, scilicet, quod si aliquis vel aliqui richi homines, milites vel quelibet alie persone extranei a civitate Ilerde vobis vel alicui vestrum in aliquo castro, villa, turre vel loco vestris aut hominibus vestris vel rebus suis vel vestris malum aliquod vel dampnum fecerint et ipsi citati legitime per vicarium nostrum et per duos probos homines predictos, qui pro tempore a vobis electi fuerint, noluerint vobis vel hominibus vestris in posse vicarii nostri facere emendam vel complementum iuris de dampnis et maleficiis vobis vel hominibus vestris ab eis factis, vos simul cum vicario nostro, si voluerit interesse, et, si interesse

noluerit, per vos ipsos auctoritate vestra propria cum hominibus et amicis ac valituris vestris possitis illis malefactoribus et rebus suis malum facere, donec de maleficio et dampno datis vobis fuerit plenarie satisfactum; de quo vos non possimus nos vel nostri impetere seu demandare nec contra vos vel res vestras penam aliquam imponere nec petitionem aliquam facere vel demandam.

Mandantes firmiter vicariis, baiulis, curiis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod in predictis donent vobis consilium et iuvamen, quancumque et quocienscumque a vobis et vestris successoribus vel a predictis duobus probis hominibus, qui a vobis et vestris electi fuerint, ut dictum est, fuerint requisiti, et predicta omnia firma habeant et observent ac faciant observari, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum Valencie, pridie idus iunii, anno Domini millesimo CC. septuagesimo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Raimundus, vicecomes Cardone. Guillelmus de Castronovo. Huguetus de Angularia. Guillelmus de Castro Andino. Guillelmus de Alcalano.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui, mandato domini regis predicti, hoc scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1270, junio 25. Valencia.

1722

Jaime I, rey de Aragón, manda a los hombres de Llivia y su parroquia que Bernarda de Llivia, viuda de Ponz Guillem de Villafranca, y su hijo Bernardo Guillem puedan probar ante el juez de Cerdaña y Conflent su derecho a moler trigo en el molino de su marido y no en otro.

A.M. Ll. Perg. 21.

Publ.: MARTI SANJAUME, J., *Dietari de Puigcerdá*, doc. 49. Consta en traslado de 26 de abril de 1320.

Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis universis hominibus de Livia et totius parrochie eiusdem. Salutem et gratiam. Dicimus et mandamus vobis firmiter quatenus Bernarda de Livia, uxor quondam Pontii Guilelmi de Villafranca, et Bernardus Guilelmi, filius eius, probare potuerint in posse iudicis nostri Ceritanie et Confluentis, quod consuevistis molere bladum vestrum tempore dicti Pontii Guilelmi, quondam, in molendinis suis que habent ibidem, vos de cetero vestrum bladum moleri faciatis in dictis molendinis et non alibi. Hoc autem ratione aliqua non mutetis; alias sciatis quod mandamus eisdem quod vos inde compellant.

Datum Valencie, VIIº kalendas iulii anno Domini millesimo CC.º LXXº.

1270, junio 28. Valencia.

1723

Jaime I, rey de Aragón, confirma la sentencia dictada por Martín de Marcilla, Juan Sánchez Muñoz y Simón de Tortajada en el pleito que los vecinos de Mosqueruela y los de Valdelinares tenían por cuestiones de términos.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 196v.

Publ.: GARGALLO, A., *El concejo de Teruel en la Edad Media 1177-1327*, IV, doc. 88.

Per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus sententiam latam per Martinum de Manzela et Iohannem Sancii Muynos et Simonem de Tortaiada, auctoritate et nomine concilii Turolii, inter homines de Mosqueroela et homines Valle de Linares, aldeis Turolii, super quibusdam terminis de quibus contendebant, prout in ipsa sententia continetur. Mandantes et cetera.

Datum Valencie, IIIIº kalendas iulii anno Domini Mº CCº LXXº.

1270, junio 28. Valencia. 1724

Jaime I, rey de Aragón, confirma la sentencia dictada por Domingo de Teruel y Juan de Escriche en el pleito que los vecinos de Camarena y los de Valacloche tenían por cuestiones de términos.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 196v.

Publ.: GARGALLO, A., *El concejo de Teruel en la Edad Media 1177-1327*, IV, doc. 89.

Per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus sententiam latam per magistrum Dominicum de Turolio et Iohannem de Scrig inter homines de Camarena, aldea Turolii, ex una parte, et homines castri de Valacroig, quod est Petri de Adurio, vel ipsum P. de Adurio, ex altera, super quibusdam terminis de quibus contendebant, prout in ipsa sententia plenius continetur. Mandantes et cetera.

Datum Valencie, IIIIº kalendas iulii anno Domini Mº CCº LXXº.

1270, junio 28. Valencia. 1725

Jaime I, rey de Aragón, confirma la sentencia dictada por Miguel de Pedro Menor, Juan de Escriche y Domingo Navarrete en el pleito que los vecinos de Teruel y don Fortún Aznárez de Escorón tenían por los términos situados entre Rubielos y Nogueruelas.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 197r.

Publ.: GARGALLO, A., *El concejo de Teruel en la Edad Media 1177-1327*, IV, doc. 90.

Per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus sententiam latam per Michaelem de Petro Minore et Iohannem de Scrich et Dominicum Navarret inter nobilem virum Fortunium Aznarez de Scoron et filios suos, ex una parte, et homines de Turolio, ex altera, super terminis de Nugueruelas, aldea Turolii, et de Ruviolos, nunc similiter aldea Turolii, super quibus

dicti homines contendebant, prout in ipsa sententia plenius continetur. Mandantes et cetera.

Datum Valencie, IIIIº kalendas iulii anno Domini Mº CCº LXXº.

1270, julio, 1. Valencia. 1726

Jaime I, rey de Aragón, concede a Gonzalo Rodríguez Girón, comendador de Montalbán, y a todos sus sucesores el derecho de mone-daje en Montalbán y sus aldeas.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 198r.- AHN. OO. MM. Uclés, carp. 207, núm. 45. Copia en papel, autorizada por Don Francisco Javier de Garma y Durán, de 1757.

Reg.: GUTIÉRREZ DEL ARROYO, *Privilegios*, núm. 458.-

MARTÍNEZ ORTIZ, *Referencias a Teruel*, núm. 294.

Cit.: MIRET I SANS, *Itinerari*, pg. 439.-

FERNÁNDEZ ARROYO, *Fuero de Montalbán*, doc. 168.

Publ.: SAINZ DE LA MAZA, R., *La Orden de Santiago en la Corona de Aragón*, Zaragoza 1980, doc. 56.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis, fratri Gondiçalvo Roderici Giron, comendatori Montisalbani, quod vos de cetero et successores vestri, comendatores Montisalbani, habeatis, colligatis et recipiatis et colligi ac recipi faciatis imperpetuum totum monedaticum Montisalbani et omnium aldearum Montisalbani eo tempore quo nos faciemus colligi et recipi monedaticum in Aragone. Ita quod vos et omnes successores vestri imperpetuum habeatis et recipiatis dictum monedaticum ville et aldearum Montisalbani ad vestras omnimodas voluntates de dono nostro et gratia speciali.

Mandantes universis et singulis officialibus nostris, ad quos pertinent, quod hanc donationem et concessionem nostram firmam habeant et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione sive causa.

Datum Valentie, kalendis iulii, anno Domini Mº CCº LXXº.

1270, julio 7. Valencia. 1727

Jaime I, rey de Aragón, exime a García Pérez de Lóriz, de la Orden de Santiago, del pago de pecha, cena, hueste, ejército, cabalgada y cualquier otro impuesto real o vecinal, en ocho jovadas de tierra que posee en el reino de Valencia, en las alquerías de Sueca y Cotes.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 199r.- AHN. OO. MM. Uclés, carp. 208, vol. 1, núm. 2. Copia en papel, autorizada por Don Francisco Javier de Garma y Durán, de 1757.

Reg.: GUTIÉRREZ DEL ARROYO, *Privilegios*, núm. 459.

Cit.: BURNS, *The Crusader*, 178 y 455.

Publ.: SAINZ DE LA MAZA, R., *La Orden de Santiago en la Corona de Aragón*, Zaragoza 1980, doc. 57.

Per nos et nostros enfranquimus et francos facimus vobis, fratri Garciae Petri de Loriz, de ordine militie Sancti Iacobi, et vestris, imperpetuum, illas octo iovatas terre quas habetis in regno Valentie ultra Xuqarum, in termino de Sumacarcel, et in alqueria de Zueca et de Cotas, ita quod vos et vestri habeatis imperpetuum dictas octo iovatas terre franchas et liberas ab omni peyta, cena, oste, exercitu, cavalcata et ab omni regali et vicinali servicio et exactione.

Mandantes baiulis, iusticiis, iuratis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod hanc concessionem nostram firmam habeant et observent et contra ipsam non veniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione.

Datum Valencie, nonas iulii, anno Domini M° CC° LXX°.

1270, julio 12. Valencia. 1728

Jaime I, rey de Aragón, concede a los jurados y hombres probos de la ciudad de Valencia que puedan cobrar un óbolo durante tres años por cualquier bestia cargada que entre o salga de la ciudad de Valencia, a excepción de las de los hombres del lugar de San Vicente y del

obispo y canónigos de Valencia, los cuales sirvan para reparar o reconstruir dos puentes, el de la puerta de Serranos y el de la puerta de los hombres de Lérida.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 226v.

Publ.: BURNS, R.I., *El Reino de Valencia en el siglo XIII*, II, doc. XII.

Per nos et nostros concedimus vobis Ferrario Matosis, Guillelmo Raimundi de Turtusa (*sic*), Iacobo Tolosani et Simoni de Monte Bruno, iuratis civitatis Valencie, et aliis probis hominibus et toti universitati eiusdem civitatis, quod a proximo preterito festo beate Margarite usque ad tres annos primos venturos et continue completos possitis accipere, colligere et levare unum obolum tantum in die a qualibet bestia honerata, cum albarda et sine albarda, que intrent in civitatem Valencie vel suburbium eiusdem civitatis, vel exeat de eadem vel de suburbio predicto. Quosquidem obolos mittatis et expediatis et mittere ac ponere teneamini in faciendis et reficiendis ac tenendis condirectis illis duobus pontibus qui sunt in civitate Valencie, quorum unus est apud ianuam Serranorum et alius apud ianuam hominum Ilerde. Concedentes vobis et aliis iuratis qui pro tempore fuerint in civitate Valencie et probis hominibus civitatis Valencie, quod dictos obolos possitis accipere [et] levare sicut predictum est, et compellere et pignorarare omnes exeuntes de predicta civitate et redeuntes in eadem, ducentes bestias honeratas, qui vobis vel hominibus vestris colligentibus dictos obolos dare contradixerint vel solvere obolos antedictos. Intelligimus siquidem volumus et mandamus quod in dicta exhaccione sive solucione ten[e]antur solvere omnes bestie honorate hominum et laboratorum, magnatum et militum et omnium religiosorum, tam extraneorum quam privatorum, semel in die ut superius continetur, exceptis bestiis hominum locorum Beati Vincencii et venerabilis episcopi et capituli ecclesie Valencie et etiam bestiis si quos aliquis habuerit proprias et miserit eas cum blado suo proprio ad molendinorum ad molendum, et exceptis etiam bestiis quas aliquis miserit pro paleis vel pro vino ad opus sui. De bestiis autem molinariorum volumus predictos obulos extorqueri.

Datum Valencie, IIII idus iulii anno Domini M CC LXX.

1270, julio 22. Valencia.**1729**

Jaime I, rey de Aragón, dona al judío Naci Azday un solar sito en Lérida.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 202v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 905.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.336.

Per nos et nostros, de speciali gracia, damus et concedimus tibi, Nazi Azday, iudeo habitatori Ilerde et tuis imperpetuum, per hereditatem propriam, francham et liberam, illud patuum, quod est in cuiraça iudeorum Ilerde, intus turrem de Pinel, quod patuum Vives Delimus, iudeus quondam, dedit aliame iudeorum Ilerde et predicta aliama ipsum dedit postea Beneto Avinceist, iudeo, quondam; quod patuum volumus quod habeatis de cetero tu et tui totum integre et sine aliqua diminucione, prout dictus Benetus ipsum habebat et possidebat, ad faciendum ibi domos ad opus statice tue et tuorum successorum, cum introitibus, exitibus, affrontacionibus et suis pertinenciis universis a celo in abissum, ad habendum, tenendum et possidendum et ad omnes tuas tuorumque voluntates cui et quibuslibet volueritis libere perpetuo faciendas, sicut melius dici vel intelligi potest, ad tuum et tuorum bonum et sincerum intellectum. Mandantes, etc.

Datum Valencie, XI kalendas augusti, anno Domini M CC LXX.

1270, julio 28. Valencia.**1730**

Jaime I, rey de Aragón, nombra juez de los judíos de Lérida a Naci Azday.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 202r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 906.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.337.

Quod nos Iacobus, etc., volumus et concedimus tibi, Naci Azday, iudeo Ilerde, quod tu sis rab super iudeis Ilerde in mandatis legis veteris et sis iudex aliame iudeorum Ilerde et iudices ac determines causam et causas, quas unus iudeus habebit seu movebit contra alium, secundum azunam iudeorum, et habeas de cetero tecum duos iudeos de melioribus et de sapiencioribus dicte aliame, quos tu duxeris eligendos, ad dandum tibi consilium bonum et legale in causis et aliis, que inter iudeos dicte aliame sentenciare habueris seu aliter expedire, et ipsi teneantur venire ad te ad dandum consilium bonum et legale super predictis, quodcumque et quocienscumque a te inde fuerint requisiti et non se valeant inde modo aliquo excusare, dum, tamen, sint in Ilerda et non sint infirmi, nisi iuxtam habuerint excusacionem; quod qui fecerit, peytet nobis pro pena X morabatinos, etc.

Datum Valencie, V kalendas augusti, anno Domini M CC LXX.

[1270], agosto 1. Valencia.**1731**

Jaime I, rey de Aragón, reconoce que Jahudá de Cavallería, su baile de Zaragoza, le ha devuelto cinco cartas de pergamino selladas con el sello mayor y veintiuna en papel selladas con el sello menor, todas en blanco, que le había entregado el año anterior cuando pensaba viajar a Ultramar.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 203r.

Recognoscimus et confitemur vobis, Iahudano de la Cavalería, baiulo nostro Cesarauguste, quod reddidistis nobis nec in reallo Valencie illas quinque cartas albas pergameni, sigillo maiori cereo nostro sigillatas, quas in Barchinona vobis tradideramus in anno proximo preterito quando ad partes ultramarinas credebamus transire; et reddidistis nobis, similiter, viginti et unam literam de illis triginta litteris albis papiri, sigilli nostri parvi sigillatas in dorso (...).

Datum Valencie, kalendas augusti anno eodem [1270].

1270, agosto 9. Alcira. 1732

Jaime I, rey de Aragón, confirma el decreto del veguer de Barcelona sobre usuras de los judíos.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 203r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 906.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.338.

Per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus vobis, universis et singulis iudeis et omnibus aliis spectantibus ad collectam seu questiam iudeorum Barchinone, absolucionem et diffinicionem, quam fidelis noster Guillelmus Durforti, vicarius Barchinone, vobis fecit super facto usurarum cum instrumento publico, ut in ipso instrumento plenius continetur. Promittentes vobis quod contra predictam absolucionem vel diffinicionem non veniemus nec aliquem venire permitemus aliqua racione vel causa, immo ipsam observabimus et observari ab omnibus inviolabiliter faciemus, ut in prefato instrumento, quod a dicto G. Durforti habetis, melius et plenius continetur. Retinemus, tamen, nobis quod si forte aliquis conquestus nobis fuerit a vobis super predictis, quod vos teneamini intercedere et facere ei ius in posse nostro, secundum statutum nostrum. Mandantes vicariis, baiulis, etc.

Datum Aliacire, V idus augusti, anno Domini M CC septuagessimo.

1270, agosto 12. Valencia. 1733

Jaime I, rey de Aragón, concede a los pobladores de Guadasuar, alquería de Alcira, tres jovadas de tierra con las mismas obligaciones que los pobladores de ésta última.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 204r.

Publ.: GUINOT, E., *Cartes de poblament*, núm. 144.

Damus et concedimus vobis, Petro Martini de Olit, Eximino Navarro, P. Laraga, P. Cocalon, Martino de Tudela, Liete, uxori quondam Iohannis de Albalat, Berengario Vales, F. de Vals, Dominico Martini d'Olit, Paschasio de la Raga, Berengario de Pax, Dominico del Puyo, Iohanni Petri d'Olit, Guillermo Stephani de Almenar, Gomicio de Turolio, Tode uxori quondam Eximini de Olit, Stephanie nepoti quondam Ferrarii d'Olit, Martino Martini de Olit, Iohanni de Tafaylla, Domenge d'Olit, Garssie Sancii de Val de Enzebro, Guillelmo de Viacamps, Menge Sancii filie quondam Enneci Navarro, Laurencio Navarro, Aznario de la Raga, Iohanni de Galin Sanz, Marie uxori quondam Lupi de Oteyça, Stephano de Calataiub, Dominico de la Raga, Egidio d'Olit, Marie uxori quondam F. d'Olit, Petro Gerona, Iohanni de Olit, Marie vidue Garcie Baren, Garcie d'Olit, Dominico Petri d'Olit, Stephanie de Signa, Sancie Vela et Dominico Gascon, habitatoribus de Guadassuar, alqueria Aliazire, et vestris imperpetuum, per hereditatem propriam, francham et liberam unicuique vestrum tres iovatas terre super cequiam novam Aliazire, cum terra illa quam iam habetis ibi tam subtus dictam cequiam novam quam supra. Ita tamen quod inter illam terram quam iam modo ibi habetis et cum ista quam nunc vobis damus, habeatis unusquisque vestrum dictas tres iovatas terre; quam quidem terram sive iovatas terre volumus quod habeatis vos et vestri de cetero cum introitibus, exitibus, affrontationibus et suis pertinentiis universis a celo in abissum, ad dandum, vendendum, impignorandum vel aliter alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates libere perpetuo faciendas, exceptis militibus, clericis, sanctis et personis religiosis. Est tamen sciendum quod pro omnibus iovatis predictis debetis servire nobis et nostris, vos et vestri imperpetuum, sicut alii homines Aliazire nobis serviunt et servire tenentur pro hereditatibus suis quas habent in termino Aliazire.

Hanc autem donationem facimus vobis in hoc modo quod de iovatis sive terra, quas vel quam nunc vobis damus, non possitis aliquid vendere

hinc ad decem annos nec aliter alienare, et quod in dicta alqueria faciatis residentiam personalem.

Datum Valentie, pridie idus augusti anno Domini M^o CC^o septuagesimo.

1270, agosto 21. Valencia.

1734

Jaime I, rey de Aragón, concede a doña Berenguela Alfonso y a su descendencia los castillos y villas de Orçeta, Serra, Mola, Finestrat y Torres, sitas en el Reino de Valencia 'ultra Xuquer'.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 205v-206r.

Publ.: SOLER Y PALET, "Un aspecte de la vida privada de Jaume I", *ICHCA*, II, pg. 562. Incompleto.

Per nos et nostros cum hac presenti carta damus et concedimus vobis, karissime et dilecte nostre dompne Berengarie Alfonsi et filio seu filiis vestris masculis quos a nobis tenebitis, imperpetuum, per franchum et liberum alodium, castra et villas de Orçeta et de Serra et de Mola et de Finestrat et de Torres, sita in Regno Valencie ultra rivum Xuquari, cum alqueriis et terminis ac affrontacionibus suis omnibus et cum introitibus et exitibus et melioramentis et cum hominibus et mulieribus sarracenis vel cuiuslibet alterius legis ibi habitantibus et habitaturis, et cum montibus et vallibus ac nemoribus et terris cultis et incultis, heremis ac populatis, tam de regadivo quam de siccano, et cum pratis, pascuis, herbatico, piscacionibus, venacionibus ac vedatis et molendinis, furnis, aquis et aqueductibus, cum lezdis seu pedagiis ac peita de mola sicut consuetum est dari, et cum aliis redditibus, exitibus, proventibus, tributis et censibus, peytis sive questis et cenis, iusticiis seu caloniis, exercitibus et cavalcatis ac redempcionibus eorundem et cum alfardis, çofris, almagramis, bisanciis et monedatico aliisque iuribus et exaccionibus universis et dominio seu iurisdiccione ac omnibus et singulis que quidem nos ibidem percipere et habere debemus qualibet racione, iure, modo vel causa, et sicut Tevicinus et filius eius ac alii sarraceni, domini dictorum locorum, ea melius et plenius

habuerunt, tenuerunt et possiderunt. Que omnia, ut predictum est, damus vobis et vestris sub tali scilicet condicione, modo et pacto quod ea omnia et singula habeatis, teneatis, possideatis et expletetis vos, dompna Berengaria supra dicta, potenter, integriter et in pace, sine contradiccione alicuius persone, toto tempore vite vestre.

Et si filius seu filii masculi ex nobis et vobis procreati et geniti vobis supervixerint, predicta omnia et singula que vobis damus ad ipsum filium seu filios masculos quos de nobis habetis post vestrum obitum revertantur eaque idem filius seu filii nostri et vestri, unus post alium successive, ad suas habeant imperpetuum omnimodas voluntates. Set si filius masculus vobis non supervixerit, vel idem filius seu filii nostri et vestri masculi sine filiis vel filio legitimis masculis decesserint, predicta omnia et singula que vobis damus, ad nos si vixerimus vel illi qui post nos rex fuerit Aragonum et Valencie revertantur. Et sic, cum hac eadem carta investimus vos de predictis omnibus et singulis et vos in corporalem possessionem ipsorum mittimus ad habendum scilicet tenendum, possidendum et expletandum franchum et libere ut superius continetur.

Promittentes vobis in bona fide quod predictam donacionem et omnia et singula supradicta firmam et firma habeamus et observemus, ut superius continetur, et quod contra ipsam vel sipsa in aliquo non veniemus nec aliquem venire permittemus aliquo modo vel racione.

Datum Valencie, XII^o kalendas septembris anno Domini M^o CC^o septuagesimo.

1270, agosto 23. Valencia.

1735

Jaime I, rey de Aragón, concede a Abrahim Aben Halaf licencia para comprar de Bernardo Maçot y sus socios una nave y viajar donde quiera, así como tener socios en Bugía y Túnez.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 206r-v.

Damus et concedimus licenciam et plenum posse tibi, Abraham Aben Halaf, sarraceno, emendi totam navem Bernardi Macoth et sociorum suorum vel partem seu partes ipsius navis. Dantes eciam et concedentes licenciam dictis Bernardo Maçoth et sociis suis vendendi tibi totam dictam navem vel partem seu partes ipsius navis; et vendicionem seu vendiciones, quam vel quas, ipsi tibi facient de predicta navi vel de parte seu de partibus ipsius laudamus, concedimus et confirmamus de presenti. Concedimus eciam tibi Abraham predicto quod cum dicta navi possis navigare et facere viatica ad quascumque partes volueris, cum mercibus et aliis rebus tuis et illorum qui tecum fuerint in dicta navi. Et liceat tibi socios christianos et sarracenos habere de Tunicio et de Bugia, vel de aliis quibuslibet locis, ac eciam servientes.

Recipientes insuper te, Abrafim predictum, et omnes socios tuos et servientes ac alios euntes in dicta navi, et eciam totam dictam navem cum marinariis et omnibus aliis pertinentibus ad dictam navem et cum mercibus et omnibus aliis rebus vestris et illorum qui fuerint in dicta navi, sub nostra proteccionem, commenda et guidacio speciali; et in portu vel portibus dominacionis nostre applicando, et eciam in eundo, stando et redeundo per omnia loca regnorum et iurisdiccione nostre, per terram videlicet mare, stagnum et quamlibet aquam dulcem salve pariter et secure. Ita quod [n]ullus de nostri gracia confidens audeat te Abraham predictum vel dictos socios nec servientes tuos nec marinarios vel alios qui fuerint in dicta navi seu aliquorum ipsorum nec eciam dictam navem vel merces aut res alias que fuerint in eadem capere, detinere, marcare, pignorare, offendere vel gravare in aliquo loco iurisdiccione nostre culpa, crimine vel debito alieno, nisi tu vel ipsi principales fuisti debitores vel pro aliis constituti, nec eciam in hiis casibus nisi prius in te vel ipsis fatiga inventa fuit de directo. Mandantes etc.

Datum Valencie, X kalendas septembris, anno Domini MCC septuagesimo.

1270, agosto 27. Valencia.**1736**

Jaime I, rey de Aragón, ordena al baile de Játiva que entregue cien sueldos reales a la madre de Çaat de Tevicino a percibir cada año sobre las rentas del arrabal de dicha ciudad.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 208r.

Fidelibus suis baiulis Xative presentibus et futuris. Salutem et gratiam. Noveritis nos dedisse cum presente carta nostra Mascharose Christiane, matri de Çaat de Tevicino, C solidos regalium in vita sua, habendos et percipiendos quolibet anno in redivitibus et exitibus nostris ravalli Xative, medietatem videlicet in festo Domini Nativitatis et aliam medietatem in festo Domini Resurreccionis. Quare mandamus vobis firmiter quatenus dictos C solidos regalium daretis etc.

Datum Valencie, VI kalendas septembris, anno Domini M CC septuagesimo.

1270, septiembre 6. Valencia.**1737**

Jaime I, rey de Aragón, dona a Bella y su hijo Roger de Lauria los castillos de Seta y Cherolles.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 211r.

Publ.: FULLANA, "La Casa de Lauria en el Reino de Valencia", *III CHCA*, I, pg. 159, doc. 1. Incompleto.

Donatio de Seta et Cherolles

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex, etc., per nos et nostros damus et concedimus vobis dompne Bele et Rogerio, filio vestro, et posteritati vestre imperpetuum, per hereditatem propriam, francham et liberam, castrum de Seta et Cherollis cum omnibus alcareis, terminis et pertinenciis suis. Ita quod vos et vestri et posteritas vestra dictum castrum

de Seta et Cherollis, cum omnibus alcareis, terminis et pertinenciis suis et cum omnibus hominibus et feminis, tam christianis quam sarracenis cuiuscumque condicionis sint ibi habitantibus et \de cetero/ habitaturis, et cum pratis, aquis, montibus et planis, et cum terris heremis et populatis et cum omnibus redditibus, exitibus, proventibus et quibuslibet aliis iuribus \nostris/ que nos ibi habemus et habere debemus quolibet modo vel qualibet ratione, habeatis, teneatis et possideatis in perpetuum vos et successores vestri pacifice et quiete sicut melius dici et intelligi potest ad vestrum \et vestrorum bonum et sincerum intellectum/, tali tamen condicione quod vos et posteritas vestra inperpetuum faciatis et teneamini facere in regno Valencie residenciam personalem pro hiis que superius vobis damus.

Datum Valentie, VIII idus septembris anno eodem quo supra [anno Domini M^o CC^o septuagesimo].

1270, septiembre 15. Valencia.

1738

Jaime I, rey de Aragón, concede a Pedro de Riuprimer, ciudadano de Barcelona, los ingresos de la cuartera de Barcelona, a cambio de la entrega de ciento cincuenta cuarteras de trigo anuales.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 212r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 907.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.339.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis, Petro de Riuprimer, civi Barchinone, post obitum, scilicet, Iahudani de Cavalleria, baiuli Cesar-auguste, totum ius nostrum, quod percipimus et percipere debemus in quarteria civitatis Barchinone diebus omnibus vite vestre, ita quod vos predictum ius nostrum dicte quarterie habeatis et percipiatis, dum vita fuerit vobis comes, post mortem dicti Iahudani. Vos, vero, teneamini dare nobis et nostris, quolibet anno, pro huiusmodi iure nostro dicte quarterie, C. quinquaginta quarterias frumenti. Et sic habeatis et percipiatis totum predictum ius nostrum dicte quarterie, post obitum dicti Iahudani, dum

vobis fuerit vita comes, ad vestras omnimodas voluntates, ut superius continetur.

Datum Valencie, XVII kalendas octobris, anno Domini M CC septuagesimo.

1270, septiembre 18. Valencia.

1739

Jaime I, rey de Aragón, concede a Dominguita y Bernardita, hijas de Domingo de Ainsa, dos solares para construir casas en Alzira, con la obligación de hacer residencia personal en dicha localidad y no vender dichos solares durante diez años.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 215r.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis, Domengete et Bernardoni, filiabus Domenge de Ainsa, et vestris et cui vel quibus volueritis imperpetuum, per hereditatem propriam, francham et liberam, duo patua terre in Aliazira ad construendum et hedificandum domos, que quidem patua confrontantur in duabus viis publicis et in orto Iacobi de Calataiub duobus partibus, prout dicta patua vobis assignata fuerunt per Raymundum Falconerii, Simonem de Amedo, P. de Barchinona et Marti Galindo, divisores patuorum asignatorum a nobis in Aliazira. Iamdicta itaque duo patua ad construendum domos, prout vobis assignata sunt, damus et concedimus vobis et vestris et cui volueritis perpetuo ad habendum, tenendum et in pace possidendum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates libere faciendas, exceptis militibus, clericis et personis religiosis. Ita tamen quod in Aliazira faciatis residenciam personalem et non possitis dicto patuo vendere vel alienare hinc ad X annos proximos venturos et completos.

Datum Valencie, XVII kalendas octobris, anno Domini M CC septuagesimo.

1270, septiembre 21. Valencia. 1740

Jaime I, rey de Aragón, confirma a los moros de Sollana y Trullas las mismas condiciones de poblamiento que instituyó Jimeno de Urrea, su antiguo señor; asimismo les hace francas por dos años las tierras que puedan recibir y trabajar, a partir de los cuales deberán pagarle el quinto de los frutos y el diezmo y primicia, como las restantes heredades. Igualmente deberán comunicarle la compra de tierras a cristianos y llegar a un acuerdo con él.

ACA. Cancillería. Registro 16. f. 213r.

Publ.: FEBRER, M. V., *Establecimientos y cartas de población*, doc. 43.

Volumus et concedimus vobis, universis et singulis sarracenis de Suyllana et de Trulars, quod illa tributa detis et solvatis nobis et nostris que dabatis et solvebatis nobili viro Eximino de Urreya quando Suyllanam tenebat; et eos foros et condiciones nobiscum habeatis, quos et quas cum dicto Eximino de Urrea habebatis. Verumtamen, si vos vel aliquis vestrum reciperitis seu scaliaveritis terram heremam, volumus et concedimus vobis quod dictam terram habeatis francham per duos annos tantum; et a duobus annis in antea, detis et solvatis nobis et nostris quintam partem integriter de omnibus fructibus dicte terre quam reciperitis seu scaliaveritis, ut superius continetur; et detis inde decimam et primiciam, sicut de aliis hereditatibus eas datis. Et si forte vos vel aliquis vestrum emeritis aliquas possessiones a christianis, teneamini venire ad nos et nostros et componere nobiscum vel cum nostris de ipsis possessionibus quas emeritis a christianis, ut est dictum.

Mandantes etc.

Datum Valencie, XIº kalendas octobris, amo Domini Mº CCº septuagesimo.

1270 septiembre 23. Valencia. 1741

Jaime I, rey de Aragón, enfranquece del pago de tributos a Mahomat, ballestero de Tudela, por razón de su oficio y por haber elegido residencia en Calatayud.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 215v.

Publ.: BURNS, Robert I., *Los mudejares de la Valencia de las Cruzadas: un capítulo olvidado de la Historia Islámica en Al-Andalus*, I (Alicante, 1984), pg. 31, doc. 4.

Quod nos Iacobus, attendentes quod tu Mahomat, ballistarius Tutele, de officio ac magisterio ballisterie multipliciter commenddaris et cupis residere in nostro dominio et mansionem in villa nostre Calataiubii facere elegisti, volentes tibi facere gratiam specialem racione predicti tui officii et quia sub spe nostre ad terram nostram venisti ad morandum. Idcirco, per nos et nostros enfranquimus et franchum et liberum facimus et immunem te, Mahomat predictum, et omnia bona tua ab omni questia, peyta, cena, exercitu, cavalgata vel qualibet alia exaccione regali vel redempcionibus eorumdem, dum tibi fuerit vita comes. Ita quod aliquid non des nec dare tenearis in aliqua questia, peyta, cena, exercitu, cavalcata vel qualibet exaccione regali vel rede[m]pcionibus eorumdem; sed sis inde cum omnibus bonis tuis habitis et habendis francus, liber et immunis toto tempore vite tue, sicut melius dici etc. Attamen volumus et retinemus quod si tu teneas aliquid de realenco, quod pro eo peytare et solvere teneatis. Hanc siquidem franquitatem tibi fecimus et volumus tibi observari in quocumque loco dominacionis nostre volueris commorari. Mandantes etc.

Datum Valencie, IX kalendas octobris anno eodem quo supra [M CC septuagesimo]

1270, septiembre 23. Valencia. 1742

Jaime I, rey de Aragón, concede a los habitantes de Teruel y sus aldeas que puedan criar conejos en sus heredades, castigando con sesenta sueldos de multa a aquellos que los cazaren.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 215r.

Publ.: GARGALLO, A., *El concejo de Teruel en la Edad Media 1177-1327*, IV, doc. 85.

Volumus et concedimus vobis, universis et singulis hominibus ville Turolii et omnium aldearum eiusdem, presentibus scilicet et futuris, quod de cetero quilibet vestrum possit facere claperios, cavos sive madrigeras in qualibet hereditate sua, tam in regadivo quam etiam in monte, in quibus vel a quibus cirogrilli possint procreari sive nutriri et nullus de nostri gratia confidens sit ausus venari sive caçare cum furone nec modo aliquo capere cirogrillos dictorum clapariorum, cavorum sive madrigeriarum, exceptis dominis ipsorum, quod qui fecerit penam LX solidos incurrat; de qua pena habeamus nos terciam partem et iudici et alcaldi Turolii aliam terciam partem et domino clapariorum sive madrigeriarum a quibus cirogrilli capti fuerint terciam partem aliam remanentem. Mandantes iudicibus, alcaldis, iuratis et universis aliis officialibus et cetera.

Datum Valencie, nono kalendas octobris anno Domini M° CC° septuagesimo

1270, octubre, 2. Valencia. 1743

Jaime I, rey de Aragón, concede a los musulmanes pobladores de Campanar, en el término de Alzira, que no paguen por sus tierras y bienes sino un besante según habían acostumbrado hasta entonces; ni dar nada por servicio a ningún oficial real.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 217r.

Publ.: FEBRER, M. V., *Establecimientos y cartas de población*, doc. 44.

Sarracenorum Algezire

Concedimus vobis, universis et singulis sarracenis laboratoribus, habitantibus in Campanar, termini Aliazire, qui non habetis hereditates seu possessiones aliquas ibidem, quod non teneamini dare vel solvere nobis de cetero nisi unum bisantium tantum, quilibet vestrum anno quolibet, ut facere consuevistis, nec teneamini dare aliquid pro servitio alicui officiali nostro. Mandantes et cetera.

Datum Valentie, VI° nonas octobris [anno Domini M° CC° septuagesimo]

1270, octubre 22. Valencia. 1744

Pedro Geraldo y Dalmau de Villarrasa, habitantes de Perpiñán, reconocen haber recibido de Jaime I, rey de Aragón, permiso para actuar mercantilmente contra los genoveses.

ACA. Pergamino 2.049 de Jaime I.

Publ.: GONZÁLEZ HURTEBISE, "Recull...", *I CHCA*, II, pg. 1243, doc. 92.

Sit omnibus notum quod nos Petrus Geraldoni et Dalmacius de Villarsa, vicini et habitatores Perpiniani, simul et quilibet nostrum in solidum, sine alterius excusatione, recognoscimus et in veritate confiteor vobis domno Jacobo, Dei gratia regi Aragonum, Maioricarum et Valencie, comiti Barchinone et Urgelli et domino Montispesulani, quod vos dedistis nobis licenciam pignorandi homines iurisdictionis et districtus Janue, ratione dampni et iniuriarum que michi dicto Petro Geraldoni fecerunt et intulerunt. Unde quilibet nostrum insolidum promittimus atque bona fide convenimus vobis, dicto domino regi, et per sollempnem stipulationem firmiter tenemur, quod de primis denariis rebus sive mercaturis que nos dictis hominibus pignorabimus vel ab ipsis seu ratione ipsorum habere poterimus, aliquo modo dabimus statim inde vobis vel cui vos mandaveritis mille solidos regalium Valencie ad vestram voluntatem, sine omni excusatione et contradictu

aliquo in bona pace. Obligantes vobis et vestris ad hec omnia nostra mobilia et immobilia ubique habita et habenda, in quibus magis et melius accipere volueritis. Renunciantes super hiis beneficio dividende accionis et novissime ac veteris constitutionis et omni alii iuri, ratione et consuetudini contra hec repugnanti.

Quod est actum Valencie, XI kalendas novembris anno Domini M^o CC^o LXX.^o

Signum Petri Geraldoni. Signum Dalmacii de Villarassa predictorum qui hec concedimus et firmamus.

Testes huius rei sunt: Iacobus de Rocha, sacrista illerdensis, et Raymundus Damiata.

Signum Arnaldi Astruch, notarii publici Valencie.

1270, octubre 23. Valencia.

1745

Jaime I, rey de Aragón, concede a los jurados de Valencia que, junto con el justicia, puedan elegir dos prohombres inspectores de cada gremio.

AMV. Perg. 33.

Publ: ALANYA, L., *Aureum Opus*, Priv. Jaime I núm. 83.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 967.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros volumus et concedimus vobis, iuratis Valencie, presentibus et futuris, quod simul cum iusticia qui pro nobis fuerit in Valencia possitis eligere atque ponere duos probos homines in unoquoque officio, ministerio et mercaderiis civitatis, qui sint de eodem officio, ministerio sive mercaderiis; qui duo probi homines diligenter videant et custodiant, ne fraus aliqua fiat in predictis officiis, ministeriis et mercaderiis et si invenerint fraudem aliquam in predictis, quod illam fraudem revelent atque dicant iusticie, iuratis vel almudazafio civitatis et quod dictus iusticia simul cum iuratis

predictis possint dare penam illis, qui in predictis inventi fuerint degerasse et hoc secundum forum Valencie vel secundum statutum per vos factum. Volumus eciam quod, si quos probos homines posueritis ad aliqua negocia civitatis facienda, quod possitis eos ponere cum iuramento vobis ab ipsis prestito quod in predictis negociis fideliter se habeant ad utilitatem nostram et comune Valencie civitatis; hoc tamen volumus observare, dum nostre placuerit voluntati.

Datum Valencie, X kalendas novembris, anno Domini M CC LXX.

1270, octubre, 23, Valencia.

1746

Jaime I, rey de Aragón, exime al comendador de Alcañiz y a los vasallos de la Orden de la obligación de comprar o usar sal procedente de las salinas reales.

ACA. Cancillería, Registro 14, f. 101v.- Cancillería, Registro 16, f. 237r.

Publ.: LALIENA, C., *La Orden de Calatrava en el Bajo Aragón en la Edad Media*, doc. 34.

Per nos et nostros, damus et concedimus vobis, dilecto nostro fratre Roderico Petri Poncii, comendatori Alcanicii ordinis milicie Calatrave, et successoribus vestris comendatoribus Alcanicii et fratribus eiusdem Ordinis in perpetuum, quod de cetero vos vel fratres vestri nec homines villarum seu locorum vestrarum comendatorie seu baiulie Alcanicii non teneamini emere seu uti de aliquo sale salinarum nostrarum, nec ut fratres et homines ordinis milicie Templi et ordinis Hospitalis Sancti Iohannis et homines villarum et locorum eorumdem emerint et usi fuerint de sale predicte salinarum nostrarum.

Mandantes firmiter baiulis, iusticiis, iuratis, portariis et custodibus salis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus videlicet et futuris, hanc concessionem et donacionem quam vobis facimus firmiter habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant modo aliquo vel racione si de nostra confidunt gracia vel amore.

Datum Valencie, X^o kalendas novembris, anno Domini M^o CC^o LXX^o.

1270, octubre 25. Valencia.

1747

Jaime I, rey de Aragón, revoca cualquier privilegio concedido sobre el peaje de Monzón que pueda perjudicar al monasterio de Escarpe y le concede, además, que pueda recibir peaje en ferias, mercados, compras y ventas a pesar de las concesiones hechas en contrario.

AHN. Clero. Carp. 1007, núm. 23.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros volumus et concedimus ac indulgemus vobis, abbati et conventui monasterii Scarpii, presentibus et futuris, quod si nos alicui vel aliquibus aliquam gratiam vel cartam fecimus franquitates de pedagii sive lezdis, vel de cetero faciemus seu concedemus vobis in pedagio Montissoni, per easdem gracias seu cartas franquitates nullum preiudicium generetur aliquatenus neque fiat. Immo volumus et firmiter mandamus quod omnes et singuli, tam franchi quam alii, in dicto pedagio donent et solvant pedagium de eis, de quibus pedagium dari debet, non est enim nec fuit intentio nostra aliquem vel aliquos de dicto pedagio Montissoni, quod vos per concambium et permutationem nostram haberetis, aliquatenus enfranquiere de iure quod habetis in eodem.

Volumus etiam et statuimus ac concedimus vobis quod recipiatis et habeatis pedagium in nundinis et mercato et in venditionibus et emptionibus quas faciunt et facient extra advenientes, non obstante aliqua concessione in contrarium a nobis facta cum non fuit intentionis nostre aliquid concedere alicui in preiudicium vestri super pedagio supradicto.

Datum Valencie, VIII^o kalendas novembris anno Domini M^o CC^o septuagesimo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani,

Testes huius rey sunt: Jaufridus de Rocabertino. Ermengaudus de Urgio. Carrocius, dominus Rebolleti. Guillelmus de Alqualano. Petrus Noves.

Sig(*signo*)num Michaelis Violeta, qui mandato domini regis hec scribi fecit loco, die et anno prefixis.

1270, noviembre 8. Valencia.

1748

Jaime I, rey de Aragón, autoriza a su hijo Jaime, heredero de las Baleares, para acuñar moneda propia en dicho reino después de su muerte.

ANFKK 1413, f. 59.

Publ.: LECOY, A., "Relations de la France avec Majorque", I, pg. 431.-
HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 968.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, recolentes nos olim ordinasse et statuisse quod moneta regalium Valencie deberet currere imperpetuum in civitate et insula Maioricarum et insula Evisse; recognoscentes eciam nos distrinxisse vos, carissimum filium nostrum infantem Iacobum, heredem Maioricarum et Montispesulani, Rossilionis et Ceritanie et Confluentis, ad iurandum et firmandum dictam ordinationem et statutum; nunc autem attendentes ipsam ordinationem et attendentes in vestrum preiudicium esse factum et contra hereditamentum quod vobis dedimus; predicta ex certa sciencia duximus revocanda, et irrita esse volumus et cassata, ita, scilicet, quod vos, dictus infans Iacobus, filius noster, si nobis supervixeritis, possitis post vitam nostram libere et absque ullo impedimento monetam quamcumque et quomodocumque volueritis facere et fieri facere, que currat in predicta civitate et insula Maioricarum et insula Evisse, nec ex tunc vos nec homines civitatis et insule Maioricarum et insule Evisse teneamini dictam monetam regalium

Valencie recipere, ymo illam possitis recusare et de predictis locis expellere. Et hoc vobis, dicto filio nostro, concedimus et in presenti et ex certa sciencia statuimus et ordinamus et manere volumus imperpetuum et durare, non obstante aliqua alia ordinatione et statuto in contrarium per nos factis; ymo vos ab omni obligatione, promissione et vinculo sacramenti nobis vel cuilibet alii inde per vos facti penitus absolvimus, et liberum ac quietum vos facimus et appellamus, sicut melius dici potest et intelligi ad verum, bonum et sincerum intellectum, tum, ita, videlicet, quod vos predictam monetam, quamcumque volueritis, facere [possitis] post meum obitum, ut superius continetur.

Datum Valencie, sexto idus novembris, anno Domini M CC LXX.

1270, noviembre 9. Valencia.

1749

Jaime I, rey de Aragón, convoca a los nobles y caballeros de Aragón y Cataluña.

ACA. *Cancillería. Registro 18*, f. 13v.

Publ.: BAUDON DE MONY, "Relations politiques", II, pg. 142.-

FONDEVILLA, *CHCA*, pg. 1097.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.340.

Anno Domini millesimo CC. septuagesimo, V idus novembris, misit dominus rex litteras inferius scriptas nobilibus et militibus Aragonie et Catalonie inferius scriptis, sub hac forma:

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, etc. viro nobili et dilecto R., vicecomiti Cardone. Salutem et dileccionem. Noveritis quod nos habemus facere quedam magna negocia, in quibus vos necessarium habemus, que vobis significare non possumus in presenti. Quare vobis dicimus et mandamus quatinus, visis presentibus, preparetis vos cum militibus et armis ac apparamentis vestris et ipsorum, paratus servire nobis feudum et honorem, quem a nobis tenetis, ut in proximo venturo festo Paschatis Resurreccionis

Domini sitis nobiscum ubicumque nos fuerimus; et nos interim significabimus vobis locum ubi nobiscum esse debeatis dicta die. Et hoc aliquatenus non mutetis nec differatis, alioquin sciatis quod, cum pluries vobis pepercerimus super servicio predicto, quod, requisiti a nobis, prout tenebamini, non fecistis, nisi predicta die nobiscum fueritis, ut dictum est, procedemus contra vos, prout fuerit faciendum, et nobiscum nullam gratiam inde poteritis invenire.

Datum Valencie, V idus novembris, anno Domini M CC septuagesimo.

1270, noviembre 12. Alcira.

1750

Jaime I, rey de Aragón, manda al veguer y baile de Puigcerdá que se respeten los privilegios que el monasterio de San Martín del Canigó tiene sobre pastos.

AMP. *Plec perg. s. XIII.*

Publ.: MARTI SANJAUME, J., *Dietari de Puigcerda*, pgs. 576-577, núm. 50.

Hoc est translatum a suo originali bene et fideliter sumptum, cuius tenor talis est:

Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis vicario et baiulo Podiicerdani. Salutem et gratiam. Dicimus et mandamus vobis firmiter quatenus privilegia que abbas et conventus monasterii Sancti Martini de Canigono habent a predecessoribus nostris super facto pascherorum et pasturarum de Verneto ac de Odelono et a nobis confirmata, sicut firma in omnibus habeatis et observetis. Et contra ipsa privilegia nullo modo veniatis nec aliquem contravenire permitatis et hec aliquatenus non mutetis. Immo dicta privilegia faciatis eisdem in omnibus inviolabiliter observari, non obstante carta seu privilegio postea a nobis concesso hominibus de Podiocerdano. Quia non fuit nostre intentionis, propter illam concessionem, restringere ius dicti monasterii nec revocare in aliquo privilegia sua antedicta.

Datum Aliazire, II^o idus novembris anno Domini M^o CC^o LXX^o.

Hoc est translatum publicum quod Iacobus Sobirani de Villa Francha scripsit et translatavit bene et fideliter ab originali sua littera dicti domini regis, sigillo cereo eiusdem domini regis in dorso eius ut prima facie aparebat sigillata, mandato notarii infrascripti, nichilque in eo addidit, minuit seu mutavit, videntibus et legentibus tribus testibus infrascriptis, videlicet, Bernardo Civenaci et Petro Raymundi de Arcia et Iohanne de Ravis, clericis, literatis Villefranche, qui hoc translatum et eius originalem litteram viderunt, legerunt et tenuerunt et in omnibus bene conveniri invenerunt, die qua dicebatur VI idus iulii anno Domini M^o CCC^o. secundo et fecit hoc sig(*signo*)num.

Sig(*signo*)num mei Eymerici Anglesii, iudicis ordinarii Confluentis pro illustrissimo domino rege Maioricarum, qui huic translato ab originali sua litera sumpto mihi exhibito et ostenso, auctoritatem meam iudicariam et decretum interpono.

Sig(*signo*)num Bertolomei Petri Guillelmi, notarii publici Villefranche Confluentis, qui hoc translatum scribi fecit.

Raymundus de Cuguls, mandato notarii subscripti, hoc translatum scripsit et translatavit bene et fideliter ab alio translato verbo ad verbum, die II^a kalendis augusti, anno Domini M^o CCC^o vicesimo septimo, nichilomino, alio addito, mutato vel variato, convocatis ad eius examinationem Guillelmo de Einuals et Bernardo de Neva, literatis, qui videntes et legentes hoc translatum, cum dicto alio translato invenerunt eosdem bene et fideliter conveniri.

Sig(*signo*)num mei Raymundi Canals, iudicis ordinarii Podiiceritani pro illustrissimo domino Jacobo, rege Maioricarum, auctoritate incliti domini inphantis de Maioricis, cura eiusdem domini regis, qui huic translato cum suo originali per me comprobato, auctoritatem iudicariam interposui et decretum.

Sig(*signo*)num Mathei de Alb, publici Podiiceritani et Ceritanie notarii, qui hec subscribo et claudio.

1270, noviembre 13. Alcira.

1751

Jaime I, rey de Aragón, concede permiso a Andrés de Uliola, habitante de Alcira, para construir habitaciones sobre los tres arcos que hay en el interior de la puerta ferriza del puente mayor de Alcira.

AMA., *Pergaminos de la Cancillería Real.*, sig. 010/4.

Publ.: PARRA, J. M^a., *Los pergaminos de la Cancillería Real del Archivo Municipal de la ciudad de Alcira*, Alcira 1967, núm. 4, pg. 31.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus tibi, Andreo de Uliola, habitatori Aliazire, et tuis, in perpetuum, licenciam et plenum posse faciendi et construendi cameras supra illos tres archos qui sunt intus portam ferriciam pontis maioris Aliazire, supra illum qui se tenet cum operatorio Dominici Ferrarii et cum domibus Guillelmi de Loarre et supra alium archum qui se tenet cum domibus Guillelmi de Loarre, et cum archo illo qui se tenet cum operatorio tuo quod pro nobis tenes ad censum, et, eciam, supra illum archum predictum qui se tenet cum dicto operatorio tuo. Volentes et concedentes tibi quod supra predictos tres archos facias et facere possis quascumque cameras volueris, sine aliquo impedimento nostro et nostrorum seu alterius cuiuslibet persone. Quas quidem cameras volumus quod habeatis, tu et tui, franchas et liberas, cum introitibus, exitibus, affrontationibus et suis pertinenciis universis, ad dandum, vendendum, impignorandum, comutandum vel aliter alienandum et ad omnes tuas tuorumque voluntates, cui et quibus volueritis libere perpetuo faciendas, exceptis militibus, clericis sacris et personis religiosis.

Datum Aliazire, idus novembris, anno Domini millesimo CC septuagesimo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Guillelmus de Alcalano. Peregrinus de Monteacuto. Petrus Neris. Petrus de Agumo. Martinus Martini.

Sig(*signo*)num Michaelis, notarii, qui mandato domini regis hec scrii fecit loco, die et anno prefixis.

1270, novembre 26. Ondara.

1752

Jaime I, rey de Aragón, pide a la ciudad de Barcelona que envíe pobladores a Valencia y su reino.

AMB. *Libro Vermilio*, I, f. 174r.

Publ.: CAPMANY, *Memorias Históricas de Barcelona*, II, Barcelona 1779, pg. 35.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.341.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis consiliariis et probis hominibus Barchinone. Salutem et gratiam. Perque nos conexem que vos fos e sots apareyllats totavia a nostres plaers e a nostres voluntats e quar vos som tenguts per deute de Nostre Senyor, qui vos nos ha comanats, que us devem reger e guardar e fer ben per dar ben exemple als nostres e als altres de la bona seynnoria que nos volem aver contra vos e quar los bens que nos avem a fer, volem plus fer a vosaltres, qui sots feels e naturals nostres, que als estranys, fem vos saber que nos avem regonegut el regne de Valencia, que Deus nos ha donat per la sua miseracio e per alcun ben que entendia en nos, e no trobarem que en tot lo regne de Valencia age poblat de christians oltra XXX milia homens; e per zo quar nos havem vist qu'el regne no ha son compliment d'omens ni de gent, volemlo y fer; car segons semblanza nostra ben deuria aver cen millia christians en el regne de Valencia. E pus no y son plus de la summa dessus dita, volem y fer compliment de tants com nos y poyrem alongar a honor de Deus e a servici de christianesme e nostre. On nos vos deim e us pregam, que vosaltres que triets en vostra ciutat aquels homens, qui sient de valor e qui non agen heretats on pusquen vivir complidament en vostre habitatge; e si son dos o tres frares e la un es heretat e'ls altres no, volem aquels qui

heretats no son, heretar en aqueste regne que Deus nos ha donat; e volem que eligats entre vos dos prohombres qui conosquen los locs e les terres que nos los mostrarem e per tal volem nos azo quen pusquen dir fe e veritat a vosaltres e que sien homens conexents, que desta cosa vos sapien dir certanitat. E vistes les terres e'ls locs, que nos los mostrarem, pendrem un dia ab els, al qual dia nos enviets aquelles persones que nos dejam heretar e voldrem que fassen residencia al logar on los heretarem e nos enfranquirlosen a V ans. E no ajats paor de enviar, que y vos n'eretarem prou. E aquests prohombres, qu'ens trametrets, sien ab nos lo primer dia de giner primer vinent, senes tota triga.

Datum in Ondara, VI kalendas decembris anno Domini M CC LXX.

1270, diciembre 1. Valencia.

1753

Jaime I, rey de Aragón, autoriza a Astrug Jacob para hacer un baño en Campanar (Valencia).

ACA. *Cancillería. Registro 16*, f. 268v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 907.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.342.

Per nos et nostros damus et concedimus licenciam et plenum posse vobis, Astrugo Iacob Xixon, baiulo nostro, et vestris, faciendi sine impedimento alicuius persone balneum seu balnea in hereditate vestra Campanarii Valencie, que fuit Eximini Petri de Arenoso quondam; in quibus balneis vos balneare possitis et omnes illi, qui ibidem balneare voluerint se cum voluntate vestra, quandocumque et quocienscumque volueritis vos et ipsi.

Mandantes, etc.

Datum Valencie, kalendas decembris, anno Domini M CC LXX.

1270, diciembre 1. Valencia.**1754**

Jaime I, rey de Aragón, promete al judío Astrug varias villas en garantía y pago de las sumas que le debe.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 267r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 908.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.343.

Promitimus vobis, Astruch Iacob Xixon, baiulo nostro, tradere et tradi facere vobis castra et villas ac redditus, exitus et omnia iura nostra Muriveteris, de Onda et de Segorb et de Uxon et alqueriarum ac pertinenciarum eorundem, in solutionem debitorum que vobis debemus cum instrumentis nostris, ut in ipsis plenius continetur, statim cum predictos exitus et alia iura nostra recuperabimus ab illis qui ipsos redditus tenent a nobis obligatos vel ipsi persoluti fuerint a nobis in dictis redditibus et exitibus ac aliis iuribus nostris vel aliter de debitis que eis debemus et pro quibus ipsos redditus et exitus a nobis tenent obligatos, ut est dictum. Volentes et vobis nichilominus concedentes quod predictos redditus, exitus et iura alia antedicta tamdiu teneatis et percipiatis, quousque in ipsis sitis integre persoluti de omnibus debitis, que vobis debemus quoquo modo. Est, tamen, sciendum quod statim, postquam nos predicta castra et villas predictas, cum redditibus et exitibus ac aliis iuribus nostris, tradi vobis faciemus, debetis nobis reddere castrum et villam de Peniscola et cabellam salis eiusdem loci et omnes redditus ac exitus et alia iura nostra Peniscle et Morelle, que nunc a nobis tenetis obligata racione debitorum predictorum que vobis debemus, ut est dictum.

Volumus etiam et concedimus vobis quod habeatis et percipiatis quolibet anno in predictis redditibus et exitibus nostris Muriveteris et aliorum locorum predictorum, mille et quingentos solidos iaccenses pro vestro officio et labore, sicuti modo ipsos percipiebatis in redditibus et exitibus nostris Peniscle et Morelle antedictis.

Datum Valencie, kalendas decembris, anno Domini M CC LXX.

1270, diciembre 22. Alcira.**1755**

Jaime I, rey de Aragón, concede al concejo de Alcira que en la acequia nueva haya siempre paso para las barcas y que se pueda sirgar por las heredades de las orillas.

ARV. *Lib. I. de Enagenaciones*, f. 95. X y III, f. 216.-

ARV. *Real. Libro Negro*, núm. 659, f. 29v. ARV. *Real 611*, ff. 95r-v. Traslado de 1313 que copia otro de 1285.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 969.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, damus et concedimus vobis probis hominibus et universitati ville Algezire, presentibus et futuris, quod in unoquoque illorum açutorum, que sunt in rivo seu flumine Xuquari, ab açuto cequie nove Algezire, quam nos fieri fecimus, usque in mare, dimitatur et sit semper de cetero unus portellus in medio uniuscuiusque açuti qui habeat viginti et quinque palmos regales in amplium, per quem portellum barche vacue et onerate et alia transire possint libere et sine aliquo obstaculo et impedimento. Et in ipsis portellis vel aliquo eorum non sit ausus aliquis contrarium facere ad piscandum neque palos eciam ibi firmare seu ponere ad parandum retes, neque ponere eciam seu eicere ibi petras vel trabes aut aliquid aliud propter quod transitus aque vel barcarum aut aliorum, que per dictum flumen ducentur, possint in ipsis portellis modo aliquo impediri seu aliquem recipere districtum. Concedimus eciam vobis quod barcarii seu quilibet alii ducentes barcas vacuas vel oneratas per dictum flumen Chucari possint ipsas sirgare per ripam ipsius fluminis seu per extremum hereditatum ipsi flumini contiguarum ex utraque parte eiusdem fluminis, a supradicto, scilicet, açuto usque in mare, franche, scilicet, et libere et sine impedimento et contradiccione alicuius persone, sicut illis qui ipsas barcas sirgabunt necessarium fuerit.

Mandantes firmiter universis tenentibus dictos açutos ac universis officialibus et aliis subditis nostris, presentibus et futuris, quod predictos portellos in dictis açutis faciant et teneant ac teneri faciant de latitudinem

viginti et quinque palmorum regalium sine ullo contrario et impedimento quod ibi non fiat ab aliquo vel ab aliquibus, ut dictum est. Et predicta omnia firma habeant et observent ac faciant perpetuo inviolabiliter observari, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Quicumque autem contra predictum mandatum nostrum [venire] atemptaverit iram et indignacionem nostram et penam quinquaginta morabatinorum auri nobis vel baiulo nostro Algezire, loco nostri, solvendam se noverit incursum, dampno illato penitus et plenarie restituto; pro qua siquidem pena liceat vobis dicte universitati et vestris semper pignorare, auctoritate vestra propria illos qui inciderint in eandem et ea pignora reddere baiulo dicti loci.

Datum in Algezira, undecimo kalendas ianuarii, anno Domini M^o CC^o septuagesimo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Raymundus de Rochafolio. Luppus de Vallodal de Vilanova. Romeus Martini de Azagra. Petrus d'Ahuro.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scribi, fecit et clausit loco die et anno prefixis.

[1270]

1756

Jaime I, rey de Aragón, vende a Rodrigo Pérez Ponce, comendador de Alcañiz, la mitad que le corresponde cobrar del monedaje que pagan la villa y aldeas de Alcañiz, por diez mil sueldos jaqueses.

ACA. Cancilleria, Registro 16, ff. 194v-195r.

Publ.: LALIENA, C., *La Orden de Calatrava en el Bajo Aragón en la Edad Media*, doc. 35.

Noverint universi quod cum nos Iacobus, Dei gratia et cetera, dederimus vobis, fratri Roderico Petri Poncii, comendatori Alcanicii Ordinis Calatrave,

racione expensarum quas fecistis in pasagio ultra maris in quo nobiscum ibatis, medietatem monetatici primi venturi, quod in primo venturo festo sancti Michaelis septembris in Alcanicio et aliis villis et locis Ordinis predicti in regno Aragonum constitutis recipere debemus, nichilominus et volentes vobis racione eiusdem pasagii facere gratiam specialem, per nos et nostros, cum hac presenti carta, vendimus vobis, comendatori predicto, medietatem nostram totam ab integro, quam nos recipere debebamus in monetatico quod in dicta festa sancti Michaelis in Alcanicio et aldeis suis et in [quibuslibet aliis castris et] villis et aldeis, quibuslibet locis que et quos vos seu Ordo Calatrave in regno Aragonum habetis, per precio scilicet X^m mille solidos jaccenses, quos solvatis in prima die proximi venturi mensis augusti in civitate Valencie nobis vel cui nos mandaverimus loco nostri. Et si dicta medietas nostra monetatico predicti castrum et locorum predictorum, quam vobis vendimus, valet vel valuerit plus, iam scienter beneficia maioris precii in deceptioni ultra dimidiam et omni alii iuri quod vobis contra predictam competeret vel posse competeret quo comodo. Volentes et concedentes vobis quod omnes et singuli homines, tam christianis quam sarracenis, habitantes et comorantes in villa Alcanicii et aldeis suis et in quibuslibet aliis castris et villis ac locis Ordine Calatrave, ubicumque in regno Aragonum constitutis, sint ibidem hereditati vel non et sint Ordinis vestri vel cuiuslibet alterius Ordinis nobis tenent ad quod monetaticum colligendum et percipiendum, possitis ponere et constituere collectorem vel collectores ac scriptores quem vobis quos volueritis, qui pro vobis et nomine vestro, sicut a nobis constituti essent, colligant et percipiant dictum monetaticum, tam scilicet medietatem predictam quam vobis dedimus quam etiam medietatem nostram quam vobis vendimus, ut est dictum. Et qui homines omnium castrorum, villarum et locorum predictorum compellant, pignorent et compellere ac pignorare possint ad solvendum monetaticum antedictum.

Et sic volumus et concedimus vobis quod vos et quem vobis quos volueritis loco vestri habeatis et percipiatis dictorum monetaticum castrorum et villarum ac locorum vestrorum omnium predictorum, tam racione medietatis predicte

quam vobis in ipso dederimus quam etiam iure vestre emptionis residue medietatis nostre, ad omnes vestras voluntates ex eis que inde monetaticis penitus faciendas, sine alius nostra et nostrorum retencione quam ibi non facimus et sicut melius dici potest vel intelligi ad vestra et vestrorum bonum et sincerum intellectum.

Et volentes et concedentes vobis quod de predicto monetatico primo venturo in totum vel in partie (*sic*) nobiscum vel causa nostris computare non teneamini. Et vos, comendator predictus vel alius loco vestri, nec illi qui pro vobis ipsi monetaticum colligent et recipient nec ullam inde vobis vel vestris reddere racione. Promitentes etiam vobis quod dictam medietatem monetaticum predicti quam vobis vendimus, ut superius dictum est, non vendimus vel dabimus alicui alii pro maiori (*ilegible*) vobis in inde (*ilegible*) nec de ipso monetatico aliquod percipiemus vel tangemus, nec percipi vel tangi ab aliquo vel aliquibus faciemus aut permitemus aliquo modo vel aliqua racione. Immo faciemus vos quem vel quos volueritis loco vestri habere et recipere dictam medietatem monetaticum predicti quam vobis vendimus pacifice et quiete et erimus inde boni et legaliter defensores ac tenemur inde de eviccione vobis contra omnes personas.

Mandantes firmiter per presentem cartam universis baiulibus Alcanicii et aliorum castrorum, villarum et locorum Ordinis Calatrave predictorum constitutarum in regno Valencie, cuiuscumque sint Ordinis vel ecclesie aut alterius persone, quod de dicto primo venturo monetatico respondeant vobis vel cui seu quibus volueritis loco vestri, sicut inde nobis respondere tenentur, et non nobis nec alicui alii, et quod predictam firmam habeant et cetera.

1271, enero 28. Valencia.

1757

Jaime I, rey de Aragón, enfranquece vitaliciamente a Ayça Alauxi, de Chulilla, del pago de una serie de tributos.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 229v.

Nos Iacobus etc. infranquimus et franchum et liberum facimus penitus et immunem te, Ayça Alauxi, sarracenum de Xulela, toto tempore vite tue, ab omni scilicet questia sive peita, çofra, almagra, exercitu et cavalcata et eorum redemptionibus et ab omni alio servicio, exaccione seu demanda regali. Ita quod a predictis omnibus et singulis sis diebus omnibus vite tue franchus, liber, quitius, penitus et immunis cum omnibus bonis tuis habitis et habendis, sicut melius etc.

Mandantes etc.

Datum Valencie, V kalendas februarii, anno quo supra [anno Domini MCCLXX].

1271, febrero 2. Sagunto.

1758

Jaime I, rey de Aragón, concede a Jaime, hijo suyo y de doña Teresa Gil de Vidaure, que los sarracenos de sus territorios que viajaran por el Reino de Valencia puedan hospedarse con todas sus cosas en sus casas de Valencia cuando fueran a Valencia y en sus casas de Sagunto cuando fueran a dicha ciudad, y no puedan ser obligados a hacerlo en otro lugar.

ACA. Cancillería. Registro 14, f. 110r.

Nos Iacobus etc., volumus et concedimus vobis, dompno Iacobo, filio nostro et dompne Tarese Egidii de Bidaure, quod sarraceni omnes villarum et locorum vestrorum qui ibunt per regnum Valencie possint hospitari cum omnibus rebus suis in domibus vestris Valencie cum fuerint in Valencia et quando fuerint in Muroveteri in domibus vestris Muriveteris, quas ibi habebitis; et non compellantur in civitate Valencie vel in villa Muriveteris \hospitari in alio loco nisi in vestris domibus antedictis/.

Mandantes firmiter baiulis Valencie et Muriveteris et aliis officialibus nostris, presentibus et futuris, quod predicta firmiter etc.

Datum in Muroveteri, IIII nonas februarii, anno Domini millesimo CC LXX.

1271, febrero 2. Sagunto.

1759

Jaime I, rey de Aragón, establece a Arnau Suau, clérigo de Almenara, un horno sito en la alquería de Mijanet, en término de Almenara, con un censo anual de siete sueldos pagaderos en la fiesta de Navidad.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 229v.

Publ.: BURNS, R.I., *El Reino de Valencia en el siglo XIII*, II, doc. XIII.

Per nos et nostros damus, concedimus et stabilimus vobis, Arnaldo de Suavi clerico de Almenara et vestris, in perpetuum, quendam furnum situm in alqueria vocate Migianet, termini Almenare, ad censum VII solidorum annualium faciendorum nobis et nostris singulis annis de cetero anno quoque festo Natalis Domini; sicut affrontat in domibus Dominici Scolarii et in domibus seu corrallo Ferrandi Petri de Turolio et in duobus viis. Quem furnum predictis affrontationibus terminatum, de celo in abissum, cum introitibus et exitibus ac melioramentis ac suis pertinenciis universis habeatis vos et quos volueritis in perpetuum ad dandum, vendendum, inpignorandum ac alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates etc., salvis tamen nobis et nostris predictis septem solidis regalium Valencie annualibus seu censualibus et omnia alia pleno iure nostro, laudimio, dominio ac fatica.

Datum in Muroveteri, IIII nonas februarii anno quo supra [anno Domini M CC LXX].

1271, febrero 12. Valencia.

1760

Jaime I, rey de Aragón, concede al presbítero Guillermo de Piera la capellania del altar de San Jaime de la catedral de Valencia, de fundación real, para suceder al difunto Jaime de Brulio.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 231v.

Publ.: BURNS, R.I., *El Reino de Valencia en el siglo XIII*, II, doc. XIV.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis, Guillelmo de Apiaria presbitero, capellaniam nostram quam nos in altari Sancti Iacobi ecclesie sedis Valencie duximus statuendam et cuius capellanie erat capellanus Iacobus de Brulio nunc defunctus. Et vos in capellanum nostrum eiusdem capellanie constituimus toto tempore vite vestre. Ita scilicet quod vos in tota vita sitis capellanus eiusdem capellanie et celebretis in dicto altari Sancti Iacobi assidue divina officia ad honorem eiusdem sancti et in remedium anime nostre. Et sic habeatis dictam capellaniam quam diu vita fuerit vobis comes et habeatis ac recipiatis vos et quem volueritis loco vestri, singulis annis de cetero in tota vita vestra, illos quadraginta et quatuor morabatinos alfonsinos anuales quos eidem capellanie, quando ipsam hedificavimus, assignavimus super quibusdam operatoriiis nostris, sitis in civitate Valencie, cum carta nostra ut in ea continetur.

Mandantes firmiter universis et singulis emphiteotis seu censuariis qui ipsos morabatinos faciunt et facere tenentur dicte capellanie, quod de cetero de ipsis vobis tanquam capellano nostro dicte capellanie respondeant et non alicui alii, singulis annis, toto tempore vite vestre. Volentes nichilominus et concedentes vobis quod vos ipsos emphiteotas seu censuarios, auctoritate vestra propria et sine baiulo et curia, possitis compellere singulis annis pro predictis morabatinis vobis solvendis et sis dicta operatoria emparare sicut nos vel noster baiulus facere possemus et sicut dictus Iacobus, predecessor vester, facere poterat inde ex concessione nostra, ut in carta quam a nobis habebat plenius continetur. Volumus insuper et mandamus quod vos teneamini tenere ibidem unam lampadam ardentem in dicto altari, ut dictus predecessor vester facere tenebatur.

Datum Valencie, pridie idus februarii anno Domini M CC septuagesimo.

1271, febrero 16. Valencia.**1761**

Jaime I, rey de Aragón, confirma al judío Naci Azday la donación de un solar en Lerida, donación que anteriormente ya le había dado y revocado (doc. 1729).

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 232r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 908.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.344.

Cum nos dedissemus et concessissemus cum carta nostra tibi, Naci Azday iudeo, et tuis imperpetuum, per hereditatem propriam ad opus domorum patuum illud quod est in cuyrazam iudeorum Ilerde, subtus turrem de Pinello; quod patuum Vives Delimus quondam dederat aliame iudeorum Ilerde ipsumque eadem aliama dedit postea Boneto Avinceyt, iudeo quondam, nosque postea ipsam donacionem quem tibi de dicto patuo feceramus, revocaverimus, pro eo quod aliama iudeorum Ilerde contradicebat tibi patuum antedictum; et modo compositio facta fuerit de mandato nostro inter te et dictam aliamam, scilicet, quod tu habeas dictum patuum et dicta aliama sit absoluta ab omni petitione, quam tu ei poteris facere vel movere. Idcirco, per nos et nostros damus et concedimus tibi, dicto Naci et tuis, imperpetuum, dictum patuum, de celo in abissum, ad opus domorum, ut ipsum habeas tu et tui ad dandum etc. inde quibuslibet iudeis penitus facturum, salvo, tamen, quod tu et tui teneamini facere pro censu dictarum domorum adelantatis et aliame predictis, singulis annis, de cetero, censum illum quem Guillelmus de na Montaguda, baiulus, et Dominicus de Cardona, curia Ilerde, dixerint et noverint fore inde idonee faciendum, prout eis dedimus per nostras litteras in mandatis.

Datum Valencie, XIII kalendas marcii, anno Domini M CC LXX.

1271, febrero 18. Valencia.**1762**

Jaime I, rey de Aragón, ratifica los mojones que delimitan el castillo de Albetosa y lo hace término de Teruel.

AHPT. Perg. 22V. Original.

Nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, volumus et concedimus vobis, concilio Turolii, et statuimus quod castrum de Alventosa non habeat terminos nisi secundum quod nos tamdiu est terminavimus ipsum castrum et poni fecimus mollones. Et aliud totum sit terminus Turolii secundum quod predictos mollones per nos, ut dictum est, terminatum extitit et divisum, salvis tamen remanentibus terminis omnibus de Xericha.

Datum Valencie, XIIº kalendas marcii anno Domini millesimo CCº septuagesimo.

1271, marzo 11. Valencia.**1763**

Jaime I, rey de Aragón, confirma a la universidad de Villefranche de Conflent un privilegio concedido con anterioridad, el 6 de enero de 1243 (doc. 342).

ACVf. Cartulaire, f. 10. *Cartulaire de Vinça. Codern de Privilegis*. f. 2.

Publ.: ALART, *Privileges et Titres*, I, pg. 307.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.345.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros, laudamus, concedimus et confirmamus vobis, probis hominibus et universitati Villefranche Confluentis et vestris, in perpetuum, privilegium quod a nobis habetis de concessione et remissione vobis facta per nos olim, tam de exorquiis, intestiis, cuguciis, quam de placitando de X in X diebus, secundum consuetudinem Barchinone; et eciam de pignoribus vestris debitoribus extra villam comorantibus faciendis, et super nundinis habendis annuatim in villa vestra in festo Sancti Martini, quam eciam super pascuis bestiariorum vestrorum, prout hec in dicto privilegio a nobis inde vobis facto et scripto per manum Guillelmoni Scribe tunc

temporis nostri, in Perpiniano, VIII idus ianuarii, anno Domini M CC XL II, plenius continetur. Promittentes quod contra dictum privilegium non veniemus nec aliquem venire faciemus aut permitemus, immo illud et omnia predicta in eodem contenta observabimus et observari faciemus.

Mandantes vicariis, baiulis et universis aliis officialibus et subditis nostris quod predicta omnia et singula firma habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant modo aliquo vel racione.

Datum Valencie, V idus marcii, anno Domini M CC LXX.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: Blaschus de Alagone. Guillelmus de Angularia. Gaucerandus de Pinos. Periconus de Villamur. Berengarius Aries de Angularia.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui, mandato domini regis, hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1271, marzo 11. Valencia.

1764

Jaime I, rey de Aragón, regula el juramento del veguer, baile y juez de Villefranche de Conflent.

ACVf. *Cartulaire*, f. 10. *Cartulaire de Vinça. Codern de Privilegis*. f. 8.

Publ.: ALART, *Privileges et Titres*, I, pg. 307.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.346.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus vobis, probis hominibus et universitati Villefranche Confluentis, presentibus et futuris, in perpetuum, quod semper de cetero anuatim in festo Sanctii Johannis Babtiste, vicarius et baiulus et iudex Villefranche, presentes, scilicet, et futuri, iurent in presencia vestra, in ecclesia maiori ville vestre, super sacrosanctis evangeliiis ab ipsis corporaliter tactis, quod in eorum officio se habeant fideliter atque bene et unicuique tribuant suum ius nec desistant causa amicicie, precibus, logerio habito

vel habituro, nec odio nec aliqua alia racione et quod custodiant et deffendant omnia, que ad comodum vestrum et ville vestre videantur esse, tam in plateis, caminis publicis, quam in aliis quibuslibet.

Mandantes baiulis et iudicibus dicte ville, presentibus et futuris, quod dictam concessionem nostram observent et dictum sacramentum prestant annuatim in dicto festo, ut superius continetur, et non contraveniant, etc.

Datum Valencie, V idus marcii, anno Domini M CC septuagesimo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Periconus de Montcada. Gaucerandus de Pinos. Blaschus de Alagone. Guillelmus de Angularia. Guillelmus de Alcalano.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui, mandato domini regis, hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1271, marzo 11. Valencia.

1765

Jaime I, rey de Aragón, dispone sobre procedimientos judiciales en Villefranche de Conflent.

ACVf. *Cartulaire*, ff. 3 y 21. *Cartulaire de Vinça*, copias de 1366 y 1432.

Publ.: ALART, *Privileges et Titres*, I, pg. 308.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.347.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus vobis, probis hominibus et universitati Villefranche Confluentis, presentibus, scilicet, et futuris, quod pro aliquibus de quibus in posse nostro ius facere debeatis, non exeatis nec exire teneamini ad litigandum inde cum aliquo vel aliquibus loco nostri extra villam de Villafrancha nec aliquis vos ad hoc compellere possit, nisi nos istud specialiter mandaremus.

Mandantes vicariis, baiulis, curiis et universis aliis officialibus et subditis nostris ad quos presentes pervenerint quod predictam donacionem et concessio-

nem nostram firmam habeant et observent et faciant observari, ut superius continetur, et non contraveniant etc.

Datum Valencie, V idus marcii, anno Domini M CC septuagesimo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Periconus de Montcada. Gaucerandus de Pinos. Blaschus de Alagone. Guillelmus de Angularia. Guillelmus de Alcalano.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui, mandato domini regis, hec scribi fecit loco, die et anno prefixis.

1271, marzo 11. Valencia.

1766

Jaime I, rey de Aragón, da derechos de reclamación a Villefranche de Conflent.

ACVf. *Cartulaire*, f. 9.

Publ.: ALART, *Privileges et Titres*, I, pg. 308.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.348.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, damus et concedimus vobis, probis hominibus et universitati Villefranche Confluentis, quod si nos vel nostri aliquam donacionem fecimus vel faciemus vel aliqua alia fieri mandavimus vel mandaverimus de cetero ab aliquo vel aliquibus in villa Villefranche et videretur vobis esse iniusta vel ad dampnum ville et de ipsis ad nos appellaveritis; quod interim illi, qui ea, auctoritate nostra, exercere voluerint, non intrent in possessionem eorumdem, donec vos super ipsa appellacione ad nos veneritis vel miseritis procuratores vestros et nos viderimus super ipsis et nostrum fecerimus mandamentum, ita, tamen, quod infra unum mensem, post ipsam appellacionem, ante nos compareatis per vos vel procuratorem vestrum, non obstante aliqua carta a nobis in contrarium impetrata vel de cetero impetranda. Mandantes vicariis, baiulis, curiis, etc.

Datum Valencie, V idus marcii, anno Domini M CC LXX.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: F. Sancii. Gaucerandus de Pinos. Periconus de Muncada. G. de Angularia. G. de Alcalano.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui, mandato domini regis, hec scribi fecit loco, die et anno prefixis.

1271, marzo 11. Valencia.

1767

Jaime I, rey de Aragón, confirma a Villefranche del Conflent el privilegio de nombrar pregonero.

ACVf. *Cartulaire*, f. 9.

Publ.: ALART, *Privileges et Titres*, I, pg. 309.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.349.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, damus et concedimus et confirmamus vobis, probis hominibus et universitati Villefranche Confluentis, presentibus et futuris, in perpetuum, cridam eiusdem ville, prout vos et vestri ipsam hactenus habuistis; ita, scilicet, quod semper habeatis ipsam cridam vos et vestri, prout eam habuistis usque nunc, absque aliquo impedimento, tali modo quod semper annuatim donetis nobis et nostris, pro censu eiusdem cride, in festo Natalis Domini, X solidos presentis monete Barchinone de terno. Et sic, vobis dantibus nobis et nostris dictos X solidos pro censu eiusdem annuatim in dicto festo, promittimus per nos et nostros quod dictam cridam alicui vel aliquibus nunquam dabimus vel concedemus nec contra donacionem, quam inde vobis facimus, ut est dictum, veniemus; immo de presenti revocamus donacionem, quam inde fecimus Bernardo Frenarii vel alii cuicumque; recognoscentes quod tam pro huiusmodi gracia et concessione quam pro aliis graciis, quas vobis in aliis cartis nostris fecimus, habuimus a vobis

et recepimus D solidos Barchinone, de quibus bene paccati sumus voluntati nostre. Mandantes firmiter vicariis, baiulis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quatenus predictam donacionem et concessionem nostram firmam habeant et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant modo aliquo vel racione, si de nostri confidunt gracia vel amore.

Datum Valencie, V idus marcii, anno Domini M CC septuagesimo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Mayoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: Blaschus de Alagone. Guillelmus de Angularia. Gaucerandus de Pinos. Periconus de Villamur. Berengarius Aries de Angularia.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui, mandato domini regis, hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1271, marzo 11. Valencia.

1768

Jaime I, rey de Aragón, dispone que los vecinos de Cervera participen en las questias y servicios de la villa y lo mismo deben hacer los que tengan castillos fuera de la misma.

AHCC. *Llibre de Privilegis*, f. 7r.

Publ.: VV. AA. *Llibre de Privilegis de Cervera (1182-1456)*, núm. 13.

Que tots los veyns de Cervera sian tenguts de pagar en questes et si aquells que han castells fora la dita villa se desexiran de veynat, que dos prohomes los puxen encara tatxar en questes e en serveys axi com si heren dins.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros damus et concedimus vobis, probis hominibus et universitati Cervarie, presentibus et futuris, quod quodcumque et quotienscumque nos vel nostri questiam vel aliud aliquod servicium

a vobis habere voluerimus, teneantur vos iuvare et ponere partem suam in eadem questia seu alio servicio omnes vicini eiusdem ville. Et si forte illi qui habent castra extra villam Cervarie desexiverint se vel de cetero voluerint desexire de vicinatico Cervarie, quod possitis eos taxare et taxetis in dictis questiis et serviciis ac si essent vicini Cervarie et in vicinatico vestro et ipsos inde facere pignorari a portariis nostris, quos nos vel nostri miserimus ad predicta colligenda. Ita tamen quod nos ipsorum taxacionem compoto nostro percipere non teneamur, sed vos ipsam recipiatis et nobis de ipsa questia tota seu servicio satisfacere teneamini. Mandantes nichilominus vicariis et baiulis Cervarie, presentibus et futuris, quod ad predictam concessionem nostram observandam, ut superius dictum est, donent auxilium, consilium et iuvamen et non contraveniant aliqua ratione.

Datum Valencie, V idus marcii, anno Domini M^o CC^o septuagesimo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Mayoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: Ferrandus Sancii. Petrus Ferrandi. Gaucerandi de Pinos. Petrus de Muncada. Guillelmus de Alcalano.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui mandato domini regis hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1271, marzo 16. Valencia.

1769

Jaime I, rey de Aragón, concede a Morella el tribunal del ligallo.

Publ.: *Aureum Opus*, núm. I. in extravaganti.-

SEGURA, *Morella y sus aldeas*, I, pg. 221, en castellano.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 970.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros concedimus vobis, consilio Morelle et universis hominibus aldearum et locorum omnium terminarum eiusdem, tam nostris, scilicet, quam ordinum quam militum quorumlibet in perpetuum, quod positus

facere ligallum in termino Morelle, quod, quidem ligallum celebretur bis in unoquoque anno de cetero, videlicet, una vice in tertia die post unumquodque festum Pentecostes et alia vice in unoquoque festo sancti Michaelis septembris, ad quod ligallum, ubicumque in terminis Morelle celebrabitur, teneantur venire vel miteri pastores suos omnes illi qui habuerint vel tenuerint ganatos suos ad pascendum in terminis antedictis et adducere ibi ganatum mostrench sive amissum, quod habuerint. Et ille, qui diebus predictis celebrationis dicti ligalli, ad ipsum ligallum non venerit vel suos pastores non miserit, ut est dictum, teneatur persolvere et dare nobis vel baiulo nostro Morelle loco nostri decem solidos pro pena. Statuentes etiam quod illud mostrench sive amissum, quod in dicto ligallo invenietur, reddatur domino cuius fuerit libere et sine impedimento; et si aliquis vel aliqui predictum mostrench, quod tenuerint, ad dictum ligallum non adduxerint, ut est dictum, et de hoc postea convicti fuerint vel postmodum inter ganatos suos inventum fuerint illud ganatum mostrench, in duplo reddatur cuius fuerit et teneatur solvere nobis vel dicto baiulo nostro loco nostri sexaginta solidos pro pena; et si forte aliquod ganatum mostrench sive amissum ad celebrationem dicti ligalli aductum fuerit et dominus ei non fuerit inventus cuius sit teneatur manifeste usque ad primam tunc sequentem celebrationem ipsius ligalli et si in ipsa sequenti celebratione ipsius ligalli dominus nondum eidem ganato invenietur illud tale ganatum sit nostrum et accipiat ipsum baiulus noster Morelle vel locum eius tenens loco nostri. Insuper, etiam statuimus et volumus ac concedimus vobis quod baiulus noster Morelle, cum consilio consilii Morelle, eligat aliquam personam idoneam singulis annis, qui predicta omnia pro ipso distringat et colligat ac faciat observari, ut superius continetur, eaque iuret quod bene et fideliter se in predictis habeat atque gerat.

Datum Valencie, XVII kalendas aprilis, anno Domini M CC LXX.

1271, marzo 21. Valencia.

1770

Jaime I, rey de Aragón, confirma los fueros de Valencia.

Publ.: *Aureum Opus*. Priv. Jaime I, núm. 81.-
HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 971.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et omnes successores nostros, confitentes et recognoscentes nos in civitate Valencie foros et consuetudines Valencie iam iurasse, ipsos per omnia et in omnibus observare et ex ipsis aliquid non diminuere vel eis addere vel aliquas in aliquo immutare. Verum cum natura continue novas deproperet edere formas et novis morbis nova conveniant antidota preparari et non sit reprehensibile iudicandum, si secundum varietates temporum, statuta variantur humana, ad instanciam et requisicionem magnatum et militum, religiosorum et proborum hominum civitatis et totius regni Valencie cum instancia requirentes quod foros aliquos deberemus corrigere, emendare ac etiam declarare et etiam, propter ea que noviter contingerant, eis aliqua addere deberemus, nos attendentes quod, in eorum tranquillitate, pace et requie, noster animus requiescit, propter utilitatem comunem civitatis et tocius regni Valencie predicti predictos foros correccioni dedimus, addentes, detrahentes, corrigentes et emendantes que in ipsis addenda fuerant, detrahenda, corrigenda ac etiam emendanda. Et ut omnia, que in ipsis addidimus, detraximus, correximus et emendavimus cum omnibus aliis foris, qui in aliquo tacti non sunt, vel etiam immutati per nos et nostros succesores sine diminucione, addictione, correctione aliqua perpetuo observentur, iuramus et ea predicta et infrascripta omnia confirmando per Deum et super sancta quatuor evangelia a nobis corporaliter tacta predictos foros cum omnibus addicionibus et correccionibus, diminucionibus et emendis in eis factis, prout vobis tradidimus, tenere et perpetuo observare et in ipsis aliquo tempore aliquid non addere, detrahere, corrigere vel mutare, nisi de evidenti et maxima necessitate fieri oporteret et quod tunc fieret cum assensu et voluntate vestra, ymo per nos et omnes successores nostros, ipsos tenebimus et teneri et observari faciemus et inviolabiliter custodiri.

Volumus, preterea, et concedimus vobis universis et singulis habitatoribus civitatis et tocius regni Valencie, presentibus et futuris, in perpetuum,

quod nos, prout iuramus et confirmamus predictos foros et consuetudines, semper de cetero succesores nostri teneantur iurare et confirmare ipsos foros et consuetudines ac tenere et perpetuo observare et nunquam in aliquo contravenire, sic quod, quando dicti succesores nostri debebunt regnare, apud Valenciam veniant et infra unum mensem, ex quo fuerint ibi in civitate Valencie et tunc iurent et confirment dictos foros et consuetudines coram omnibus, prout superius est iam dictum, et sic semper succesores nostri, unus post alium successive, dictam iuram et confirmationem facere teneantur sub forma superius prenotata et ad hec nos et succesores nostros, ex certa sciencia, perpetuo obligamus. Mandantes universis habitatoribus civitatis et tocius regni Valencie, presentibus et futuris, quod dictis foris cum emendis, correctionibus, declarationibus et adictionibus et aliis supradictis utantur et in omnibus causis uti de cetero teneantur et aliis consuetudinibus sive foris aliquo tempore non utantur.

Datum Valencie, XII^o kalendas aprilis, anno Domini M^o CC^o LXX^o.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: Petrus de Vilamuro. Berengarius de Anglaria. Garcias Ortiz de Açagra. Gaucerandus de Pinos. P. de Montecatano.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1271, marzo 31. Valencia.

1771

Jaime I, rey de Aragón, confirma la tacana de la judería de Zaragoza.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 104v.

Publ.: BOFARULL. "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 909.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.350.

Per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus tacanam factam per Jahudanum de Cavalleria, baiulum nostrum Cesarauguste,

et per adenantatos et aliamam iudeorum Cesarauguste, super aliquibus ordinacionibus factis inter ipsos, ad utilitatem nostram et ipsius aliame, prout in carta ipsius tacane iam dicte plenius continetur; volentes nichilominus et facientes quod illi tres iudei audiant et iudicent causas iudeorum in Cesaraugusta, qui ad ipsas causas audiendas et iudicandas sunt electi et constituti ordinacione predicta; salvo, tamen, iure Salomonis alfaquimi, quod nobis reservamus decernendum, cum fuerimus in Aragone personaliter constituti.

Datum Valencie, pridie kalendas aprilis, anno Domini M CC LXX primo.

1271, abril 1. Valencia.

1772

Jaime I, rey de Aragón, reconoce deber a Gonzalo Rodríguez, comendador de Montalbán, cuatro mil sueldos de la deuda que tenía pendiente con el difunto Pelegrín de Atrosillo y que éste había legado a dicha encomienda.

ACA. Cancillería. Registro 14, fol. 115v.

Publ.: SÁINZ DE LA MAZA, R., *La Orden de Santiago en la Corona de Aragón*, Zaragoza 1980, doc. 58.

[Recognoscimus] et confitemur debere vobis, fratri Gondçalvo Roderici, comendatori Montisalbani ordinis militie Sancti Iacobi, et universis fratribus dicti [ordinis], quatuor millia solidos iaccensium, qui, facta modo compositione inter nos et vos, remanent vobis ad solvendum de ille novem milibus IX solidos et VII dineros iaccensium quod nos debebamus Peregrino de Atrossillio, quondam, cum instrumento nostro quod nunc a vobis recuperavimus et habuimus et quos dictus Peregrinus vestro Ordini predicto dederat cum instrumento, quod instrumentum similiter nunc a vobis recuperavimus et habuimus. Qui vero IIII^{or} millia solidos faciunt quinque millia CC et quinquaginta solidus regalium Valencie ad cambium de XVI minus pictam monete regalium pro XII iaccensium, quos quidem quinque millia CC

L solidos regalium Valencie assignamus vobis et vestris habendos et percipiendos in gabella nostra salis Xacce. Mandantes baiulo nostro Xacce, presente et futuro, quatenus dictos dineros solvat vobis vel cui volueritis loco vestri de primis denariis quos receperit de gabella predicta dicti salis, non expectato nostro alio mandamento, et cetera.

Datum Valencie, kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LXX° primo.

[1271], abril 1. Valencia.

1773

Jaime I, rey de Aragón, ordena a sus oficiales que no cobren el tributo de asadura en los castillos y villas del Reino de Valencia.

AMX. *Aureum Opus*, fols. 45 r.³ AMV. *Aureum Opus*, priv. 87 Jaime I⁴
 Publ.: ALANYA, L., *Aureum Opus*, ed. CABANES, pg. 113.
 HUICI, A., *Colección Diplomática de Jaime I*, núm. 992.

Quod in civitate vel Regno Valencie non detur assadura.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis universis alcaydis omnium et singulorum castrorum et villarum regni Valencie ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Sciatis nos dimisisse assaduram, que solebat recipi de ovibus et ganatis illorum, qui oves suas et ganatum adducunt vel tenent in regno Valencie, ita quod in aliquo loco

³ La transcripción corresponde a este texto en el que el documento ha sido añadido en el margen inferior del folio, escrito por una mano distinta y trazado con una escritura cursiva. Sin embargo el año es dudoso pues la fecha tópica no coincide con el itinerario seguido en los documentos anteriores y posteriores. Posiblemente habría que situarlo en 1271 según apunta la nota siguiente.

⁴ El documento, en este texto, no copia la fecha pero lo intercala entre documentos datados en 1271. Ante la duda expresada en la anterior nota, datamos el documento en 1 de abril de 1271.

vel castro regni Valencie non detur deinde de ipsis ovibus vel ganatis aliqua assadura. Quare mandamus vobis firmiter quatenus dictam assaduram ab aliquo vel aliquibus non petatis vel accipiatis aliqua racione si confiditis de nostra gracia et amore.

Datum Valencie, kalendas aprilis anno Domini M CC LXX quarto.

1271, abril 8. Valencia.

1774

Jaime I, rey de Aragón, confirma a Hamet Abenhut, sarraceno de Uxó, la venta que Bernardo Escribá de Burriana, baile de Uxó, le había hecho de una heredad en el término de dicha localidad, por un precio de ciento treinta sueldos reales de Valencia. Y reconoce haber recibido por dicha confirmación cien sueldos.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 268v.

Laudamus, concedimus et confirmamus tibi, Hamet Abennut, sarraceno de Uxon, vendicionem quam Bernardus Scriba de Burriana, tunc baiulus de Uxon tibi fecit de quadam hereditate in termino de Uxon, cum instrumento sarraceno, pro C et XXX solidis regalium Valencie. Volentes et concedentes quod dictam hereditatem habeatis de cetero tu et tui ad faciendum de ipsa vestras proprias voluntates sarracenis ravalli de Uxon, ut in dicto instrumento melius et plenius continetur. Concedimus eciam et recognoscimus tibi nos habuisse et recepisse a te Hamet predicto C solidos regalium, racione istius confirmacionis, ultra predictos CXXX solidos quos iam dederas Bernardo Scribe ante dicto. Et ideo mandamus alcaido de Uxon, presenti videlicet et futuris, quatenus dictam vendicionem et confirmacionem nostram firmam habeant et observent et non contraveniant etc.

Datum Valencie, VI idus aprilis, anno Domini M CC LXX primo.

1271, abril 9. Valencia.**1775**

Jaime I, rey de Aragón, dispone que los castillos de Orcheta, Serra, la Muela, Finestrat y Torres, que había dado a doña Berenguela Alfonso y a los hijos varones tenidos con ella, vuelvan a la corona en el caso de morir éstos sin descendencia.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 258r.

Publ.: SOLER I PALET, "Un aspecte..", *I CHCA*, II, pg. 564. Incompleto.

Cum nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum etc., dedissemus vobis karissime et dilecte nostre dompne Berengarie Alfonsi et filii vestris masculis et a nobis habetis imperpetuum per franchum et liberum alodium castra et villas de Horxeta et Serra et de Mola et de Finestrato et de Torres, sita in Regno Valencie ultra Xucarum, cum carta nostra ut ea continetur, que quidem castra et villas emparamus et adquisiveramus ab Azech, filio Tivicini quondam, et a quibusdam aliis sarracenis nosque postea dictum castrum de Horxeta et castrum de Torres, qui fuerunt fratrum Ordinis Uclensis et pro quibus idem sarracenis habebant et tenebant castrum de Muxen, \vocatum antiquo Caramoxen/, cum terminis suis et pertinenciis universis, reddiderimus eisdem fratribus et, loco ipsorum duorum castrorum, habuimus dictum castrum de Muxen ac recuperavimus ab eisdem. Idcirco per nos et nostros successores, in emendam et compensacionem dictorum \castrorum/ de Horxeta et de Torres, que vobis ut dictum est dederamus et restituimus fratribus antedictis, damus cum presenti carta et concedimus vobis, iamdicte dompne Berengarie Alfonsi et filii vestris masculis quos a nobis habebitis, in perpetuum, per franchum et liberum alodium, predictum castrum et villam de Moxen, \quod antiquitus vocabatur Caramoxen/, cum omnibus alqueriis et terminis eiusdem \heremis et populatis/ et affrontacionibus ac pertinenciis suis omnibus, et cum introitibus et exitibus et melioramentis et aliis suis pertinenciis universis, et cum hominibus et mulieribus, christianis vel sarracenis, et alterius cuiuslibet condicionis ibi habitantibus et habitaturis et cum montibus et vallibus ac nemoribus et terris cultis et incultis, heremis et populatis, tam de regalo quam de sicano, et cum pratis, pascuis, herbatico,

venacionibus ac vedatis et furnis, molendinis, aquis et aqueductibus et aliis ad usum hominis ibidem pertinentibus quoquomodo, et cum redditibus, exitibus et proventibus, tributis sive censibus, peitis sive questiis, cenis, iusticiis ac coloniis et exercitibus ac cavalcatis et redempcionibus eorundem, et cum alfardis, çofris, almagramis, bisanciis et monetatico aliisque iuribus nostris, exaccionibus universis et dominio ac iurisdiccione et omnibus omnino aliis que nos ibidem percipere et habere debemus iure, modo vel causa. Quod quidem castrum et villam de Moxen \predictum/, cum omnibus predictis et aliis suis pertinenciis universis, damus et concedimus vobis, dicte dompne Berengarie Alfonsi, et filio seu filii vestris masculis quos a nobis habueritis, inperpetuum, ut est dictum, sub tale scilicet condicione et modo et pacto quod predictum castrum de Moxen, cum omnibus predictis que vobis damus, habeatis, teneatis, possideatis, expletetis vos, dicta dompna Berengaria, potenter et integre ac in pace toto tempore vite vestre. Et si filius vel filii masculi a nobis et vobis procreati vobis supervixerint, predictum castrum cum omnibus suis pertinenciis omnino ad ipsum filium seu filios masculos a nobis et vobis procreatos post vestrum obitum revertantur, ipsumque iidem filius vel filii nostri et vestri, unum post alium successive habeant ad suas omnimodas voluntates; set si filius masculus nostri et vestri vobis non supervixerint vel eidem filius seu filii masculi nostri et vestri sine filiiis vel filio masculis et legitime coniugii decesserint, predicta que vobis damus ad nos si vixerimus vel illi qui post nos rex fuerit Aragonum et Valencie revertantur et cetera. Et sic, cum presenti carta investimus vos, dictam dompnam Berengariam, de predicto castro de Muxen cum omnibus supra expressis et aliis suis pertinenciis universis; et vos in corporalem possessionem ipsius et omnium predictorum mittimus ad habendum, tenendum, possidendum et expletandum franche et libere ut superius continetur. Promittentes eciam predictam donacionem firmam habere ac tenere et inviolabiliter observare et facere observari; et ipsam non revocare \nec facere revocari/ nec in aliquo contravenire ullo tempore aliqua racione.

Datum Valencie, V idus aprilis anno Domini M° CC° LXX° primo.

1271, abril 24. Valencia.**1776**

Jaime I, rey de Aragón, absuelve a Jahudá de la Cavallería de varias acusaciones.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 261v.

Publ.: BOFARULL, F., "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 909.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.351.

In nomine Domini. Amen. Noverint universi quod Mosse Alcostanti et Salomon, frater eius, accusaverint coram nobis Jacobo, Dei gracia etc., quod, cum nos concessissemus Salamoni, alfaquimo nostro et patruo dictorum fratrum, quod ipse omnes causas iudeorum Cesaruguste et regni Aragonum posset iudicare, decidere et exequi per suos officiales, secundum legem iudeorum, Iafudan de Cavaleria et Iucefet Salamon Abenbruch et quidam alii iudeorum aliame iudeorum Cesaruguste prefatum privilegium concessum predicto Salamoni alfaquimo in detrimentum et confusionem prefate iurisdiccioni concessa eidem Salamoni, fecerunt quodam statutum quod cavebatur quod omnes causas predictas cognoscerent tres iudei de dicta aliama Cesaruguste, videlicet, predictus Salomon alfaquim et Samuel Almeridi et Açach Abenbruc, quare pecierunt predictum Iafudanum et alios iudeos predictos puniri, quemlibet eorum in quingentis aureis nobis applicandis; sugerentes nobis quod occasione predicta a dicto Iafudano plus consequi habere possemus, quam habueramus ab A. de Romanino, cive Valencie, ratione denunciacionum factarum contra ipsum coram nobis. Super qua acusacione dicti fratres produxerunt transcripta quarunda privilegiorum de quibus supra mencio facta est. Et inter cetera produxit dictus Mosse quandam literam nostro sigillo sigillatam, cuius tenor talis est.

[Inserta doc. núm. 962]

Ad que respondens Iafudanus de Cavalleria predictus et excusaciones iustas proponetis ad ea que, ut supra, contra eum denunciata sive proposita accusando fuerant, ut in actis continetur, denunciavit et dixit coram nobis

Jacobo, Dei gracia etc., quod Mosse Alcostanti iudeus usus fuerat in regno Valencie officio iudicandi, tanquam iudex inter iudeos, usurpando sub iurediccionem nostram, unde petit ipsum puniri debere in confiscacione bonorum suorum et eciam corporaliter, prout esset de iure faciendum; qui dictus Mosse respondit et dixit coram nobis quod ipse non erat puniendus in bonis suis nec aliter puniendus cum per literam nostram predictam apareat ipsum habere officium iudicandi in regno Valencie; dictus autem Iafudanus coram nobis replicando respondit quod dicta litera fuerat, falsitate nobis suggesta, impetrata, set quia idem Mosse asseruit quod Salomon Alfaquim, patruus dicti Mosse, substituerat dictum Mosse loco sui ad sentencias ferendas in regno Valencie, quod veritatem minime continebat, cum dictus Salomon non haberet a nobis auctoritatem iudicandi in regno Valencie inter iudeos et cum dictus Mosse diceret se habere instrumenta publica ad defensionem suam super questione iam dicta, in civitate Cesaruguste, quorum unum dictorum instrumentorum dicebat loqui de comissione facta dicto Mosse a dicto Salomone in causis iudeorum in regno Valencie, nos ad instrumenta originalia exhibenda et producenda assignavimus dicto Mosse terminum premtorium, ex tunc, scilicet, octavo idus aprilis usque ad XVI dies proxime venientes, quo partes coram nobis comparuerunt et dictus Mosse dicta instrumenta minime produxit nec aliquid de predictis probavit, ut se obtulerat probaturum. Unde nos Iacobus rex etc., attendentes quod dictus Mosse falsas sugessit nobis predictas comissiones factas esse, cum eas nos reperiamus esse factas ac attendentes quod dictus Mosse occasione dicte litere taliter impetrata in isto usus est officio iudicandi inter iudeos Valencie usurpando sibi falso iurediccionem nostram ex quibus delictis esset corporaliter puniendus et eciam bonis suis omnibus privandus, mitigando dictas penas, ad honorem et gratiam et preces illustris filie nostre dilecte regine Castelle et ob gratiam kari filii nostri infantis Petri, dictum Mosse contumaciter absentem condempnamus amissione medietatis bonorum suorum mobilium et immobilium, ubicumque sint et qualitercumque et dictam medietatem, ut publicatam et publicandam... publicamus, alias penas graviores que sibi propterea infligende erant ob gradus dictorum

regnorum et in satisfaccione ... remitentes, precipientes et mandantes quod dictus Mosse non utatur de cetero dictarum literarum officio iudicandi.

Lata fuit hec sententia in reallo Valencie dicti domini regis, anno Domini MCC LXX. primo, VIII kalendas madii, in presencia et testimonio Sancii Martini de Oblitis, Iacobi de Roca sacriste ilerdensis, Alberti de Lavanya iudicis dicti domini regis, Bertrandi de Bellopodio, Petri Ruffi iudicis Perpiniani, Bartolomei de Orsal advocati Valencie, Johannis de Turrefreita canonici ilerdensis et aliorum multorum.

[1271, antes de abril, 25]⁵

1777

Jaime I, rey de Aragón, vende a Arnau de Romaní, Guillermo de Peralada y Guillermo Arnau el derecho de acuñación de la moneda real de Valencia hasta la suma de veinte mil marcas de plata.

Publ.: MATEU Y LLOPIS, F., "Sobre la política monetaria...", *ACCV*, (1947-1948), pgs. 255-256.

Quod cum nos Iacobus etc., vendiderimus vobis Arnaldo de Romanino, Guillelmo de Peralata et Guillelmi Arnaldi, lucri presentis monete regalium Valentie que nunc cuditur Valentie et vos debetis facere cudi usque ad summam XX^{ti} mille marcarum argenti fini, ad pensum tabularum cambii Valentie, prout in carta quam inde a nobis habetis plenius continetur, volumus et concedimus vobis quod si forte dicte marche deberent computari monetare secundum quod exit argentum, quomodo sunt fuse, nullis inde deductis municionibus racione alleamenti vel aliarum minucionum, que sint in ipsis in fornace et in ablanquimento et in sissalliis et opere vel alio modo, que quidem possent dici debere mittere in summam predictarum XX^{ti} mille marcarum pensi tabularum cambii supradicti quod de toto eo quod

⁵ El documento no lleva fecha. Ésta es la supuesta por Mateu y Llopis, editor del documento.

ultra predictas mille marcos argenti fini ad pensum tabularum Valencie nullis minucionibus inde deductis computari et dici posset, vos operatos esse ultra, facto aleamento et deductis minucionibus predictis sicut proxime predictum est, nos ista racione aliquid contra vos consequi valeremus et hoc casu teneamini dare nobis sex solidis regalium pro unaquaque marcha de eo quod plus ut dictum est fueritis operati et inde aliter nobiscum non teneamini computare nec ullam aliam inde vobis petitionem vel demandam facere valeamus.

Datum ...

1271, abril 25. Valencia.

1778

Jaime I, rey de Aragón, ordena a los ricos-hombres, caballeros e infanzones que permitan a los aldeanos de la Comunidad de aldeas de Daroca apacentar los ganados en sus territorios.

AHN. *Diversos. Comunidad Daroca, carp. 43, núm. 2 bis.* Original. Pergamino. Sello pendiente
Publ.: GUTIÉRREZ IGLESIAS, M^a R., *De diplomática regia aragonesa medieval*, doc. 8. Tesis doctoral inédita.

Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, dilectis suis universis richis hominibus, militibus et infancionibus, presentibus et futuris, ad quos presentes pervenerint. Salutem et dileccionem. Mandamus vobis firmiter et districte quatinus visis presentibus, de ceteri permittatis aldeanos nostros Daroce pascere ganatos suos de area ad aream in terminis vestris, qui cum eis prociuntur seu dividunt secundum quod forum est, et nullum eis in dictis impedimentum vel contrarium faciatis, nec fieri permittatis et hoc aliquatinus non mutetis.

Datum Valencie, VII kalendas madii, anno Domini millesimo CC^o septuagesimo primo.

1271, abril 29. Valencia.**1779**

Jaime I, rey de Aragón, confirma a los valencianos en sus posesiones y reglamenta la policia urbana y la fabricación de paños.

AMX. *Aureum Opus*, fols. 47 r- 50 r; fols. 64r-67r, inserto en su doc. núm. 87. AMV. *Perg.* 34.-

ARV. *Real 659*, ff. 33, 144 y 157. *Libro III de Enaj.* f. 102v.

Publ: *Aureum Opus*, Priv. Jaime I doc. 84.-

BRANCHAT, *Tratados y regalías*, I, 9.-

PILES, A., *Historia de Cullera*, pg. 228.-

Aureum Opus de Xativa, ed. CABANES, M^a D. y CABANES, M^a. L., núm. 75.-

El Llibre dels Privilegis, ed. GARCIA, fols. 32r-34r.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 972.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispezzulani, volentes universos et singulos homines seu habitatores christianos regni Valencie, tam cives quam omnes alios, qui nostri sunt servicii ac suos eiam successores habere et pacifice possidere quiete et absque aliqua nostra et nostrorum inquietacione successorum, castra, turres et alquerias, hereditates et possessiones omnes et singulas, quas hodie possident atque tenent ac plena semper tranquillitate frui; idcirco per nos et omnes successores nostros, cum hac presenti carta in perpetuum duratura, ex certa sciencia et consulte, laudamus, concedimus et confirmamus vobis, probis hominibus et universitati et habitatoribus omnibus et singulis christianis civitatis et terminorum Valencie ac universis et singulis christianis villarum Xative, Algizire, Ontinentii, Albayde, Cocentannie, Candie et Cuyllarie, Muriveteris, Burriane, Peniscole, Onde, Segorbi, Lirie et Morelle ac quarumlibet aliarum villarum, alqueriarum et locorum omnium regni Valencie ac vestris successoribus in perpetuum omnes domos et operatoria et castra, alquerias, turres et hortos, campos et vineas et quaslibet alias hereditates et possessiones, tam regadivi quam de secano, quas hodie tenetis et possidetis vel tenuistis

seu possedistis hactenus cum titulo et quacumque ratione vel modo. Nec non eiam per nos et nostros successores absolvimus, damus, remittimus et diffinimus vobis et vestris successoribus in perpetuum totum ius nostrum et omnem petitionem et demandam quod et quam in predictis vel aliquo ipsorum possemus nos vel nostri successores vobis vel successoribus vestris usque in hunc presentem diem facere et movere pro recognoscendis ipsis domibus et operatoriiis et pro recognoscendis et sogueiandis castris, alqueriis, turribus, hortis, campis, vineis et aliis hereditatibus predictis vel aliqua, qualibet ratione, iure, modo vel causa; concedentes et indulgentes vobis et vestris successoribus ac eiam statuentes quod nos vel nostri successores non possumus ipsas domos vel operatoria recognoscere de cetero nec ipsa castra, alquerias vel turres, hortos, campos, vineas et hereditates alias predictas sogueiare vel facere sogueiari de cetero; nec vos vel vestri successores teneamini aliquo tempore nobis vel nostris successoribus ostendere vel monstrare aliquas cartas ratione predictorum, que vobis confirmamus; donaciones, scilicet, vobis vel antecessoribus vestris a nobis vel partitoribus nostris factas de predictis aut aliter ulla cartas, imo volumus et mandamus vobis et vestris quod vos vel quisque vestrum et vestri successores in perpetuum habeatis, teneatis et possideatis et expletetis, tanquam rem vestram propriam, domos, hortos et operatoria et castra, alquerias, turres, hortos, campos, vineas et quaslibet alias hereditates et possessiones quas, que et quos hodie tenetis et possidetis vel hactenus tenuistis seu possedistis cum titulo vel sine titulo et qualibet ratione vel modo in locis quibuslibet dicti regni sicut ea modo tenetis et possidetis, ut dictum est, in pace scilicet, et quiete et absque omnia nostra et nostrorum successorum inquietacione recognoscendi et sogueiandi ea ac quorumlibet aliorum propter que vos vel vestros inde inquietare possemus nos vel nostri et ad omnes eiam vestras et vestrorum successorum voluntates inde penitus faciendas, exceptis militibus atque sanctis. Nos, enim, predicta omnia et singula, que tenetis et possidetis, confirmamus et damus de presenti vobis et vestris successoribus in perpetuum ex certa sciencia et concedimus ac laudamus et sic facimus vobis et vestris successoribus in perpetuum super predictis omnibus et singulis bonum

finem et firmum pactum de non petendo sive de non contraveniendo et de non agendo, ita, videlicet, quod pro predictis vel eorum aliquo non possimus nos vel nostri successores ullo tempore de cetero facere vel movere vobis aut vestris successoribus, in iudicio vel extra iudicium, petitionem aliquam seu demandam, sed sitis inde vos et vestri successores liberi et immunes ac penitus perpetuo absoluti, sicut melius et utilius dici, scribi et intelligi potest ad vestrum bonum et sanum ac sincerum intellectum. Volentes eciam et statuentes quod omnes carte, que reperiantur facte ad stabilimentum antiquum decem solidorum pro unaquaque iovata nobis dandorum, valeant quantum ad donacionem et titulum donacionis, sed non quantum ad stabilimentum seu censum ipsorum decem solidorum, pro eo quod ipsum stabilimentum decem solidorum pro iovata a nobis iam stetit revocatum ac eciam emfrangitum. Verumtamen est sciendum quod retinemus nobis et nostris in confirmacione et concessione et absolucione predictis, quod omnes hereditates, quas in quibuslibet villis, alqueriis et locis nostris regni Valencie predictis vel aliis, exceptis, tamen, civitate et terminis Valencie et Xative, quos terminos Valencie et Xative in predicta retencione non intelligimus, invenerimus heremas, possimus nos et nostri emparare et dare quibus voluerimus, nisi in his proxime subsequentibus casibus tantum; videlicet, si ipse hereditates remanserint heremo seu ad laborandum propter paupertatem seu aliam evidentem necessitatem domini seu dominorum ipsarum, vel si fuerint aliquorum pupillorum, qui eas laborare non possint, pro eo quod fuerint infra annos, vel si pro ipsis hereditatibus ponant domini ipsarum in questiis, serviciis et aliis nostris exaccionibus regalibus seu demandis vel nisi fuerit aliqua pars competens ipsarum hereditatum vestrarum, quam vos seu quisque vestrum et vestrorum ad opus vestri bestiarum heremam dimitatis; volumus enim, ut aliquam competentem partem vestrarum hereditatum ad opus bestiarum vestri heremam dimitere valeatis; in quibus casibus proxime predictis vel altero ipsorum, non possimus nos vel nostri successores aliquas hereditates aliquorum habitatorum dicti regni presencium vel futurorum emparare pro hermis nec alii vel aliis dare.

Item, nos Iacobus, Dei gracia predictus rex, cum hac eadem carta, per nos et omnes successores nostros, laudamus, concedimus et confirmamus vobis, probis hominibus et universitati et habitatoribus omnibus et singulis civitatis Valencie et universis et singulis habitatoribus Xative, Algizire, Ontinentii, Albayde, Concentannie, Candie et Cuyllarie, Muriveteris Burriane, Peniscole, Onde, Segorbii, Lirie et Morelle et aliarum villarum alqueriarum et locorum omnium regni Valencie, christianis, videlicet, tam presentibus quam futuris, in perpetuum, omnes ambannos et portillos eciam factos in civitate et terminis Valencie et villis predictis ac terminis suis per quamcumque vel quascumque personas et damus eciam vobis et vestris successoribus inperpetuum licenciam et potestatem faciendi de cetero libere et secure ambannos et portillos in domibus vestris sitis infra ipsam civitatem Valencie vel extra in terminis suis et intus ipsas villas et terminis suis, ita, scilicet, quod de solo terre seu carrarie que sub ipsis ambannis est vel erit usque ad vigan ipsorum ambannorum sint et contineantur viginti palmi alne Valencie in altum et quod ipsos portillos possitis facere in carraria habente in latitudine decem et octo palmos alne predictae, sic quod non oporteat vos ipsos portillos tornare retro, ex quo ipsa carraria sit dicte latitudinis, non obstante foro Valencie dicente quod, quicumque operabit, tornet duos palmos retro, nec foro eciam qui dicit, quod nemo ambannos possit facere nec bescalmos, cum nos ipsum forum quantum ad dictos ambannos et portillos in predictis, ut dictum est, emendemus et corrigamus de voluntate vestra expressa. Verumtamen si illa carraria, in qua ipsi portillus seu portalli fient, erit stricior decem et orto palmos, tunc ipsos portillos, quos ibi volueritis facere, vos seu vestri habeatis tornare retro per duos palmos, secundum quod per forum Valencie est, nisi, tamen, paries ubi portalli fient iam alia vice tornatus fuerit retro per duos palmos secundum forum et sic habeatis vos et vestri successores in perpetuum predictos ambannos et portillos iam factos et quos de cetero feceritis, ut dictum est, ad vestras liberas et omnimodas voluntates. Nichilominus, eciam absolvimus vos omnes predictos et singulos ac vestros et omnia bona vestra ab omni nostra et nostrorum petitione et demanda ac pena, quam vobis

ratione ipsorum seu portallorum iam factorum in civitate et terminis Valencie vel in prenominate aliis viliis, alqueriis et locis dicti regni Valencie habemus et habere vel movere, imponere seu infligere possumus aut possemus in posterum qualibet ratione, facientes inde vobis et vestris semper bonum finem et firmum pactum de non petendo, ita, scilicet, quod ratione ipsorum ambannorum seu portallorum iam factorum, ut dictum est, non possimus nos vel nostri successores facere vel movere aliquam petitionem vel demandam vobis vel vestris successoribus nec ullam penam civilem vel criminalem in vos vel res vestras ea ratione imponere seu infligere ullo modo, sed sitis inde vos et vestri successores cum omnibus bonis vestris habitis et habendis, liberi et immunes ac penitus perpetuo absoluti, sicut melius et utilius dici, scribi et intelligi potest ad vestrum et vestrorum bonum, sanum et sincerum intellectum.

Item, nos Iacobus, rex memoratus, per nos et omnes nostros successores absolvimus et diffinimus ac remittimus vobis, universis et singulis draperiis ac aliis habitatoribus omnibus, et singulis civitatis Valencie et terminorum suorum et Xative et Algcire, Ontinentii, Albayde, Concentannie, Candie et Cuyllarie, Muriveteris, Burriane, Peniscole, Onde, Segorbii, Lirie et Morelle, ac aliarum quarumlibet villarum, castrorum, alqueriarum et locorum omnium regni Valencie predictis, presentibus et futuris, in perpetuum, omnem petitionem et demandam ac penas civiles et criminales, quas contra vos et res vestras faciebamus et habebamus et facere et habere sive movere poteramus vel possemus ea, scilicet, ratione quia in alnando pannos lane et alios non fuistis vos vel antecessores vestri uti duobus digitis, quos ultra alnam dare et accipere debebatis secundum forum, et quia vos forsitan vel aliqui vestrum seu antecessores vestri in officiis, que usque hodie tenuistis vel in ministeriis vestris aut in aliis quibuslibet usque modo uti fuistis contra forum Valencie vel contra privilegia a nobis vobis facta vel contra stabilimenta seu mandata facta a nobis vel nostris officialibus seu tenentibus locum nostrum aut si in ipsis in aliquo errastis seu delinquistis, facientes vobis et vestris in perpetuum super omnibus et singulis proxime supradictis pactum de non petendo et de non agendo, ita, videlicet, quod ratione dictorum

duorum digitorum quos in alnando pannos dare plus et accipere debebatis ultra alnam, vel quia contra forum Valencie et privilegia nostra vel stabilimenta seu mandata nostra seu baiulorum nostrorum seu locum tenencium nostrum uti fuistis usque in hodiernum diem, quocumque modo in officiis, que tenuistis, aut ministeriis vel in aliis quibuscumque vel si in eis errastis seu delinquistis in aliquo, ut est dictum, non possimus nos vel nostri successores facere seu movere vobis vel vestris successoribus ullo unquam in tempore petitionem aliquam vel demandam in iure vel extra ius nec aliquam penam civilem vel criminalem in personas vel res vestras aut alicuius vestrum imponere seu infligere ullo modo, sed sitis inde vos et vestri successores cum omnibus bonis vestris habitis et habendis liberi et immunes ac penitus absoluti, sicut melius et utilius dici, scribi et intelligi potest ad vestrum et vestrorum bonum et sanum ac sincerum intellectum. Volentes insuper et concedentes per nos et nostros successores vobis et vestris successoribus in perpetuum quod in alnando pannos lane ac alios et quaslibet alias res non teneamini de cetero vos vel vestri successores dare vel accipere duos digitos ultra alnam sed alnare cum ipsa alna quatuor palmorum consueta, prout consuetum est hactenus, non obstante foro Valencie, qui dicit, quod ultra alnam dentur duo digiti in alnando pannos, quoniam nos ipsum forum de voluntate vestra expressa, quantum ad ipsos duos digitos dandos et recipiendos, annullamus et emendamus.

Verumtamen est sciendum quod confirmationes, concessiones et absoluciones predictas non intelligimus facere nec facimus militibus seu infancionibus nec clericis, ordinibus seu religiosis personis sed tantum civibus et hominibus nostris seu nostri servicii dicti regni, tam presentibus, scilicet, quam futuris, ut superius continetur, et quod non intelligimus in predictis concedere vel absolvere fraudem vel iniuriam nobis factam in furnis, molendinis et operatoriiis que a nobis tenentur ad censum et in nostris censibus vel aliis regaliis nostris in quibus aliquis iniuriam vel fraudem nobis fecerit, imo retinemus nobis et nostris quod ipsam fraudem et iniuriam in ipsis nobis factam petere valeamus. Et intelligimus regalias nostras esse ea, que pro nobis teneantur ad censum vel ad certam partem

fructuum seu reddituum vel ad feudum. Ad maiorem, autem, omnium predictorum securitatem et pleniorum eius firmitatem nos Iacobus, Dei gracia rex predictus, tactis a nobis propriis manibus nostris corporaliter sacrosanctis quatuor evangeliiis et cruce Domini coram nobis positus, iuramus per nos et nostros successores predicta omnia et singula superius contenta attendere et complere firmiter ac inviolabiliter observare et facere observari, ut superius continetur, et in aliquo nunquam contravenire modo aliquo vel racione; sic Deus nos adiuvet et sancta Dei evangelia et crux Domini posita coram nobis. Insuper, vero, est sciendum quod racione confirmacionis et concessionis et absolucionis predictarum et in solum primi venturi monetatici, quod a primo venturo festo Natalis Domini ad duos annos dare deberetis et quod nobis modo racione predicta adenantatum persolvistis et donastis, dedistis et solvistis nobis quisque vestrum, habitatorum omnium dicti regni, tam cives quam alii qui nostri sunt servicii, pro bonis vestris in hunc modum, videlicet, quod illi, qui habent bona valencia quindecim morabatinos vel a centum morabatinis infra usque ad quindecim, sed non centum morabatinos completos, dederunt et persolverunt nobis singulos morabatinos, videlicet, septem solidos pro unoquoque morabatinos; et illi, qui habent bona valencia centum morabatinos et a trecentis morabatinis infra usque in centum et non trecentos morabatinos completos, dederunt nobis duos morabatinos unusquisque; et illi qui habent bona valencia trecentos morabatinos vel amplius quantumcumque dederunt nobis tres morabatinos unusquisque. Et ita ultra unum morabatinum dicti monetatici, quod dare debebatis, dedistis nobis residuum dictorum morabatinorum pro servicio predictorum et sic recognoscimus nos esse paccatos de vobis de toto monetatico predicto, quod a dicto festo Natalis Domini ad duos annos nobis dare debebatis, ut dictum est, et quantum ad ipsum monetaticum clamamus vos et vestros quitios et penitus absolutos et recognoscimus vobis quod a iam dicto festo Natalis Domini ad novem annos proxime venturos et continue completuros non teneamini nobis vel nostris monetaticum solvere sive dare. Mandantes itaque, firmiter baiulis, alcaydis et locum nostrum tenentibus ac iusticiis, iuratis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus

et locum nostrum futuris, quod predicta omnia et singula firma habeant et observent ac faciant observari, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum Valencie, III kalendas madii, anno. Domini M CC LXXI.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: A., Dei gracia Barchinone episcopus. Gombaudus de Benavento. Jaufridus de Crudiliis. G. de Alcalano de Lurcenich. P. Noves. Iacobus de Rocha, sacrista ilerdensis et notarius domini regis. Albertus de Albania, legum professor. S. Eximini, prior Sancte Cristine.

Sig(signo)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scripsit et clausit loco, die et anno prefixis.

1271, abril 29. Valencia.

1780

Jaime I, rey de Aragón, confirma a los habitantes de la villa de Alzira todas sus posesiones, dadas por él o sus partidores y les exime de monedaje durante un tiempo.

AMA. *Pergaminos de la Cancillería Real*, sig. 010/5

Publ.: PARRA, J. M^a, *Privilegios de Alcira*, núm. 5, pgs. 37-40.

Nover[unt] universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, volentes universos et singulos homines seu habitatores christianos ville Aliazire, tam cives scilicet quam omnes alios qui nostri sunt servicii] ac suos eciam successores, habere et possidere pacifice et qu[ies] et absque alicua nostra et nostrorum successorum inquietacione, castra, turre et alquerias ac hereditates et possessiones omnes et singulas quas hodie possident atque tenent, ac plena semper tranquillitate frui. [Idcirco per nos et omnes successores nostros, cum hac presenti carta perpetim duratura, ex certa sciencia et consulte, laudamus, concedimus et confirmamus vobis pro]bis hominibus et habitatoribus predictae ville Algezire et suorum [successoribus

in perpetuum, omnes domos et operatoria et castra, alquerias et turres ac ortos, campos et vineas et quaslibet alias hereditates et possessiones, tam rega]divi quam de siccano [quas hodie tenetis et possidetis, vel tenuistis seu possedistis actenus, cum titulo vel sine titulo et quaecumque ratione vel modo. Necnon], eciam per nos et nostros successores, damus, remittimus et difinimus vobis et vestris successoribus in perpetuum [totum ius nostrum et omnem petitionem et demandam quod et quam in predictis vel aliquo ipsorum possemus nos vel nostri successores vobis vel successoribus vestris usque in] hunc presentem diem facere vel movere [pro recognoscendis ipsis domibus et operatoriiis et pro recognoscendis et soguegiandis castris, alqueriis, turribus, ortis], campis, vineis ac aliis hereditatibus predictis vel alia qualibet ratione, iure, modo vel causa. Concedentes et indulgentes [vobis et vestris successoribus, ac eciam] statuentes quod nos vel nostri successores non possimus ipsas domos [vel operatoria recognoscere de cetero, nec ipsa] castra, alquerias vel turres, ortos, campos, vineas [et hereditates alias predictas soguegiare vel facere soguegiari de cetero. Nec vos vel vestri] successores teneamini aliquo tempore nobis vel nostris successoribus ostendere vel monstrare aliquas cartas ratione predictorum que vobis confirmamus donationes scilicet vobis vel antecessoribus vestris a nobis vel partitoribus nostris facte de predictis aut alias ulla cartas. Immo volumus et mandamus vobis ac vestris quod vos et quisque vestrum et vestri successores in perpetuum habeatis, teneatis et possideatis et expletetis tamquam rem vestram propriam, domos omnes et operatoria ac castra, alquerias, turres, ortos, campos, vineas et quaslibet alias hereditates et possessiones quas, que et quos hodie tenetis et possidetis vel actenus tenuistis seu possedistis, cum titulo et sine titulo et qualibet ratione vel modo, sicut ea modo tenetis et possidetis, ut dictum est, in pace scilicet et quiete, et absque omni nostra et nostrorum successores inquietacione recognoscendi et sogyegiandi ea ac quorumlibet aliorum propter que vos vel vestros inde inquietare possemus nos vel nostri, et ad omnes eciam vestras et vestrorum successorum voluntates, inde, penitus faciendas, exceptis militibus et sacris. Nos enim, predicta omnia et singula que tenetis et possidetis, confirmamus

et damus de presenti vobis et vestris successoribus in perpetuum ex certa sciencia, et concedimus ac laudamus, et sic facimus vobis et vestris successoribus in perpetuum super predictis omnibus et singulis, bonum finem et firmum pactum de non petendo et de non agendo, ita, videlicet, quod pro predictis vel eorum aliquo non possimus nos vel nostri successores ullo tempore de cetero facere vel movere vobis aut vestris successoribus, in iudicio vel extra iudicium, petitionem aliquam seu demandam. Set sitis, inde, vos et vestri successores, liberi et immunes ac penitus perpetuo absoluti, sicut melius et utilius dici, scribi et intelligi potest ad vestrum et vestrorum bonum et sanum ac sincerum intellectum. Volentes eciam et statuentes quod omnes carte que reperiantur facte ad stabilimentum antiquum decem scilicet solidorum pro unaquaque iovata nobis dandorum, valeant quantum ad donacionem et titulum donacionis, sed non quantum ad stabilimentum seu censum ipsorum decem solidorum pro eo quia ipsum stabilimentum decem solidorum pro iovata a nobis iam extitit revocatum ac eciam infranquitum. Verumtamen est sciendum quod retinemus nobis et nostris in confirmacione et concessione ac absolucione predictis, quod omnes hereditates quas in dicta villa Algezire, alqueriis et terminis suis invenerimus heremas, possimus nos et nostri emparare et dare quibus volumus, nisi in hiis proximis subsequentibus casibus tantum, videlicet, si ipse hereditates remanserint hereme seu ad laborandum propter paupertatem vel aliam evidentem necessitatem domini seu dominorum ipsarum, vel si fuerint aliquorum pupillorum qui eas laborare non possint pro eo quia fuerint infra annos, vel si pro ipsis hereditatibus ponant domini ipsarum in questiis, serviciis et aliis nostris exactoribus regalibus seu demandis, vel nisi fuerit aliqua pars competens ipsarum hereditatum vestrarum quam vos seu quisque vestrum aut vestri ad opus vestri bestiarum heremam dimittatis, volumus enim, ut aliquam competentem partem vestrarum hereditatum ad opus bestiarum vestri heremam dimittere valeatis. In quibus quidem casibus proxime predictis vel altero ipsorum non possimus nos vel nostri successores aliquas hereditates aliquorum habitatorum dicte ville et alqueriarum ac terminorum suorum presencium vel futurorum emparare pro heremis nec alii vel aliis

eas dare. Item nos Iacobus, Dei gracia rex predictus, cum hac eadem carta, per nos et successores nostros, laudamus, concedimus et confirmamus vobis, universis et singulis hominibus et habitatoribus ville predictae et alqueriarum ac suorum terminorum, et successoribus vestris, in perpetuum, omnes ambannos et portillos factos in dicta ville Algezire alqueriis et terminis suis per quamcumque vel quascumque personas. Et damus eciam vobis et vestris successoribus in perpetuum licenciam et potestatem faciendi de cetero libere et secure ambannos et portillos in domibus vestris sitis intus ipsam villam Algezire vel extra in alqueriis et terminis eius, ita, scilicet, quod de solo terre seu carreris que sub ipsis ambannis est vel erit usque ad bigas ipsorum ambannorum sint et contineant viginti palmi alne Valencie in altum. Et quod ipsos portillos possitis facere in carraria habente in latitudinem decem et octo palmos alne predictae, sic quod non oporteat vos ipsos portillos tornare retro ex quo ipsa carraria sit dicte latitudinis, [non] obstante foro Valencie, dicente quod quicumque operabitur tornet duos palmos retro, [nec foro eciam quod dicit quod nemo ambannos possit facere] nec bestalmos, Cum nos ipsum forum quantum ad dictos ambannos et portillos in predictis, ut dictum est, emendemus et corrigamus de voluntate nostra expressa. Verumtamen si illa carraria in qua ipsi portillus seu portalli fient erit stricior decem et octo palmis, tunc ipsos portillos quos ibi facere volueritis vos seu vestri habeatis tornare retro per duos palmos secundum quod forum est, nisi tamen paries ubi ipsi portalli fient iam alia vice tornatus fuerit retro per duos palmos secundum forum. Et sic habeatis vos et vestri successores in perpetuum predictos ambannos et portillos iam factos et quos de cetero feceritis, ut dictum est, ad vestras liberas et omnimodas voluntates. Nihilominus eciam absolvimus vos omnes et singulos predictos ac vestros et omnia bona vestra ab omni nostra et nostrorum petitione et demanda ac pena quam vobis racione ipsorum ambannorum seu portallorum iam factorum in Algezira et alqueriis ac terminis suis habemus et habere vel movere imponere seu infligere possumus aut possemus in posterum qualibet racione, facientes inde vobis et vestris semper bonum finem et firmum pactum de non petendo, ita, scilicet, quod racione ipsorum

ambannorum seu portallorum iam factorum, ut dictum est, non possumus nos vel nostri successores facere vel movere aliquam petitionem vel demandam vobis vel vestris successoribus, nec ullam penam civilem vel criminalem in vos vel res vestras ea racione imponere seu infligere ullo modo. Set sitis inde vos et vestri successores cum omnibus bonis vestris liberi et immunes ac penitus perpetuo absoluti, sicut melius et utilius dici, scribi et intelligi potest, ad vestrum et vestrorum bonum et sanum ac sincerum intellectum. Item, nos, Iacobus, rex memoratus, per nos et omnes nostros successores absolvimus et diffinimus ac remittimus vobis universis et singulis draperiis ac aliis habitatoribus omnibus et singulis Algezire et terminorum suorum imperpetuum omnem petitionem et demandam ac penam, civiles et criminales, quas contra vos vel res vestras faciebamus et habebamus facere, habere sive movere poteramus et possumus vel possemus, ea scilicet racione quia in alnando pannos lane et alios non fuistis usi vos vel antecessores vestri duobus digitis quos ultra alnam dare et accipere debebatis secundum forum. Et quia vos forsitan vel aliqui vestrum seu antecessores vestri in officiis que usque hodie tenuistis vel in misteriis vestris aut in aliis quibuslibet usque modo usi fuistis contra forum Valencie vel contra privilegia a nobis vobis facta vel contra stabilimenta seu mandata a nobis vel nostris officialibus seu locum nostrum tenentibus facta. Aut si in ipsis in aliquo errastis seu deliquistis facientes vobis et vestris imperpetuum super omnibus et singulis proxime supradictis bonum finem et firmum pactum de non petendo et de non agendo. Ita videlicet quod racione predictorum duorum digitorum quos in alnando pannos dare plus et accipere debebatis ultra alnam, vel quia contra forum Valencie et privilegia nostra vel stabilimenta seu mandata nostra vel baiulorum nostrorum seu locum nostrum tenencium usi fuistis vos vel antecessores vestri usque in hodiernam diem quocumque modo in officiis que tenuistis aut misteriis vestris vel in aliis quibuscumque, vel si in eis errastis seu deliquistis in aliquo ut dictum est, non possumus nos vel nostri successores facere seu movere vobis vel vestris successoribus ullo umquam in tempore petitionem aliquam vel demandam in iure vel extra ius nec aliquam penam civilem

vel criminalem in personas vel res vestras nec alicuius vestrum imponere seu infligere ullo modo. Set sitis inde vos et vestri successores cum omnibus bonis vestris habitis et habendis liberi et immunes ac penitus absoluti, sicut melius et utilius dici, scribi et intelligi potest ad vestrum et vestrorum bonum et sanum ac sincerum intellectum. Volentes, insuper, et concedentes per nos et nostros successores vobis et vestris successoribus imperpetuum quod in alnando pannos lane ac alios et quaslibet alias res non teneamini de cetero vos vel vestri successores dare vel accipere duos digitos ultra alnam, set alnare cum ipsa alna quatuor palmorum consueta prout consuetum est actenus, non [obstante foro Valencie quod dicit quod ultra alnam dentur duo digiti in alnando pannos], eciam nos ipsum forum de voluntate nostra expressa quantum ad ipsos duos digitos dandos vel recipiendos, annullamus et emendamus. Veruntamen est sciendum quod confirmacionem, concessionem et absoluciones predictas non intelligimus facere militibus seu infancionibus [nec clericis, ordinibus seu religiosis personis, set tantum civibus et hominibus nostris seu nostri servicii dicte ville Algezire], tam presentibus, scilicet, quam futuris, ut superius continetur. Et quod non intelligimus in predictis concedere vel absolvere fraudem vel iniuriam nobis factam in furnis, molen[dinis, operatoris que a nobis tenentur ad censum et in] nostris censibus vel aliis regaliis [nostris in quibus aliquis iniuriam vel fraudem nobis fecerit, immo retinemus nobis et nostris quod ipsam fraudem et iniuriam in ipsis nobis factam petere] valeamus. Et intelligimus regalias nostras esse ea que pro nobis tenentur ad censum vel ad certam partem [fructuum seu reddituum vel ad feudum. Ad maiorem autem predictorum omnium securitatem et pleniorum eciam] firmitatem nos Iacobus, [Dei gracia rex predictus, tactis a nobis propriis manibus nostris corporaliter sacrosanctis quatuor Evangeliiis et Cru(*cruz*)ce Domini coram nobis positis] iuramus per nos et nostros successores predicta omnia et singula superius contenta, attendere et complere, firmiter ac inviolabiliter observare et facere observari ut superius [continetur, et in aliquo numquam contravenire modo aliquo vel aliqua] racione. Sic Deus nos adiuvet et sancta Dei Evangelia et crux [Domini posita coram nobis. Insuper, non est sciendum quod] racione [confirmacionis

et concessionis ac] absolucionis predictarum et in solutum [primi venturi mone]tatici quod a primo venturo festo Natalis Domini ad duos annos primos venturos, nobis dare deberetis et qu[od nobis modo, racione predicta, adenantatum] persolvitis et donatis, dedistis et solvistis nobis quisque vestrum habitatorum omnium dicte ville Algezire et terminorum suorum pro bonis vestris in hunc modum, videlicet, quod illi qui habent bona valencia quindecim morabatinos [vel a centum] morabatinis infra usque in quindecim morabatinos, sed non centum completos, dederunt et persolverunt nobis singulos morabatinos, videlicet, septem solidos pro unoquoque morabatio. Et illi qui habent bona valencia centum morabatinos et a trescentis morabatinis infra usque in centum et non trescentos morabatinos completos, dederunt nobis duos morabatinos [unusquisque]. Et illi qui habent bona valencia trescentos morabatinos vel amplius quantumcumque, dederint nobis tres morabatinos unusquisque. Et ita ultra unum morabatinum dicti monetatici quod dare debebatis, dedistis nobis residuum dictorum morabatinorum pro servicio predictarum. Et sic recognoscimus nos esse paccatos de vobis de toto monetatico predicto quod a dicto festo Na[talis Domini ad duos] annos nobis dare debebatis ut dictum est. Et quantum ad ipsum monetaticum clamamus vos et vestros quitios et penitus absolutos. Et recognoscimus vobis quod a iam dicto festo Natalis Domini ad novem annos primos venturos et continue completos non teneamini nobis vel nostris monetaticum solvere sive dare. Mandamus itaque firmiter baiulis, alcajdis et locum nostrum tenenti[bus ac iusticiis], iuratis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuri, quod pre[dicta omnia et singula firma habeant et observent ac faciant observari ut superius continetur, et non] contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Datum Valencie, tercio kalendas madii, anno Domini millesimo ducesimo septuagesimo primo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: A., Dei gracia Barchinone episcopus, Gombaudus de Benvento, Jaufridus de Crudilis, S. de Alcalano de Lucernich, P. Noves, Iacobus

de Rocha, sacrista illerdensis et notarius domini regis, Albertus de Lavannia, legum proffesor, S. Eximini, prior Sancte Cristine.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scripsit et clausit loco, die et anno prefixis.

1271, mayo 3. Valencia.

1781

Jaime I, rey de Aragón, permite al monasterio de Gratia Dei (Zaidia), en Valencia, hacer una tejería en término de Rambla ante el monasterio.

AZV. *Caja III*, perg. 22.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 973

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, concedimus vobis abbatisse et conventui monasterii de Gracia [Dei], termini Valencie, quod possitis facere et habere in Rambla, que est ante ipsum monasterium, cequia mediante, unum furnum cum suis exigenciis et pertinenciis ad faciendum raiolas et tegulas...

Datum Valencie, quinto nonas madii, anno Domini M^o CC^o septuagesimo primo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: G. R. de Montecathano. S. Martini de Oblitis. G. de Alcalano de Lurcench. Dalmacius de Villanova. P. Noves.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scribi fecit et clausit loco, die et amo prefixis.

[1271, mayo 5]. Valencia.

1782

Jaime I, rey de Aragón, crea notario público de Valencia a Tomás Diest.

ACA. *Cancillería. Registro 16*, f. 243r.

Per nos et nostros facimus et creamus te, Thomasium Diest, notarium publicum civitatis Valencie; ita scilicet quod possis facere instrumenta donationum, venditionum et quorumlibet aliorum contractuum et testamenta, acta et atestationes testium et aliam scripturam publicam quam scriptor publicus facere et conscribere potest et debet. Que quidem que tu facies seu conscribi facies dum modo subscriptionem tuam apponas in eisdem pro publicis et tanquam per manum publicam auctoritate quod tibi super hiis prestamus, haberi volumus et teneri.

Mandantes, etc.

Datum Valencie, III [nonas madii] anno quo supra [anno Domini M CC LXX primo].

1271, mayo 26. Valle de Albaida.

1783

Jaime I, rey de Aragón, confirma al monasterio de Escarpe el castillo y villa del mismo nombre y diversas poblaciones concedidas por su padre, además de tierras y posesiones en otros términos que él mismo les había concedido.

AHN. *Clero. Carp. 1.008*. núm. 2.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, volentes monasterium Scarpaii, cisterciensis ordinis, habere et possidere [perpetuo in plena tranquillitate] et pace omnia bona sua que possidet atque habet. Idcirco, per nos et nostros successores laudamus, concedimus et confirmamus cum hac presenti carta vobis, fratri Bernardo, abbati monasterii Scarpaii predicti, et conventui eiusdem monasterii et vestris successoribus imperpetuum, castrum et villam Scarpaii cum terminis et pertinenciis suis omnibus et castrum et villam de Mazalcoraig et castrum et villam de Orbannano, ubi modo facitis populationem, et turrem illam que dicitur

la Moza et totam hereditatem illam Montissoni que fuit monasterii Sancti Iohannis Pinnatensis, quam ibi habetis; que omnia predicta et alia etiam illustris dominus P[etrus], felix recordationis rex Aragonum pater noster, dedit dicto monasterio, cum crota sua bullata ut in ea continetur, quam inde habetis scriptam per Berengarium de Parietibus, que incipit "Cum ordo cisterciensis pie cistercii ordinibus sub regula beati Benedicti constitutis (*ilegible*) prefulgeat, etcetera", et finit "era millesima ducesima quinquagesima". Et laudamus etiam concedimus et confirmamus vobis et dicto monasterio et vestris seu idem ordinis hominibus imperpetuum franquitatem dicto monasterio et hominibus suis a dicto patre nostro concessam in dicta carta et omnia et singula alia in ea carta contenta et dicto monasterio concessa ab ipso patre nostro, pro ut in ipsa plenius et melius continetur.

Item, per nos et nostros successores laudamus, concedimus et confirmamus vobis, iam dicto abbati et dicto monasterio et vestris successoribus imperpetuum, molendina vestra et ortum ac olivetum et censualia et omnes alios honores et possessiones, quos et quas habetis, tenetis et possidetis in Fraga et terminis suis; et honores ac census et domos, quos et quas percipitis et habetis in Barbastro et terminis suis; et domos ac censualia, quas et que habetis et recipitis in civitate Ilerde et terminis suis; et trescentos solidos annuales quos percipitis in faneca nostra Ilerde, ex concessione nostra, cum carta nostra ut in ea continetur; et turrem quam habetis iuxta pontem de [Simosa] et honores ac census omnes quos habetis et recipitis in Soses et in Aytona et in Miquinencia et terminis suis; et castrum etiam vestrum et villam de Coraxano, situm in termino Morelle, cum terminis suis et pertinentiis universis; et honores ac census omnes quos habetis et recipitis in Valentia et terminis suis; et terras, vineas ac census omnes, quas et quos habetis et recipitis in villa Pertusie et terminis suis; et quingentos solidos annuales quos percipitis in camera domus Montissoni, militie Templi; et etiam totum ad quod cum carta nostra recipitis et recipere debetis in pedagio Montissoni, pro ut in ipsa carta nostra plenius continetur. Necnon etiam et quaslibet alias hereditates et possessiones ac bona omnia, quas et que hodie tenetis ac possidetis in quibuslibet villis et locis nostris ac

terre seu iurisdictionis nostre quocumque titulo et modo ea habeatis et possideatis. Predictam inquam cartam a dicto patre nostro vobis seu dicto monasterio concessam, ut superius est expressum, et omnia et singula in ea contenta, et omnia etiam et singula bona vestra superius nominata et que in quibuslibet civitatibus, villis et locis terre et iurisdictionis nostre habetis et possidetis ut dictum est, laudamus, concedimus et confirmamus vobis abbati et monasterio predictis et vestris successoribus imperpetuum, ita videlicet quod predicta omnia et singula habeatis, teneatis, possideatis et expletetis vos et dictum monasterium et vestri successores imperpetuum, secundum quod in supradicto privilegio dicti patris mei et in aliis cartis quas de predictis habetis melius et plenius [continetur] et secundum quod ipsa hodie melius tenere habetis seu possidetis vel hactenus tenuistis seu possedistis ad omnes vestras et vestrorum successorum voluntates inde penitus faciendas, et sicut melius et utilius dici, scribi et intelligi potest ad vestrum et vestrorum successorum ac dicti monasterii commodum et bonum ac sanum et sincerum intellectum. Est tamen sciendum quod excipimus a predicta confirmatione castrum et villam de Naballi, cum salinis et redditibus ac aliis iuribus eiusdem castri, de quibus iam excambium dedimus monasterio antedicto.

Mandamus itaque firmiter baiulis, curiis, iusticiis, alcaydis, merinis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta omnia et singula firma habeant et observent et faciant observari inviolabiliter ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione.

Datum in valle Albayde, in populatione quam dominus rex ibi faciebat, VII° kalendas iunii, anno Domini M° CC° LXX° primo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: S. Eximini, prior Sancte Cristine. Sancius Martini de Oblitis. Dalmacius. de Villa Nova, maiordomus. A. de Villa de Mayn. A. de Moncenis.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scripsit et clausit loco, die et anno prefixis.

1271, junio 18. Valencia.**1784**

Jaime I, rey de Aragón, concede permiso al abad del monasterio cisterciense de La Benisson-Dieu, en Auvernia, para aceptar y adquirir propiedades de cualquier rico-hombre, clérigo y caballero del reino de Valencia para fundar en él un monasterio.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 241r.

Publ.: BURNS, R.I., *El Reino de Valencia en el siglo XIII*, II, doc. XV.

Per nos et nostros, ad honorem Dei omnipotentis atque gloriose Virginis Marie matris eius, concedimus vobis, fratri Bernardo, abbati domus sive cenobii Benediccionis Dei cisterciensis ordinis, quod quilibet ric[h]us homo et clericus ac miles et filius militis in regno Valencie [qui] hereditates et possessiones habent vel habuerint, possint dare et dimittere seu aliter alienare monasterio habitus vestri ordinis cisterciensis quod facere debeatis in regno Valencie. Et vos ac abbas et conventus ipsius monasterii quod in dicto regno feceritis, qui pro tempore fuerint, possitis emere ac aliter adquirere ad opus eiusdem monasterii ab ipsis richis hominibus, clericis, militibus ac filiis militum, de [ca]stris et aliis hereditatibus et possessionibus que et quas habent vel habuerint in dicto regno, nisi tamen fuerint castris, hereditates seu possessiones que pro nobis ad feudum vel ad certum census sive tributum teneantur vel nisi fuerint hominum servicii nostri. Et nos donaciones et vendiciones seu quaslibet alias alienaciones predictas que predicto monasterio seu vobis loco ipsius fient de castris et aliis hereditatibus et possessionibus ric[h]orum hominum, militum et filiorum suorum sitis in dicto regno, nisi pro nobis teneantur ad feudum/ vel nisi fiat nobis certus census sive tributum ac nisi hominum nostri servicii fuerint, ut est dictum, laudamus per nos et nostros de presenti et concedimus et confirmamus dicto monasterio quod in dicto regno fieri debet et abbati et conventui eiusdem in perpetuum; ut ipsa omnia et singula que, prout dictum est, adquirentur dicto monasterio habeat idem monasterium et abbas et conventus eiusdem franque et libere, in perpetuum, ad suas omnimodas voluntates.

Datum Valencie, XIII kalendas iulii anno Domini quo supra [M CC LXX primo].

1271, junio 19. Valencia.**1785**

Jaime I, rey de Aragón, concede licencia a Sancho Martínez de Ablitas para construir un castillo o fortaleza en el puig de Queralt o en término de Bicorp.

ARV. Cancillería Real. Registro 495, f. 194r.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus licenciam et plenum posse vobis, dilecto nostro Sancio Martini de Oblitis et vestris, quod possitis facere et construere castrum sive fortitudine in podio de Queraux vel in Haydn vel alibi in termino de Bicorb, in quocumque loco volueritis. Quodquidem castrum sive fortitudini habeatis vos et vestri franquam et liberum ad dandum, vendendum, impignorandum, alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates cui et quibus volueritis inde franche et libere perpetuo faciendas. Salvo tamen nobis et nostris ac retento quod illud castrum sive fortitudinem vendere vel alienare non possitis alicuy vel aliquibus de regnis vel dominacione regis Castelle, vel de aliquo alio regno vel dominacione, nisi tantum modo de regnis et dominacione nostra.

Mandantes tenentibus locum nostrum, baiulis, iusticiis, iuratis et aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, predictam concessionem nostram firmam habeant et observent, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Datum Valencie, XIII^o kalendas iulii anno Domini millesimo CC^o LXX^o primo.

Signum (*signo*) Jacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Eximius de Urrea. Bernardus Guillelmi de Entença. G. de Podio. Petrus Iordani de Penna. Petrus Vallimayna.

Sig(*signo*)num Bartolomei de Porta qui mandato domini regis hec scripsit et clausit loco, die et anno prefixis.

1271, junio 27.**1786**

Jaime I, rey de Aragón, ordena a los habitantes del Valle de Arán que paguen a Juan de Setcastella cinco mil sueldos en concepto de monedaje.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 76v.

Publ.: REGLÁ, J., *La Corona de Aragón y la frontera pirenaica*, doc. 1.

V kalendas iulii, anno Domini M CC LXX primo, fuit missa carta habitantibus de Aran quod responderent de monetatico Iohanni de Setcastella, et fuit missa carta Iohanni de Setcastella quod possit inde facere compositionem et recipere V mille solidos morabetinorum.

1271, julio 5. Valencia.**1787**

Jaime I, rey de Aragón, recibe de los judíos de Barcelona cinco mil sueldos para gastos de su palacio.

ACA. Cancillería. Registro 14, f. 120r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 911.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.352.

Recognoscimus vobis, aliame iudeorum Barchinone, quod de tributo, quod annis venturis dare teneamini, dedistis et solvistis modo nobis ad preces et instanciam nostri ac nobis mutuastis quinque mille solidos Barchinonenses, ad opus palacii nostri Barchinone et ipsos, de mandato nostro, tradidistis Guillelmo de Rocha, scriptori nostro, et quia de ipsis a vobis

bene peccati sumus, renunciantes excepcioni pecunie non recepte, facimus inde vobis finem et pactum de non petendo; concedentes vobis quod in tributis, que nobis dare tenemini, persolutis assignacionibus per nos iam in ipsis factis vobis et quibusdam aliis, satisfaciatis vobis de dictis quinque mille solidis ac ipsos inde vobis retineatis, non expectato a nobis alio mandamento.

Datum Valencie, III nonas iulii, anno Domini M CC LXX primo.

1271, julio 8. Valencia.**1788**

Jaime I, rey de Aragón, permite a Arnau Escrivá, Bartolomé Roig y B. Bages construir casas de madera, tierra o piedra en el Grao de Valencia.

ARV. *Privilegios y Franquicias*. vol. 643, f. 300v.

Publ.: *Aureum Opus*, Priv. Jaime I núm. 89.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 974.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus [et] concedimus vobis Arnaldo Scribe, Bartholomeo Roig et B. Bages et aliis omnibus et singulis volentibus facere domos in Gradu Sancte Marie de la mar de Valencia, quod possitis facere ipsas domos de fusta, terra vel petra, secundum quod magis vobis placuerit, libere et absque impedimento. Mandantes baiulis, iusticiis, iuratis et aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod dictam concessionem nostram observent, ut superius continetur, et nullum vobis impedimentum faciant super hoc.

Datum Valencie, VIII idus iulii, anno Domini M CC LXX I.

1271, julio 13. Valencia.**1789**

Jaime I, rey de Aragón, concede a Jahudá de la Caballería, su baile en Zaragoza, una torre y parte de la muralla de la ciudad, junto a sus casas, hacia la puerta de Valencia.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 247v.

Publ.: CANELLAS, A., *Colección diplomática del Concejo de Zaragoza*, núm. 138.

[Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani], per nos et nostros damus et concedimus vobis, Iahudano de Caballeria, baiulo nostro Cesarauguste, et vestris in perpetuum, illam primam turrim que est versus portam Valentie, circa domos quas vobis dedimus, et operari facitis super portalem et voltas de axtresa (*sic*); et damus etiam vobis et vestris murum quem vadit de domibus vestris ad dictam turrem. Et sic habeatis vos et vestri ad usus vestris dictam turrem et murum simul cum dictis domibus ad vestras omnimodas voluntates; et possitis ipsum murum claudere et etiam cohoperire. Vos vero et vestris teneamini [parietem] construere in pedibus et condi rectam. Mandantes [firmiter iusticiis, zavalmedinis, iuratis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predictam donationem nostram firmam habeant et faciant observari, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione.]

Datum Valentie, III^a idus iulii, anno [Domini M^o CC^o LXX^o primo].

[Sig(*signo*)num Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani].

1271, julio 20. Valencia.**1790**

Jaime I, rey de Aragón, nombra a Jaime de Fonte notario público de Valencia aunque no haya alcanzado la edad requerida para dicho ejercicio.

ACA. Cancillería. Registro 16, 249r.

Quod cum nos Iacobus etc. fecerimus te, Iacobum de Fonte, examinari a Iohanne Blanch utrum sufficiens sis ad officium notarie et ipse nobis dixerit te satis sufficientem et idoneum ad officium ipsum esse, idcirco per nos et nostros facimus, constituimus et creamus te, Iacobum de Fonte, publicum notarium Valencia. Ita videlicet quod tu sis publicus notarius eiusdem loci et potis conscribere et facere, ac facias et conscribas instrumenta quorumlibet contractu et acta et testamenta et quamlibet aliam publicam scripturam sicut alii publici notarii Valentie in curia scilicet eiusdem civitatis et extra ipsam curiam, dum bene et fideliter in ipso officio te habetis. Que instrumenta, acta et testamenta et quelibet alie publice scripture que per te fierit plenam tanquam per manum publicam confecta habeant firmitatem, quamvis nondum etatis sis XXⁱⁱ et quinque annorum et in foro Valentie continetur, “quod nemo non sit etatis XXⁱⁱ et quinque annorum possit esse publicus notarius Valentie”, cum nos in hoc tibi facimus gratiam specialem.

Mandantes firmiter baiulo et iustitie curie nostre Valentie et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod, recepto a te iuramento quod ab aliis notarii recepi consuevit, habeant et teneant te pro scriptore et notario publico Valentie sicut alios publicos eiusdem loci. Et quod predicta firma habeant et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari; et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione.

Datum Valentie, XIII kalendas augusti anno Domini millesimo CC^o LXX^o primo.

1271, julio 22. Valencia.**1791**

Jaime I, rey de Aragón, concede a su caballero Miguel Pérez un solar junto al mercado de Valencia para uso de casa a cambio del pago de una mazmudina juczifa de oro de censo anual.

ACA. Cancillería. Registro 21, 2r.

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et stabilimus tibi, Michaeli Petri cavallerizo nostro, et tuis imperpetuum, per hereditatem propriam, quoddam patuum ad opus domorum quod est iuxta mercatallo Valencie; et affrontat, ex una parte, in eodem mercatallo et, ex alia, in carraria qua itur versus adobariam Guillermi Fuster et, ex alia, in domibus Bernardi Oliverii et Petri Pescador et, ex alia, in patuo domorum Guillelmi d'Espigol. Quod patuum ad opus domorum, predictis affrontationibus interclusum, de celo in abissum, cum introitibus et exitibus ac melioramentis et suis pertinentiis universis habeatis tu et tui tali pacto quod donetis inde nobis et nostris, annuatim, in festo Natalis Domini unam mazmutinam iucifiam in auro. Et sic habeatis patuum illud terre et domos quas ibi [fuerint] tu et tui ad dandum, vendendum, impignorandum, alienandum et ad omnes tuas tuorum voluntates inde cui [et quibus volueritis] tu et tui penitus perpetuo faciendas, exceptis militibus et clericis et personis religiosis, salvo tamen semper nobis et nostris dicto censu, dominio, laudimio et fatica.

Datum Valencie, XI kalendas augusti anno Domini M° CC° LXX° primo.

Signum (*signo*) Jacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricrum et valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

(*1ª col.*) Testes sunt: Guillelmus de Podio. (*2ª col.*) Carrocus, dominus Rebolleti. Bernardus de Malleo. (*3ª col.*) Jaufredus de Crudiliis. S. Martini de Oblitis.

Sig(*signo*)num Bartolomei de Porta qui mandato domini regis hec scribi, fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1271, julio 22. Montblanc.

1792

Jaime I, rey de Aragón, manda que en el pleito sobre los diezmos de Valencia se guarde su decisión.

ARV. Priv. y Ord., vol. 611, f. 52r.

Publ.: *Aureum Opus*, Priv. Jaime I núm. 90.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 975.

Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis militibus, probis hominibus et toti universitati hominum civitatis et regni Valencie. Salutem et gratiam. Noveritis nos vidisse Marchum de Tovia, Guillelmum de Sarriano, Raimundum Castellani, Guillelmum Çaplana, magistrum Guidonem iusticiam Valencia et Arnaldum Scriba, nuncios vestros, quos ad nos trasmisistis super facto mandati, quod nos fecimus, ne aliquis ausus esset levare bladum de areis sine nostro baiulo et episcopi Valencie racione decime et eciam super contencione, quam habebatis cum dicto episcopo, racione primicie et quorundam aliorum et quia nuncius quem episcopus predictus ad nos misit non erat instructus, ut, ea que cum ipso faceremus, dictus episcopus haberet pro rato, non potuimus in dictis negociis aliquid procedere, sed quia ipse episcopus misit nobis dicere per suas literas quod erat paccatus de omni gracia, quam faceremus vobis super predictis, volumus quod omnia supradicta in statum pristinum reducantur, donec nos in eisdem videamus. Quare vobis dicimus et mandamus quatenus de cetero donetis decimam et primiciam, prout hactenus eam dare consuevistis, et si quod statutum in preiudicium ecclesie Valencie fecistis illud statim revocetis.

Datum in Montealbo, XI kalendas augusti, anno Domini M CC XXI.

1271, julio 23. Valencia.

1793

Jaime I, rey de Aragón, concede a Miguel de Gerp, en satisfacción de 150 solidos que le debía García de Toledo, un molino en término de

Játiva a cambio de un censo de dos cahíces de trigo a él y otros dos a Pedro de Bosco que poseía la mitad.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 2v.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros, in satisfactionem et emendam centum quinquaginta solidos quos Garcias de Toledo, bab[tizato qui ...] fuit iudeus et vocabatur Mahirius, debebat tibi Michaeli de Gerp, damus et concedimus tibi, Michaeli predicto, (roto) quoddam casale molendinorum quod est in termino Xative, in alqueria de Benanuabille, in partita hominum Calataiub, in quo P. de Bosco recipit medietatem. Quodquidem casale, salvo iure P. de Bosco, idem Mahirius emerat ab Abdulaziz Albocaireni, sarraceno et socio suo, precio CXL solidos. Ita scilicet quod faciatis tu et tui nobis et nostris inde dua kaficia frumenti annualia et Petro de Bosco alia duo kaficia pro censu. Et sic habeatis dictum casalem tu et tui imperpetuum, teneatis, possideatis et expletetis ad dandum, vendendum, impignorandum, alienandum et [ad] omnes tuas tuorumque voluntates cui et quibus volueritis inde libere faciendas, exceptis militibus, clericis et personis religiosis, salvo tamen inde semper nobis et nostris in ipso casali molendinorum dicto censu, dominio, laudimio et fatica.

Datum Valencie, X^o kalendas augusti anno Domini M^o CC^o LXX^o primo.

1271, julio 23. Valencia.

1794

Jaime I, rey de Aragón, confirma a Arnaldono de Romani la recepción de setecientos sueldos que se le debían, con el pago de los réditos de unas heredades en Campanar.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 7v.

Per nos et nostros laudamus, et concedimus et confirmamus tibi Arnaldono de Romanino, filio Arnaldi de Romanino, obligacionem quam A. de Montconis nobis fecit de redditibus et exitibus hereditatis quam nos sibi dedimus in Campanario pro septingentis solidos, quos tibi debet pro quadam equo quem a te emit; promittentes quod faciemus te habere et percipere ipsos redditus et exitus tamdiu donec in eisdem [quos] de dictis DCC solidos persolutus et non contraveniemus nec aliquem contravenire faciemus aut permittemus ratione alicuius servicii quod dic[tus] A. inde nobis facere teneatur nec aliqua alia ratione.

Datum Valencie, X kalendas augusti anno predicto [M^o CC^o LXX^o primo].

1271, julio 26. Valencia.

1795

Jaime I, rey de Aragón, concede a Portolés, servidor de su casa, un solar para levantar una casa sobre pilares, de manera que el agua de una acequia pueda seguir fluyendo bajo aquella.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 3v.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum etc., per nos et nostros damus et concedimus tibi, Portolesio de domo nostra et tuis imperpetuum, per hereditatem propriam, quoddam patium terre ad opus domorum sicut afrontat in via per quam itur de domo Templi ad domos fratrum predicatorum et in cequia que fluit iuxta murum ad domos predictorum fratrum predicatorum et in platea vocata hominibus Perpiniani. Concedimus etiam tibi quod in extremo dicte cequie, versus ramblam, possis facere pilares super quibus possis firmare et facere, super predictam cequiam, porticum sive domum dummodo cursum aque dicte non impediatis et homines ac bigue possint transire subtus hedifficium quod ibi feceris libere et sine aliquo impedimento. Quod patium sive casallum ad opus domorum et hedifficium quod facies super dictam cequiam, ut

dictum est, cum introitibus, exitibus et melioramentis et aliis suis pertinenciis universis de celo in abisum [damus] tu et tui ad dandum, vendendum, inpignorandum, alienandum et ad omnes tuas et tuorum voluntates [cui et] quibus volueritis \tu/ et tui penitus faciendas, exceptis militibus, clericis et personis religiosis.

Datum Valencie, VII kalendas augusti anno Domini M° CC° LXX° primo.

1271, julio 28. Valencia.**1796**

Jaime I, rey de Aragón, concede a María Rodriguez, servidora de su casa, unas casas en Alzira y Campanar.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 3v.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi, Marie Rodriguiz de domo nostra et tuis, imperpetuum, domos quas ex concessione nostra construxisti in patuo quod tibi dedimus in Algezira. Que affrontat, ex una parte, in carraria qua itur de Algezira apud Carlet; et ex alia, cum patuo Petri Spigol; et ex alia cum orto qui fuit Luppi Ortiç; et ex alia, in via sive senderio quo itur apud cequiam de qua rigantur orti Algezire. Damus etiam tibi, Marie Rodriguiz et tuis imperpetuum, domos in Campanario, que affrontant, ex una parte, cum domibus Ade, porterii karissime et dilecte nostre dompne Berengarie Alfonssi; et ex alia parte, in via publica; et ex alia in cequia; et ex alia in platea Campanarii. Predictas itaque domos, tam Algezire quam Campanarii, prout dictas affrontationibus includuntur, tu et tuis damus imperpetuum ad habendum, tenendum, possidendum, expletandum, ad dandum, et cetera, et ad omnes tuas et tuorumque voluntates cui et quibus volueris inde libere perpetuo faciendas, exceptis militibus et cetera. Predictas autem domos tibi, Marie, et tuis damus, ut dictum est, sub forma et conditionibus quibus tibi dedimus atque tuis hereditates quas iam ex donacione nostra habes in cequia Algezire et Campanario.

Datum Valencie, V° kalendas augusti, anno Domini MCC LXX primo.

1271, julio 28. Valencia.**1797**

Jaime I, rey de Aragón, establece una ordenanza sobre tumultos en Valencia, debiendo reunirse las fuerzas a repique de campanas; y lo mismo deben hacer en caso de incendio.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 6r.

Publ.: *El Archivo*, IV, pg. 295.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.353.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum etc., volentes inter nos et nostros subditos pacem et concordiam seminare, volumus et mandamus quod, si rixa magna moveretur in civitate Valencie taliter quod partes armare voluerint, tunc iusticia et baiulus Valencie insimul, vel alter eorum si ambo presentes non essent, possint facere et faciant repicari campanam ita ac si ignis incendio esset in civitate Valencie. Mandantes quod omnes et singuli cives Valencie, statim cum repicacionem campane audiverint, veniant cum armis ad plateam Sancte Marie Maioris, ad ecclesiam eiusdem, et sequantur baiulum et iusticiam vel ipsorum alterutrum, si ambo presentes non essent, contra partem illam que se armaverit vel armare voluerit; ac ipsos nostros oficiales iuvent ad capiendum omnes illos eiusdem partis, et emparandum omnia eorum bona, ut ipsi oficiales nostri ipsos captos teneant et bona teneant emparata, donec nos reddiderimus inde cerciores et nostrum mandatum habuerint super eo; statuentes quod, quicumque ad repicacionem predictam non venerit, solvat pro pena X morabetinos. Verum, si talis persona fuerit quod ipsos non possit habere, solvat pro pena V morabetinos; quam penam per nostrum baiulum mandamus recipi et haberi. Concedimus insuper omnibus et singulis civibus Valencie ac etiam indulgemus eisdem quod nullam petitionem eis facere possimus racione armorum que portabunt cum ad repicacionem campane venerint antedecte, dummodo secundum formam veniant mandati nostri. Concedimus,

eciam, eisdem et indulgemus quod si officiales nostros predictos sequuti fuerint, ut est dictum, et illi de parte illa que se armaverit vel armare voluerit defenderent se, et ipsi iuvantes officiales nostros illos vulneraverint vel malum eis fecerint, non teneantur inde nobis vel nostris in aliquo respondere.

Datum Valencie, quinto kalendas augusti, anno Domini M CC LXX primo.

1271, julio 29. Valencia.

1798

Jaime I, rey de Aragón, comunica a los notarios de Valencia que permite al obispo comprar casas en Cocentaina.

ACV. Perg. 1.231.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 976.

Universis notariis regni Valencie ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Noveritis nos concessisse venerabili episcopo Valencie quod possit emere quasdam domos Boneti de Rafals, quas habet in Concentaina. Quare mandamus vobis quod, non obstante aliqua prohibicione per nos facta de vendicione dictarum domorum, ei instrumenta publica faciatis et hec aliquatenus non mutetis.

Datum Valencie, IIII kalendas augusti, anno Domini M° CC° LXX° primo.

1271, julio 29. Valencia.

1799

Jaime I, rey de Aragón, concede a la priora del monasterio de Santa María Magdalena de la ciudad de Valencia un terreno del mercado, contiguo a sus casas e iglesia, para prolongar el pórtico que hay ante la puerta de esta última.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 4r.

Monasterii Sancte Marie Ma\c\dalene Valentie

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie et cetera, per nos et nostros damus et concedimus vobis Alondi de Romanino, prioresse monasterii dominarum Sancte Marie Macdalene Valencie et omnibus dominabus ipsius monasterii, presentibus et futuris, imperpetuum, unum spacium terre de mercato nostro civitatis Valencie contiguum domibus vestris et ecclesie vestre quantum protenditur porticum vester qui est ante ianuam ecclesie vestre scilicet usque ad locum ubi sunt pillani (*sic*) dicti portifici.

Mandantes baiulis, iusticiis, iuratis et aliis oficialibus et supditis nostris presentibus et futuris quod dictam donacionem nostram firmam abeant et observent ut superius continetur et non contraveniente ullo modo.

Datum Valencie, quarto kalendas augusti anno Domini M° CC° LXX° primo.

1271, julio 29. Valencia.

1800

Jaime I, rey de Aragón, reconoce deber a Pedro Ruiz de Corella 1453 sueldos y le empeña los castillos de Alcalá y de Gallinera.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 5v.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum et cetera, reconoscimus et confitemur debere vobis Petro Roderici de Corella et vestris XV^m mille quadringentos quinquaginta et III solidos regalium Valencie quod quos (*ilegible*) nobis mutuastis ad qui eanda castra de Alcalano de Gallinera que Petro Ferandi, filius noster, pro ipsos a nobis obligata tenebat et ipsos denarios de mandato nostro dedistis et solvistis eiusdem Petro Ferandi; pro quibus quidem XV mille quadringentos quinquaginta III solidos regalium obligamus et incipnoramus vobis vestris castra predicta de Alcalano et de Galinera cum omnibus redditibus, exitibus, proventibus

et iuribus earundem, ita videlicet quod Petrus de Roda, loquo mei, teneat castra predicta et omnes redditus, exitus et proventus eiusdem, percipiat et colligat libere et in pace tamdiu et tanto tempore donec in ipsis redditibus, exitibus, proventibus et aliis iuribus ipsorum castrorum sitis vos, dictus Petro Roderici et vestri, plenarie persoluti de omnibus denariis antedictis. Promittentes vobis et vestris quod dicta castra vel aliquod ex ipsos vobis vel dicto P. de Roda non auferemus, nec redditus, exitus et proventus eiusdem emparabimus nos accipiemus nec auferi, imperari vel accepi ab aliquo vel aliquibus faciemus au[t] permittemus. Immo faciemus dictum Petrum de Roda, loco vestri, ipsa castra tenere et redditus et exitus et iura eorundem percipere et colligere libere et in pace, donec in eisdem, ut dictum est, sit vobis et vestris de omnibus dictis denariis satisfactum. Volentes et concedentes quod dictus P. de Roda non teneatur ipsa castra vel aliquid ex ipsis nobis reddere, nec de redditibus, exitibus et iuribus eorundem aliquid nobis dare, nec alicui pro nobis vel mandato nostro donet in eisdem de dictis denariis fueritis vos persolutos, nec nos vel nostri posimus inde dicere malum sibi ratione alicuius fori Ispanie vel aliquem alia ratione. Concedimus in super vobis, et dicto P. de Roda loco vestri, quod teneatis in custodia castrum de Alcalano IIII^{or} homines et II canes qui faciunt unum omnem; et in custodia castrum de Gallinera octo homines et IIII^{or} canes que faciunt II homines; pro quorum quolibet ipsorum hominum promittimus vobis dare et (*ilegible*) solidos in anno.

Datum Valencie, IIII^o kalendas augusti anno Domini M^o CC^o LXX^o primo.

1271, julio 30. Valencia.

1801

Jaime I, rey de Aragón, concede a su portero Pedro de Francia un solar para edificar, sito en el arrabal de Alzira

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 4r.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum et cetera, per nos et nostros damus et concedimus tibi, Petro de Franciatho, portario nostro, et tuis imperpetuum, quodam patuum terre ad opus domorum in ravallo nostro Algeçire, sicut afrontat in cararia publica et in carraria nova asinata per partitores; et de aliis duabus partibus in patuis que ibi sunt dada. Quod patuum ad opus domorum predictis afrontacionibus interclusum, de celo in abisum, cum introitibus et exitibus et melioramentis et suis pertinentiis universis, abeat tu et tui ad dandum, vendendum, incipnorandum, alienandum ad omnes tuas et tuorum voluntates inde cui et quibus volueritis tu et tui penitus faciendas, exceptis militibus, clericis et santis et personis religiosis, sub eisdem scilicet condicionibus et modis quibus abet ereditatem quam tibi dedimus suptus cequiam (*ilegible*) Algeçire cum alia carta nostra ut in ea plenius continetur.

Datum Valencie, III^o kalendas augusti, anno Domini M^o CC^o LXX^o primo.

1271, julio 30. Valencia.

1802

Jaime I, rey de Aragón, hace concesiones a la aljama de los judíos de Mallorca sobre testimonios en las acusaciones contra judíos.

CODICE MALLORQUIN DEL MARQUES DE CAMPOFRANCO, f. 7r.-

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 4v.

Publ.: LLABRÉS, BRAH., XXXVI, pg. 25.-

BOFARULL, "Jaime I y los judíos", I CHCA, II, pg. 911.-

HUICI, A., Colección diplomática, núm. 1.354.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone el Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus vobis, aliame iudeorum civitatis Maioricarum, presentibus et futuris, quod in aliquibus demandis vel causis que sint inter vos vel aliquem vestrum et aliquem vel aliquos christianos, non possit probari aliquid contra vos per christianum et iudeum. Mandantes

firmiter vicario et baiulo Maioricarum et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predictam donacionem et concessionem nostram firmam habeant et observent et faciant observari, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Datum Valencie, III kalendas augusti, anno Domini millesimo CC septuagesimo primo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Guillelmus de Podio. Bernardus de Malleo. Carrocius, dominus Rebolleti. Arnaldus de Moncenisio. Jaufridus de Crudillis.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui de mandato domini regis hec scribi fecit et clausit, loco, die et anno prefixis.

1271, agosto 1. Valencia.

1803

Jaime I, rey de Aragón, concede a Guillermo Porciano tres jovadas de tierra.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 6v.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum et cetera, per nos et nostros damus et concedimus per hereditatem propriam, franquam et liberam tibi, Guillelmo Porciano et tuis imperpetuum, tres iovatas terre in loco de Riutor sicut afrontat, ex una parte, cum cequia de Rusafa; et ex alia, cum cequia Castilionis de Albufera; et ex alia, parte in ereditatibus que fuerunt omni Montispesulani. Predictas ita III iovatas terre cum introitibus et exitibus et eorum universis pertinenciis tibi damus et tuis, ut dictum est, ad abendum, tenendum, expletandum, dandum, vendendum, impignorandum, alienandum et ad omnes tuas et tuorumque voluntates cui et quibus volueritis faciendas, exceptis militibus, sanctis, clericis et personis religiosis

Datum Valencie, kalendas augusti anno Domini M° CC° LXX° primo.

1271, agosto 1. Valencia.

1804

Jaime I, rey de Aragón, establece a Raimundo de Tolo un trozo de valladar para construir casa, junto a la puerta de Roterros, por un censo anual de una mazmudina jucifía.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 6v.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum et cetera, per nos et nostros stabilimus ad censum tibi, Raymundo de Tolo, quoddam trocium valli ad opus domorum, iuxta portam de Roterros; sicut afrontat, ex una parte, cum muro barbachana; et ex alia parte, in via publica; et ex alia parte, cum patuo Raymundi Falconer; et ex alia parte, cum porta de Roterros. Predictum ita trocium valli, dictis afrontationibus inclusum, tibi et tuis damus imperpetuum ad construendum domos tali pacto quod tu et tui detis inde nobis et nostris semper annuatim in festo sancti Iohannis bapteste, pro sensu, unam masmudinam iucifina in anno; et sic abeat tu et tui dictum trocium valli, cum domibus quas ibi costruetis, cum introitibus et exitibus, afrontationibus predictis et suis afrontationibus universis, a celo in abisum, ad dandum, vendendum, impicnorandum, alienandum et ad omnes tuas tuorumque voluntates cui et quibus volueritis inde libere faciendas, exceptis militibus, sanctis, clericis et personis religiosis, salvo tamen semper nobis et nostris dicto sensu, dominio, laudimio et fatica.

Datum Valencie, kalendas augusti anno Domini M° CC° LXX° primo.

1271, agosto 5. Torrijas.

1805

Jaime I, rey de Aragón, autoriza al monasterio de la Zaidia a que compre una jovada de tierra de viña en término de Valencia.

AZV. *Caja IV*, perg. 38. ACA. *Cancillería. Registro 21*, f. 7v.⁶
 Publ.: CABANES CATALÁ, M^aL., *El monasterio de Gratia Dei*. Tesis doctoral inédita.
 HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 977.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, damus et concedimus vobis, abbatisse et conventui monasterii de Gracia, civitatis Valencie, licenciam et potestatem emendi in termino dicte civitatis unam iuvatam terre, que a nobis ad censum non teneatur, ad opus vinearum, simul vel separatim, a quibuslibet hominibus servicii nostri. Quam iovatam terre ad opus vinearum habeatis vos et conventus dicti monasterii ad ipsum monasterium imperpetuum ad vestras et dicti conventus voluntates perpetuo faciendas. Mandantes firmiter baiulo nostro Valencie ut in predictis nobis nullum impedimentum vel contrarium faciant. Mandantes etiam scriptoribus Valencie universis quod de empcione vel empcionibus, quam vel quas de dicta iuvata terre faciatis, ut dictum est, faciant vobis cartas licite et secure, non obstante foro Valencie in contrarium faciente. Nos autem empcione seu empciones, qua vel quas de dicta iuvata terre fueritis, ut dictum est, et cartam seu cartas que inde fient confirmamus, per nos et nostros concedimus et laudamus.

Datum in Torriliis, nonas augusti anno Domini M^o CC^o septuagesimo primo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Bernardus Guillelmi de Entenza. Guillelmus de Podio. Iaufridus de Crudiliis. Olivarius de Terminis. A. de Moncenisia.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui de mandato domini regis hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

⁶ Esta fuente recoge el mismo texto pero sin data.

1271 agosto 8. Cella.

1806

Jaime I, rey de Aragón, cambia a Pedro Ruiz de Corella la torre y alquerías de Olocayba y Perer, por veinte jovadas entre secano y huerta en Bençada y Lombo, término de Albaida, que éste tenía, y sigan reteniendo guerra y paz en la fortaleza de Olocayba.

ACA. *Cancillería. Registro 21*, ff. 7r y 70r.
 Publ.: *El Archivo*, IV, pg. 309. Incompleto.

Nos Iacobus, [Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani], per nos [et nostros damus et concedimus vobis] in concambium viginti iovatarum terre, XII scilicet in regadivo et VIII in seccano, quas a vobis Petro Roderici de Corella habuimus et tradidistis mandato nostro A. de Molendinis et procuratori suo loco eius, in Bençola et in Lumbo, termini de Albayda, et IIII mille etiam solidorum quos a vobis habuimus ipsosque de mandato nostro solvistis Petro Ferrandi, filio nostro, damus et concedimus vobis, dicto Petro Roderici de Corella, et vestris in perpetuum, per hereditatem propriam, francham et liberam, turrem et alcherias de Olocayba et de Perer, que sunt in regno Valencie ultra Xucarum, cum hominibus scilicet omnibus et feminis ibidem habitantibus et habitaturis cuiuscumque condicionis sunt vel erunt et cum omnibus terminis et pertinenciis earundem, et columbariis, furnis et cum omnibus redditibus, exitibus, proventibus et aliis iuribus nostris universis que ibidem habemus et habere debemus et que ad ipsas alcherias spectant et spectare debent quocumque modo vel racione. Ita videlicet quod vos et successores vestri in perpetuum habeatis, teneatis et possideatis alcherias predictas cum fortitudinem earum sive turri et cum omnibus supra dictis franche, libere ad habendum, tenendum, possidendum et expletandum, dandum, vendendum, impignorandum, alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates, cui et quibus volueritis, inde franche et libere perpetuo faciendas. Inducentes per corporalem possessionem et (*sic*) dictarum alcheriarum et termini ac pertinenciarum suarum ipsasque de nostro nostrorumque iure, dominio et posse trahimus et in vestrum vestrorumque

ius, dominium et posse transferimus irrevocabiliter inter vivos. Dantes etiam et cedentes vobis quicquid predicta que vobis cambiamus plus modo valent vel valuerint [in] posterum cambio predicto quod a vobis inde recepimus de mera liberalitate nostra ad faciendum inde vestras proprias voluntates. Renunciantes quantum ad hoc beneficio minoris precii et deceptio[n]i ultra dimidiam et omni alii iuri, foro et consuetudini quibus contra dictum cambium in aliquo venire possemus, pro ut melius dici potest. Promittentes quod faciemus vos et vestros habere et tenere pacifice et quiete dictas duas alcherias cum omnibus et singulis supra dictis contra omnes personas et tenebimur inde vobis et vestris de firma et legale eviccione. Retinemus etiam nobis et nostris in fortitudine de Olocayba guerram et pacem.

Ad hoc ego, Petrus Roderici de Corella predictus, recipiens a vobis domino Iacobo, Dei gracia rege Aragonum supra dicto, supra dictum cambium, dono per me et meos, diffinio et absolvo vobis et vestris in perpetuum per hereditatem francham et liberam, in excambium dictarum alcheriarum, dictas XX^{ti} iovatas terre ultra dicta IIII milia solidorum que iam vobis dedi et dicto Petro Ferrandi, filio vestro, mandato vestro, ad omnes vestras vestrorumque voluntates, cui et quibus volueritis, inde libere faciendas. Et tenebimur ego et mei vobis et vestris de firma et legali eviccione ac volumus et concedimus quod habeatis vos et vestri semper in fortitudine de Olocayba guerram et pacem prout superius ea vobis et vestris ibidem retinuistis.

Datum in Celha, VI^o idus augusti M CC LXX primo.

1271, agosto 13. Zaragoza.

1807

Jaime I, rey de Aragón, concede y confirma a la aljama de los judíos de Ejea el postigo abierto en la nueva población del castillo de Ejea.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 6v.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, et cetera, concedimus et confirmamus vobis, aliame iudeorum Exee, postigum illud quod ex concessione nostra fecistis in populatione nova castris nostri Exee quod vos tenetis. Quod quidem postigum aperitur ante arbam Exee et ante areas Sancte Marie, ita scilicet quod semper habeatis et possideatis et sit ibidem illud postigum et per ipsum possitis intrare et exire libere et absque alicuius impedimento.

Mandantes iusticie, iuratis et concilio Exee, presentibus et futuris, quod nullum vobis impedimentum faciant super hec. Immo predicta omnia et singula observent et faciant observari.

Datum Cesarauguste, idus augusti anno Domini M^o CC^o LXX^o primo.

1271, agosto 18. Zaragoza.

1808

Jaime I, rey de Aragón, asegura a los secretarios de la villa de Borja ante cualquier acción de fuerza ejercida contra ellos y sus bienes de cualquier señor o alcaide de la villa.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 8v.

Per nos et nostros concedimus et indulgemus, de speciali gracia, vobis, universis et singulis secretariis Borgie presentibus et futuris, quod aliquis senior vel alcaydus de Borgia, presentes et futuri, nec aliqua alia persona non accipiat nec possit accipere per vim a vobis vel vestris successoribus gallinas, capritos, roppam vel aliquas alias res vestras vel domorum vestrarum nec vobis etiam forciam facere super predictis vel aliquo predictorum, nec vos etiam eisdem senioribus vel alcaydis dicti castris et ville de Borgia, presentibus et futuris, gallinas, capritos, roppam vel aliquas alias res dare seu tradere teneamini nisi hoc facere vel habere de vestra propria voluntate. Concedimus etiam vobis et vestris successoribus quod persone vestre non capiantur nec impendantur, nec capi vel impediri possint a seniore vel alcaydo Borgie, nec vobis etiam bona aliquibus emparentur, vobis dantibus

fidancias idoneas de directo nisi pro morte hominis vel crimine sanguinis tantum.

Mandantes et cetera.

Datum Cesarauguste, XV° kalendas septembris anno Domini M° CC° LXX° primo.

1271, agosto 20. Zaragoza.

1809

Jaime I, rey de Aragón, confirma a la villa de Ainsa todos los privilegios.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 8v.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, et cetera, visis et diligenter intellectis instrumentis sive privilegiis que vos homines de Aynsa a predecessoribus nostris et specialiter [dompni] P., illustri rege Aragonum pater nostro et etiam a nobis habetis, tam super facto populationis ville de Aynsa et fororum vestrorum quod etiam super facto franchitatum pedagii et leçde et aliarum rerum que in predictis privilegiis sunt contenta. Idcirco, per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus vobis, prefatis hominibus de Aynsa, tam presentibus quam futuris imperpetuum, omnia privilegia antedicta et omnia que in ipsis sunt notata.

Mandantes et cetera.

Datum Cesarauguste, XIII° kalendas septembris anno Domini M° CC° LXX° primo.

1274, agosto 22. Zaragoza.

1810

Jaime I, rey de Aragón, reconocer deber a Pedro Lenzano de las Carboneras mil trescientos treinta sueldos jaqueses, los cuales asigna, para su cobro, sobre la pecha del merinado de Huesca.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 11r.

Nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, et cetera, recognoscimus et confitemur vobis, Petro Lençano de les Carboneres, quod venisti nobiscum ad rectum et legalem comptum super omnibus debitis que vobis debuimus usque in hanc diem, cum cartis vel sine cartis, qualibet ratione et super missione quam fecistis in hominibus illis quos, de mandato nostro, tenuistis in penam de Perasels; et super recepcionibus quas fecistis pro nobis, de mandato nostro, in solucionem ipsorum debitorum de redditibus et monetatico de Perasels et de monetatico de Poliynena. Et est certum quod deductis de ipsis debitis omnibus dictis recepcionibus remanet quod debemus vobis mille et trescentos triginta solidos iaccenses et recuperavimus a vobis omnes cartas debitorum predictorum quas a nobis habebatis. Quos quidem mille trescentos triginta solidos iaccenses assignamus vobis habendo et percipiendos in primis peytis quas iactabimus in merinatu Osce.

Datum Cesarauguste, XI kalendas septembris anno Domini M° CC° septuagesimo primo.

1274, agosto 22. Zaragoza.

1811

Jaime I, rey de Aragón, absuelve a Jucef Ferrero, judío, de cierta inquisición hecha sobre él respecto de una cantidad de morabetinos o áureos.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 11r.

Nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum et cetera, mandavisse modo fieri inquisitionem contra te, Jucefum Ferrero iudeum, super quantitate morbetinorum sive aureis, quam dicebatur te extraxisse de quadam aga vite remolus de Montesono. Idcirco [ip]sa carta absolucionis quam tibi peti fecimus de predictis per nos et nostros confirmantes, dictam cartam absolucionis absolvimus et quitamus te et tuos de inquisitione predicta, facientes inde tibi et tuis bonum finem et firmum pactum de non petendo.

Ita videlicet quod ratione predicta non possimus nos vel nostri facere vel movere tibi et tuis de cetero petitionem aliquam seu demandam nec contra te vel tuos super predictis inquisitionem facere ullo modo. Set sitis inde tu et tuis cum omnibus bonis nostris habitis et habendis liberi et immunes ac penitus perpetuo absoluti sicut melius et utilius dici et scribi potest, et cetera.

Mandantes et cetera.

Datum Cesarauguste, XI kalendas septembris anno quo supra [M^o CC^o septuagesimo primo].

1274, agosto 23. Zaragoza.

1812

Jaime I, rey de Aragón, concede a G. Çaverneda, habitante de Valencia, la custodia de la puerta de la Boatella, en dicha ciudad, con el mismo salario que tuvieron sus antecesores.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 8v.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi, G. Çaverneda, habitatorum Valencie diebus omnibus vite tue, custodia porte civitatis Valencie vocate de la Buatella, ita scilicet quod tu teneas custodiam porte predicte toto tempore vite tue salva tamen donacione si quam fecistis inde alicui dum modo bene et fideliter in dicto officio te habebis. Concedentes tibi quod habeas et percipias inde, pro tuo officio et labore, tantum quantum qui actenus dictum officium tenerunt, consueverunt inde percipere et habere.

Mandantes et cetera.

Datum Cesarauguste, X^o kalendas septembris anno Domini M^o CC^o septuagesimo primo.

1271, agosto 28. Pina.

1813

Jaime I, rey de Aragón, hace francos a los pobladores de la nueva población de Montaberner durante diez años.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 11v.

Publ.: *El Archivo*, IV, pg. 309.

GUINOT, E., *Cartes de poblament*, núm. 152.

Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, et cetera, per nos et nostros infranquimus et franchos ac liberos facimus penitus et immunes, hinc ad decem annos primos venturos et continue completos, universos et singulos populatores populationis de Montaberner, quam facimus in regno Valentie, cum omnibus scilicet rebus eorum mobilibus et immobilibus habitis et habendis, ab omni scilicet peyta sive questia et cena et exercitu ac cavalcata et redemptionibus eorundem et ab omni alia exactione sive demanda regali. Ita videlicet quod per predictos decem annos non teneantur nobis vel nostris dicti populatores dare vel solvere aliquid in predictis, set sint franchi et liberi ac immunes de omnibus et singulis supradictis per predictos decem annos, sicut melius et plenius dici et intelligi potest ad vestrum bonum et sincerum intellectum et vestrorum.

Datum in Pina, V^o kalendas septembris anno Domini M^o CC^o LXX^o. primo.

1271, agosto 31. Zaragoza.

1814

Jaime I, rey de Aragón, concede a Mahomet, hijo de Ismail de Borja, los oficios de alfaquí y alamin y la escribanía de los sarracenos de Borja vitaliciamente; asimismo le confirma la concesión que la morería de dicho lugar hizo a su padre del oficio de zabazala de la villa para que él pueda ejercerlo.

ACA. Cancillería. Registro 21, ff. 10v-11r.

Publ.: BURNS, R. I., *El jueus a la cultura notarial. Testaments jueus llatinitzats a la Corona d'Aragó, 1250-1350*, Valencia 2003, núm. 9.

Nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus tibi Mahometo, filio alfaquimi Ismaeli de Borgia \diebus omnibus vite tue/ concessionem quam feceramus \dicto patri tuo/ in [vit]a sua, de alfaquimatu, alaminatu et scribana sarracenorum de Borgia, cum carta nostra ut in ea continetur. Laudamus eciam et confirmamus t[ibi] concessionem quam aliama sarracenorum de Borgia fecerunt patri tuo quondam de çab[a]çalanatu ville de Borgia in vita [sua] ut in carta quam dicti sarraceni aliame predicte inde sibi fecerunt plenius continetur. Ita scilicet quod tu habeas et teneas officia antedicta et ipsus utatis toto tempore vite vestre ut in cartis predictis \patri tuo inde factis/ plenius continetur, dummodo te in dictis officiis bene et fideliter habueris. Concedentes tibi quod habeas et percipias pro tuo officio et labore quicquid predictus pater tuus consuevit inde percipere et habere pro suo officio et labore/.

Datum Cesarauguste, II kalendas septembris anno Domini quo supra [M CC LXX. primo].

1271, septiembre 4. Zaragoza.

1815

Jaime I, rey de Aragón, concede a Ferrer de Soler la bailía de la villa de Valls y sus términos con el mismo salario que sus antecesores.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 11v.

Damus et concedimus vobis, Ferrario de Solerio, baiuliam ville de Vallibus et terminorum suorum dum nobis placuerit, ita videlicet quod vos sitis baiulus dicte ville dum nobis placuerit et colligatis ac recipiatis redditus et iura omnia eiusdem ville ac exerceatis officium eiusdem baiulie in omnibus et per omnia, bene et fideliter, secundum quod alii baiuli ipsum melius exercere consueverunt; et habeatis et percipiatis inde pro officio et labore vestre ea iura que alii baiuli consueverunt inde percipere et habere.

Mandantes firmiter et cetera.

Datum Cesarauguste, pridie nonas septembris anno Domini quo supra [M° CC° LXX° primo].

1271, septiembre 11. Zaragoza.

1816

Jaime I, rey de Aragón, reconoce que Jaime de Roca, su notario, y A. de Prades su capellán, han amojonado por su mandato los términos de Pina y la Almolda.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 12v.

Recognoscimus et confitemur quod Jacobus de Roca, sacrista ilerdensis, decanus Valencie et notarius noster, et A. de Prades, precentor Terracone, capellanus noster, de mandato nostro posuerunt mollones in podio vocato de la Mansella pro divisione terminorum de Pina et de Almotla, ut in carta domni Ildelfonsi, bone memorie regis Aragonum, avi nostri, continetur.

Datum Cesarauguste, tercio idus septembris anno Domini quo supra [M° CC° LXX° primo].

1271, septiembre 17. Pina.

1817

Jaime I, rey de Aragón, absuelve a Felipe Serrano y a los suyos de toda demanda y pena civil y criminal que contra él pueda hacer por causa de la moneda real que permitió acuñar a Arnau de Romani, Guillermo de Peralada y Guillermo Arnau.

ACA. Cancillería. Registro 16, f. 251r.

Publ.: MATEU Y LLOPIS, F., "Sobre la política monetaria...", *ACCV*. (1947-1948), pgs. 258-259.

Quod nos absolvimus et deffinimus ac renuntiamus vobis, Filippo Serrani, et vestris, in perpetuum, omnem petitionem, questionem, rationem,

demandam ac penam civiles et criminales, quas contra vos vel res vestras habemus et habere vel movere, imponere seu infligere potuerimus, quocumque modo et ex quacumque causa, occasione seu racione monete regalium Valencie, quam Arnaldus de Romanino, miles, et G[uillelmus] de Peralada ac G. A[rnaldi], cives Valencie, pro nobis hoc anno cudi operari fecerunt in Valencia et occasione accione marcharum omnium, quas de eadem moneta Huguetus de Romanino similiter cudi et operari fecit pro nobis, de quaquidem moneta vos alleator et magister fuistis, pro predictis, facientes inde vobis et vestris semper bonum finem et firmum pactum in non petendo, ita scilicet quod racione alleamenti per vos de dicta moneta facti vel aliqua alia racione vel causa, propter quam contra vos vel res vestras accusationem vel demandam civilem aut criminalem haberemus occasione dicte monete, non possimus nos vel nostri facere vel movere vobis seu vestris petitionem aliquam vel demandam nec vos inde tamen trahere nec in perpetuum vel res vestras imponere seu infligere penam aliquam civilem vel criminalem nec vos vel vestri teneamini unquam nobis vel nostris de cetero super facto ipsius monete in aliquo respondere nec ulla reddere rationem sed sitis inde cum omnibus vestris habitis et habendis liberi et immunes ac penitus perpetuo absoluti sicut melius etc. Nichilominus etiam nos, rex predictus, per nos et nostros, de speciali gratia, absolvimus, liberamus, deffinimus et quitamus vos dictum Philippum et vestros, in perpetuum, ab omni omnino petitione, questione et occasione et demanda ac penas civilibus ac criminalibus quas contra vos vel bona vestra habemus et habere atque movere, imponere seu infligere possimus aut possemus husque in hac die qua presens scribitur carta racione scilicet quorumlibet excessuum criminum ac delictorum per vos usque hodie ubicumque et modo quo... commissorum et qualibet alia racione, facientes inde vobis et vestris semper bonam finem etc. Ita videlicet quod racione aliquorum excessuum et criminum et delictorum per vos hactenus commissorum nec alia aliqua inquietatione propter quam contra vos usque hodie agere vel procedere valeremus, non possimus nos vel nostri facere vel movere vobis seu vestris petitionem aliquam vel demandam nec penam aliquam in perpetuum

vel res vestras imponere seu infligere ullo modo, nec vos vel vestri inde nobis vel nostris teneamini in aliqua respondere, sed sitis inde vos et vestri cum omnibus bonis vestris habitis et habendis quitii et penitus perpetuo absoluti sicut melius etc. Vobis tamen facientes conquerentibus de nobis si in aliquo aliqua... iusticie complementum. Mandantes firmiter baiulis cum iusticiis etc.

Datum in Pina, XV kalendas octobris, anno Domini M CC LXX primo.

1271, octubre 1. Barcelona.

1818

Jaime I, rey de Aragón, ordena a sus oficiales y prohombres de Valencia que prohiban edificar en el valladar de la ciudad por ser éste de utilidad común.

AMV. *Aureum opus*, Priv. Jaime I, núm. 83.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 978.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis iusticiis, iuratis et probis hominibus civitatis Valencie. Salutem et gratiam. Propter utilitatem comunem tocius civitatis predicte, volumus et mandamus quatenus in vallo Valencie de cetero nulla fiant edificia. Imo volumus et mandamus quod possitis ea dirruere, ut de cetero fiant ibi, non obstante aliquo mandato vel concessione de edificando ibidem alicui per nos factis; et mundate vallum quandocumque, prout civitas cognoverit expedire.

Datum Barchinone, kalendas octobris, anno Domini M CC LXX I.

1271, octubre 15. Zaragoza.

1819

Jaime I, rey de Aragón, manda a su hijo Fernando Sánchez que no ayude al infante don Pedro que va a Tolosa contra la voluntad real.

ACA. *Cancillería. Registro 18*, f. 82v.

Publ.: CHABÁS, R., *El Archivo*, IV, pg. 300.-
 FONDEVILLA, F., “La nobleza catalanoaragonesa”, *ICHCA*, II, pg. 1.099.-
 HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.355.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, dilecto filio suo Ferrando Sancii. Salutem et dileccionem. Noveritis quod infans Petrus, filius noster, vadit nunc apud Tholosam contra prohibicionem et mandatum nostrum; quare vobis firmiter dicimus et mandamus, sub pena omnium bonorum vestrorum que habetis in terra nostra, quatenus non sitis ausus sequi ipsum, nec donetis eidem consilium nec iuvamen de militibus, equis, armis, denariis vel aliis necessariis sibi ad dictum viaticum faciendum et hoc aliquatenus non mutetis; alias, sciatis quod dicta bona vestra statim incontinenti emparari faciemus. Scire, enim, potestis quod si nobis videretur dictum viaticum esse ad utilitatem et honorem filii nostri quod nos iuvaremus eundem ad dictum viaticum faciendum, set quia videramus quod illud, quod incipit, non poterit ducere ad effectum, ideo displicet nobis plurimum et est grave.

Datum Cesarauguste, idus octobris, anno Domini MCC LXX primo.

G. Ortiç de Açagra. P. Martiniz de Luna. Garcie Romei. A. de Orta. Bernardo G. de Entença. Atho de Focibus. Blasco de Alagone. Peregrino Balduvini. Eximino de Urrea, P. de Bergua de Podio. Petro Ferrandi. Concilio Calataiubi. Ferrando de Lizana. G. de Podio. Lупpo F. de Luna. Concilio Daroce. Concilio Turolii. Concilio Iacce. Concilio Osce. Concilio Barbastri. Concilio Tirasone. Blasco Petri de Azlor. Blasco Eximini de Ayerbe.

1271, octubre 17. Zaragoza.

1820

Jaime I, rey de Aragón, ordena a sus oficiales que prohiban a los caballeros de sus jurisdicciones, bajo pena de perder sus bienes, seguir; ayudar ni prestar ningún tipo de auxilio al infante Pedro, su hijo, en el viaje que éste ha emprendido a Tolosa contra voluntad paterna.

ACA. *Cancillería. Registro 18*, f. 82.
 Publ.: CHABÁS, R., *El Archivo*, IV, pg. 300.-
 FONDEVILLA, “La nobleza catalana-aragonesa”, *ICHCA*, II, pg. 1099.-
 HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.356.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum etc. Mandamus vobis quatenus mandetis ex parte nostra universis et singulis militibus tocius merinatus vestri, sub pena omnium bonorum suorum que habent in terra nostra, quod non sint ausi sequi infantem P., filium nostrum, qui apud Tolosam vadit contra prohibicionem et mandatum nostrum, nec dare ei consilium et iuvamen de equis, armis vel aliis necessariis sibi ad dictum viaticum faciendum. Et si aliquem contra dictam prohibicionem nostram inveniretis venisse, statim incontinenti, tam de illis qui iam venerint quam de ipsis qui de cetero venient, omnia bona sua emparetis et emparata teneatis quousque a nobis aliud habueritis mandatum. Et hoc non mutetis aliqua racione.

Datum Cesarauguste, XVI kalendas novembris, anno Domini MCC septuagesimo primo.

Merino Cesarauguste. Merino Exee. Iusticie Daroce. Merino Iacce. Iusticie Tirasone. Iusticie Calataiubi. Merino Osce. Merino Barbastri.

1271, octubre 19. Zaragoza.

1821

Jaime I, rey de Aragón, ordena a las autoridades y habitantes de Borja que no reciban ni empeñen ni dejen empeñar en dicha ciudad, personas o bienes de los sarracenos de las villas y lugares del monasterio de Veruela.

AHN. *Clero. Veruela. carp. 3.768*, núm. 17.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis alcaydis, iusticiis, iuratis et universis aliis officialibus et subditis nostris de Boria

et omnium aliorum locorum ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Dicimus et mandamus vobis firmiter, sub pena gracie nostre, quot non capiatis personas sarracenorum villarum et locorum monasterii de Berola nec capi ab aliquo vel ab aliquibus permitatis nec etiam pignoretis vel pignorari permitatis ipsos sarracenos vel aliquem ipsorum seu res eorum in villa de Boria seu in aliquibus aliis locis, aliqua ratione vel causa, sine nostro expresso mandato, nisi primo querela facta fuit de ipsis coram abbate vel priore dicti monasterii vel coram iusticiis et aliis officialibus nostris, vel fatica inventa fuerit iuris in eisdem, dum modo non sint debitores principales vel pro aliis fideiussores specialiter constituti. Hoc autem non mutetis aliqua ratione si de nostra confiditis gracia vel amore.

Data Cesarauguste, XIII^a kalendas novembris, anno Domini M^o CC^o LXX^o primo.

1271, octubre 26. Zaragoza.

1822

Jaime I, rey de Aragón, prohíbe a los habitantes de las villas y lugares del monasterio de Veruela que vendan sus tierras a caballeros e infanzones sin fadiga previa al citado monasterio; pudiendo disponer libremente en caso contrario, aunque bajo determinadas condiciones.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.768, núm. 16.

AHN. Clero. Veruela, carp. 3.768, núm. 18 (B)⁷. En muy mal estado de conservación.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis universis hominibus habitantibus hereditates aut possessiones in villis seu locis monasterii Sancte Marie de Berola, presentibus et futuris. Salutem et gratiam.

⁷ Este documento es una copia que se encuentra en bastante mal estado y añade fórmula inicial y final que no se incluye.

Noveritis quod nolumus ut de cetero, visis lineis istis, vendatis nec sitis ausi vendere vel modo aliquo alienare aliquibus militibus sive infançonibus vel aliis hominibus possessiones sive hereditates aliquas de illis quas habetis modo vel de cetero habeatis in villis seu locis aut terminis domini monasterii de Berola sine fatica abbatis vel prioris seu conventus monasterii antedicti. Quoniam nos volumus quod si dictus abbas, prior ac monachi volunt ipsas possessiones aut hereditates habere et retinere pro tanto pretio pro quanto milites vel infançones seu alii voluerint dare in ipsis, quod possint ipsas habere et penes se retinere pro ipso eodem precio et recepta sit ab eis dicta fatica. Si ipsi dictas hereditates retinere noluerint, possitis ex tunc vendere ipsas cui volueritis sine aliquo impedimento tamen cum suo honore servitutis et aliter non. Quare, vobis dicimus firmiter et mandamus quot dictas hereditates vel possessiones vestras vel aliquid ipsarum, de cetero alicui vel aliquibus non vendatis vel alienetis modo aliquo nisi ut superius est dictum. Et hoc aliquo non mutetis alias sciatis quod nobis displiceret. Et insuper venditionem quam de ipsis feceritis revocabimus et revocari incontinenti penitus faciemus.

Datum Cesarauguste, VII^o kalendas novembris, anno Domini M^o CC^o LXX^o primo.

1271, octubre 26. Zaragoza.

1823

Jaime I, rey de Aragón, convoca a sus caballeros de Cataluña a reunirse con él en Huesca cuatro días después de la fiesta de Pascua de Resurrección.

ACA. Cancillería. Registro 18, ff. 84-85v.

Publ.: FONDEVILLA, P. "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1101.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.357

VII kalendas novembris, anno Domini M CC LXX primo, mandavit dominus rex richishominibus et militibus infrascriptis quod essent cum eo in Osca quarta die post primum venturum festum Paschatis Resurreccionis

Domini, parati servire sibi feudum quod ab eo tenent, et missit unicuique suas litteras:

Iacobus, Dei gracia etc. comiti de Payllars. Salutem et dileccionem. Bene scitis nos pluries vobis per nostras litteras mandavisse quod serviretis nobis feudum quod a nobis tenetis, et pro ipso feudo hactenus a vobis nullum servicium habere potuimus, qua propter cum in aliquibus nostris negociis vos necesse habeamus, dicimus et mandamus vobis firmiter et districte quatenus, quarta die post primum venturum festum Paschatis Resurreccionis Domini sitis nobiscum in Osca cum militibus vestris et equis, armis et aliis apparamentis vestris et eorum, paratus servire nobis feudum quod a nobis tenetis. Et hoc non mutetis; alioquin, cum pro servicio iam dicti feudi nobis faciendo multociens nostrum habueritis mandatum et ipsum facere non curastis, sciatis quod nisi dicta die nobiscum fueritis, ut dictum est, procederemus contra vos, secundum usaticum Barchinone, et de hoc amorem vel gratiam nobiscum non poteritis invenire.

Datum Cesarauguste, VII kalendas novembris, anno Domini M CC LXX primo.

In Rippacurcia et in Payllars: Bernardo Rogerii, comiti de Payllars. Ricardo de Talaro. Bernardo de Capdela. Bernardo de Malloleone. Filiis G. Peralta quondam. F. Alamendi. G. de Betera. Heredibus Mironis. A. filiis G. de Erillo. P. de Meytats. Bernardo de Toraylla. Poncio de Peralta. R. de Siscar. Bertrando de Cornudella. R. de Aspe. Berengario de Tamarito. Raimundo de Orcau. Gombaudo de Benavent. R. de Casseres. P. de Villamuro. Bernardo de Beranuy. Iohanni de Logran. A. P. d'Aguilaniu. P. de Sancto Vincencio. R. de Fontova. G. de Timor et de Guardia. Heredi de A. Surdi. Militibus de Montmaneu et de Paladella. Militibus de Copons et de Viciana et de Montfalco. Heredi Ermengaudi Senesterra. G. de Castroaulino. Gualdo de Aquilone, Ponceto, heredi Bernardi Raymundi de Ripellis. Militibus Camarasse et de Cubellis et de Montgay. Peramola militi.

In vicaria Barchinone: Gascono, vicecomiti bearnensi. G. de Cervilione, castlanis Villefranche Penitensis, Berengario de Entensa, Huguet de

Cervilione, R. de Rippis. Bernardo de Castroepiscopali. Bernardo de Scintillis. G. de Montecluso. G. de Raiadello. P. de Bergua. Gaucerando Pinos. Patri R. de Mediano. A. de Lordano. Heredi Bernardi de Montanyana. Filiis Iordani de Peralta. G. de Beranuy. Poncio de Erillo.

In vicaria Ilerde: R. de Montecathano, filio G. de Montecathano, quondam. R. de Cervaria, domino Castri Asinorum. Berengario de Podioviridi. G. R. de Montecathano. Gualdo de Capraria. Huguet de Angularia. R. de Montecathano.

In vicaria Terrachone: G. de Claromonte. Bernardo de Cambrils.

In vicaria Cervarie: R., vicecomiti Cardone. P. de Queralto. Militibus de Podioalto. Peguera, heredi Bernardi Curbo. Maymono de Castroaulino, Iacobo de Terracia, Berengario de Sancto Vincencio. Berengario de Cardona. B. Dezpapiol. Heredi Raimundi de Guardia. Gaucerando de Pinos. Heredibus Mironis. A. de Luzano. Heredi Poncii de Cervaria. Bertrando de Castelleto.

In vicaria Gerunde: Hugoni, comiti Impuriarum. Iaufrido, vicecomiti Rocabertini. Gaucerando Caprarie. Gualdo de Fuxano, uxori Raymundi Ademarii, quondam. Heredi Poncii Guillelmi de Turricella. A. G. de Cartillano. R. de Capraria. A. de Villademagno. Marcharosio de Ortals. Heredi Petri de Corniliano. G. de Monterubeo. Heredi Guillelmi de Crexello. Dalmacio de Rocabertino. Guillaberto de Crudiliis. Timborche, uxori Raymundi de Impuriis, quondam. Heredi Iohannis de Solerio.

In vicaria Rossilionis: Rogerio Bernardi, comiti fuxensi. G., vicecomiti Castrinovi. Dalmacio de Castronovo. Heredibus G. H. de Serralonga. Heredi R. de Serralonga. Vitalio de Rupe. R. de Urgio. Ermengaudus de Urgio. Blascho de Montesquivo. R. de Podiogalino. Heredi Sibilie de Conato. Sibilie de Luzano. G. Raymundi de Enveig. Gaucerando H. de Travesseres. Gaucerando de Sanctafide. Heredi Raymundi de Totzon. Beatrici de Melan.

Item, sub eodem die et anno proxime anotatis, misit dominus rex litteras richishominibus et militibus infrascriptis et proxime sequentibus, quos, quarta die post primum venturum festum Paschatis Resurreccionis Domini, essent cum eo in Osca cum militibus suis, parati servire sibi honorem, quem ab ipso tenent, scilicet, R., vicecomiti Cardone, P. de Berga, Berengario

de Cardona, Gaucerando de Pinos, iuniori, Bernardo de Scintillis, G. de Raiadello, G. de Castroaulino, Hugueto de Angularia, R. de Moncada, filio G. de Moncada, G. R. de Moncada, Iacobo de Cervaria, Geraldo de Capraria, R. de Urgio, Heredi Raymundi de Guardia, Gaucerando de Urgio, G., vicecomiti Castrinovi, Dalmacio de Castronovo, B. Dezpapiol.

1271, octubre 27. Zaragoza.**1824**

Jaime I, rey de Aragón, concede licencia al convento de los Frailes Predicadores de Huesca para que importen los alimentos y vino necesarios.

AHN. Clero. Carp. 594, núm. 11.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, attendentes ad neccitates et indigencias conventus dilectorum Fratrum Predicatorum Osce, per nos et nostros, ob remedium anime nostre, concedimus eis imperpetuum ut liceat eis semper ponere quecumque victualia ad opus sui in civitatem oscensem in propria domo sua vel etiam in aliis domibus civitatis. Et specialiter liceat eis ponere vinum in domo sua vel etiam in aliis, ad opus sui, sive detur eis extra villam, sive ipsi emant de suo et nullus audeat contra hoc aliquod statutum facere. Quod si çavalmedina, iusticia, baiulus, iurati vel aliqui alii officiales nostri vel etiam concilium civitatis aliquod statutum facerent ne aliquis de extra villam vinum in civitate ponant, nolimus quod in hoc statuto intelligantur nec ad aliud obligantur dicti fratres predicadores conventus oscensis, nec illi qui eis portabunt vinum eorum, nec ipsi fratres, nec vinum eis portantes, tenentur solvere penam positam in statuto eorum.

Mandantes firmiter baiulo, çavalmedine, iusticie et iuratis ac concilio civitatis oscensis quod si quis contra hoc fecerit, scilicet quod dictos fratres vel eis vinum et alia victualia portantes in aliquo impedierit vel pignoraverit,

sive in veniendo, sive in reddeundo, nisi pro proprio debito vel fidanciam ipsorum portantium eis dicta victualia et vinum, ab impredientibus et pignorantibus centum morabetinos in pena pro qualibet vice extorquere absque ullo remedio non omittatis.

Datum Cesarauguste, VI^o kalendas novembris, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Berengarius Guillelmi de Entença. P. Martini de Luna, I. Poncius de Peralta. Lupus Guillelmi de Oteyça. S. Martin de Oblitis.

Sig(*signo*)num Michaelis Violeta qui mandato domini regis hec scribi fecit loco, die et anno prefixis.

1271, octubre 27. Zaragoza.**1825**

Jaime I, rey de Aragón, concede al convento de la Orden de los Predicadores en Huesca un día del agua que le corresponde para regar sus heredades.

AMHu., *Libro de Privilegios 2*, ff. 133r-133v.

Publ.: LALIENA, C., *Documentos municipales de Huesca, 1100-1350*, doc. 33.

Privilegio del agua de los freyres Preycadores del dia lunes

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros, pro remedio anime nostre, damus et concedimus vobis, priori et fratribus Ordinis predictis Predicatorum conventus Oscensis et sucesoribus vestris, inperpetuum, quod illa die que nos debemus accipere aquam de cequia Ysole ad rigandum hereditates nostras, illa die semper vos accipiatis et habeatis eam ad rigandum omnes ortos vestros domorum vestrarum Osce, libere et sine contradictione et retentione alicuius, prout

nos eandem debemus accipere illa die et primo vos accipiatis et habeatis, et primo rigentur orti vestri quam hereditates nostre cum monasterium vestrum et ortos vestros hereditatum nostram propriam reputemus. Et si aqua non venisset vobis sufficienter per la Ysola ad terminum qui dicitur de Almeriz, volumus et concedimus vobis quod accipiatis eam ad Palmum de Molendinis. Et nullus baiulus vel officialis nostre nec aliquis alius possit illa die qua nos debemus rigare vel ad nos pertinet illam aquam alicui dare vel vendere eam, nec etiam illi qui hereditates nostras escollunt de ipsa aqua posit rigare quousque vos primo et pro voluntate vestra sufficienter rigandis omnes ortos vestros ante dictos. Volumus tamen quod illa die qua vos debitis rigare, de ipsa aqua positis alicui dare dictam aquam nec etiam alicui gratiam facere quod de illa posit rigare hereditatem suam loco vestri, set rigatis ortis vestros primo ad voluntatem vestram, ut est dictum, dictam aquam cultoribus nostre hereditatis libere dimitatis.

Mandamus igitur baiulo, cavalmedine, iusticie et iuratis hac universis officialibus nostris Osce qui pro tempore fuerint, quod in hoc vobis multum⁸ impedimentum vel contrarium faciant ullo modo nec aliquo fieri permitant aliqua racione. Si quis autem contra hanc nostram donacionem venerint vel vos in aliquo inpedierit, solvat nobis pena pro qualibet vice sexaginta solidos, quam pena baiulus nostre Osce qui pro tempore fuerit absque ullo remedio a transgressoribus huius nostre donationis exhigat loco nostri.

Datum Cesarauguste, sexto kalendas novembris, anno Domini millesimo ducesimo septuagesimo primo.

Sig(*signo*)num Iacobi, Dey gratia regis Aragonum, Mayoricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesullani.

Testes sunt: B. Guillyelmi de Entença. Pontius de Peralta. P. Martini de Luna. Lupus Guillyelmi de Otehiça. Sancius Martini de Oblitis.

Sig(*signo*)num Michaelis Violeta, qui mandato domini regis hec scribi fecit loco, die et anno preffixis.

⁸ Debía decir *nullum*.

1271, octubre 31. Zaragoza.

1826

Jaime I, rey de Aragón, demanda al concejo de Almudévar la cantidad de dieciseis mil sueldos jaqueses para organizar el ejército contra Artal de Luna.

ACA. *Cartas Reales de Jaime I*, núm. 37.- *Cancillería. Registro 18*, f. 20v. Publ.: FONDEVILLA, "La nobleza catalanoaragonesa", *I CHCA*, II, pg. 1.102.- HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.358.

Iacobus etc., fidelibus suis iusticie, iuratis et concilio de Almudevar. Salutem et graciam. Cum racione exercitus quem contra Artaldum de Luna facere intendimus vestrum et aliorum fidelium auxilium necessarium habeamus, volumus et vobis firmiter dicimus et mandamus quatenus, racione dicti exercitus, donetis nobis, visis litteris istis, XV mille solidos iaccenses, de quibus respondeatis loco nostri Iahudano de Cavalleria, baiulo nostro Cesarauguste, vel cui voluerit loco suo. Et hoc aliqua racione non mutetis, aliter mandamus, portario nostro latori presencium quod vos et res vestras inde pignoret et compellat.

Datum Cesarauguste, pridie kalendas novembris, anno Domini MCC LXX primo.

Similes fuerunt facte aliis villis Aragonum.

1271, diciembre 1. Zaragoza.

1827

Jaime I, rey de Aragón, ordena a los oficiales de sus reinos que si detuvieran a algún hombre de Lérida acusado de delito, lo entreguen a la curia y a los paeres de Lérida.

AML. Perg. 52.

Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Monstispesulani, dilectis et fidelibus

suis nobilibus, militibus, vicariis, baiulis, curiis, supraiuntaris, merinis, iusticiis, iuratis, conciliis et universis aliis officialibus et subditis nostris tocius dominacionis nostre ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Noveritis quod nos volumus et statuimus quod si de cetero aliquis vel aliqui homines Ilerde venerint inter vos seu in civitatibus, castris, villis et locis vestris qui sint inculpati de homicidio vel alio crimine aut de rapina vel sint preconizati per civitatem Ilerde et non comparuerint infra viginti dies ut debuerint, secundum consuetudinem Ilerde, ante preconizacionem vel post, ad denunciacionem seu requisicionem curie et paciariorum Ilerde, quod vos ipsos tales homines capiatis et retineatis in continenti et eos tradatis statim et tradi faciatis curie et paciarii antedictos vel illis qui ex parte sua super hiis fuerint ad vos missi. Quare mandamus vobis firmiter, sub pena gracie nostre, quatenus predicta omnia et singula firma habeatis et observetis, ut superius sunt notata, et in aliquo non contraveniatis si de nostri confiditis gratia vel speratis. Alioquin sciatis quod si ex quo probatum fuerit, quod dicti tales homines vel aliqui eorum fuerint in aliquo loco vestro et citati ac moniti fuerint per curiam nostram, vicarios et paciarios Ilerde, pro ut secundum ius fieri debet, quod dictos homines eiusdem reddatis et tradatis et ipsos tradere et reddere volueritis eisdem de dampno vel malo quod pro recuperandis dictis hominibus vel ipsa de causa dicti officiales nostri et universitas Ilerde vobis fecerint nolumus quod in aliquo teneantur. Sciatis tamen quod in hac gradu non intelligimus illos quibus gratiam absolutionem vel guidaticum fecimus seu concessimus cum carta nostra.

Datum Cesarauguste, kalendas decembris anno Domini M^o CC^o septuagesimo primo.

1271, diciembre 7. Zaragoza.

Jaime I, rey de Aragón, absuelve a las aljamas judías de diversas poblaciones de Cataluña de cualquier acción o demanda, pena civil o criminal por razón de usuras.

1828

ACA. Cancillería. Registro 14, f. 128.

Publ.: BOFARULL, P., "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 913.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.359.

Per nos et nostros absolvimus, deffinimus et remittimus vobis, universis et singulis iudeis Barchinone, Villefranche, Terracone, Montis Albi, Cervarie et aliorum locorum collecte vestre et vestris imperpetuum, omnem accionem, petitionem et demandam et omnem penam civilem et criminalem, quam contra vos vel quemlibet vestrum habebamus et habere vel movere, imponere seu infligere poteramus usque in presentem diem, qua presens scribitur carta, quolibet modo vel causa, racione usurarum, si quas ultra statutum nostrum, scilicet, III denariorum pro libra, ab aliquo vel aliquibus personis usque hodie accepistis vel barate seu baratarum quarumlibet, quas cum eis fecistis, que ad maiorem usuram dicti statuti ascenderunt vel ascendere dici possent; facientes inde vobis et vestris finem et pactum de non petendo, nichilominus et confirmantes vobis omnia debita vestra, que vobis modo aliquo debentur, tam capitale quam lucrum, et volentes ut vos et vestri possitis vestra negocia secure de cetero facere et quiete et quod possitis ad usuras de cetero mutuare quibuslibet christianis, ad racione III denariorum pro libra iuxta fora statuti nostri salve et secure et sine aliquo impedimento ... si ita feceritis nullam vobis vel vestris possimus nos vel nostri aut aliqui alii petitionem vel demandam ullo tempore facere vel movere. Concedimus eciam vobis et vestris per nos et nostros quod possitis facere cum quibuslibet personis christiania et aliis baratas de pane, frumento et quolibet alio blado, de oleo, canabo et lino ac croco et quibuslibet aliis rebus mobilibus et mercibus quibuscumque et emere fructus ante tempus, ut in alia carta quam inde a nobis habetis, melius et plenius continetur, et... quod cum illo vel illis cum quo vel cum quibus ipsas baratas facietis, poteritis convertere ita quod non possimus nos vel nostri contra vos vel res vestras agere vel facere seu movere petitionem aliquam vel demandam racione ipsarum baratarum seu dictarum empconum ullo tempore, aliquo modo vel causa, promittentes insuper vobis quod, vobis observantibus formam statuti nostri de cetero in facto usurarum, non elongabimus ultra unam vicem aliquem

vel aliquos debitores vestros de aliquibus debitis, que vobis debentur usque modo vel de cetero debebuntur seu solvere teneantur. Concedimus, eciam, vobis et vestris per nos et nostros ac eciam statuimus quod super aliquibus petitionibus vel demandis aut aliis quibuslibet causis civilibus et criminalibus, que inter christianos et vos fuerint vel fieri seu eciam verti contingeret, non possit probari aliquid contra vos vel aliquem vestrum nec cum christiano et iudeo set super debitis sive mutuis vel contractibus usurariis, videlicet, in facto lucri possit probari contra vos cum duobus legitimis christianis iuxta formam statuti nostri antedicti. Et ad maiorem securitatem vestram et vestrorum promittimus per nos et nostros predicta omnia et singula de cetero firma habere et facere inviolabiliter observari, sicut melius, etc.

Datum Cesarauguste, VII idus decembris, anno Domini M CC LXX primo.

Sub forma predicta similiter habuerunt cartam iudei Bisulduni et Gerunde. Datum Cesarauguste, ut supra.

1271, diciembre 7. Zaragoza.

1829

Jaime I, rey de Aragón, dona a Poncio de Agde un solar en la barbicana de Valencia, hacia la parte de Roterros.

ACA. Cancillería. Registro 14, f. 150v.

Publ.: CHABÁS, R., *El Archivo*, VII, pg. 339.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.360.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis, Poncio de Acde et vestris, in perpetuum, unum patuum sive plateam ad opus domorum que est intus murum barbacane Valencie, versus portam de Roterros. Quod patuum est contiguum vallo, qui ibi est extra murum predictum et in ipso patuo comprehenduntur quinque tures muri civitatis Valencie; et tenet de patuo videlicet Petri de Momblanc, quod tenet pro nobis ad censum usque ad quintam turrem, que affrontat cum patuo Berengarii Dalmacii quod pro

nobis similiter ad censum tenet. In quo patuo, intus dictum murum barbacane predictae et extra super vallum, possitis vos et vestri construere et edificare domos sine preiudicio tamen alterius; quas quidem habeatis vos et vestri franche et libere in perpetuum, ad dandum, vendendum, impignorandum ac alienandum et ad omnes vestras et vestrorum voluntates inde cuilibet faciendas, exceptis militibus, clericis et personis religiosis.

Datum Cesarauguste, VII idus decembris, anno Domini M CC LXX primo.

(1^a col.) Testes sunt: Iacobus de Cervaria. (2^a col.) Bernardus Guillelmi de Entenza. Eximius de Urrea. (3^a col.) Guillelmus de Capraria. Atto de Lesun.

1271, diciembre 7. Zaragoza.

1830

Jaime I, rey de Aragón, notifica a sus súbditos haber concedido a los judíos de Barcelona, Villafranca, Tarragona, Montblanc y Cervera que, salvo intercesión de la real gracia, pasen por el veguer o justicia, quien les indicará medio de efectuar el cobro de las deudas que con ellos hayan sido contraídas.

ACA. Cancillería. Registro 14, f. 127v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 112.

Iacobus, Dei gracia etc. fidelibus suis vicariis, etc. Salutem et gratiam. Noveritis nos cum hac carta concessisse iudeis Barchinone, Villafranche, Terracone, Montisalbi et Cervarie quod si forte fecerimus vel de cetero faciemus gratiam alicui qui sit eisdem vel alicui ipsorum fideiusorio nomine obligatus quod non compellatur ratione dicte fideiussorie quousque creditores transierint primo per principalem debitorem et dicti creditores iudei infra unum annum a predicto principale debitore per districtu vicarii vel curie seu aliorum officialium nostrorum habere non poterint seu etiam recuperare debitum suum quod ex tunc licite et sine aliquo impedimento a predicto fideiussore debitum suum petere recuperare valeant gratiam nostra predicta

in aliquo non obstante quare mandamus vobis fieri quatenus predicta omnia et singula firma habeatis et observetis et observari ab omnibus inviolabiliter faciatis ut superius sunt notata quantumque a dictis iudeis vel aliquo ipsorum inde fueritis requisiti et non contraveniatis nec aliquem contravenire permitatis modo aliquo vel ratione si de nostra confidunt gracia vel amore.

Datum Cesarauguste, VII idus decembris anno Domini M° CC° LXX° primo.

1271, diciembre 7. Zaragoza.

1831

Jaime I, rey de Aragón, confirma la donación de un solar en Barcelona que P. de Castellazol, su baile, había hecho a Perfecto, hijo de Bonastrugo.

ACA. Cancillería. Registro 14, f. 127v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 912.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.361.

Laudamus, concedimus et confirmamus tibi Perfecto, filio Bonastrugi Salcello, et tuis imperpetuum, donacionem et concessionem quam tibi fecit P. de Castroaciolo, tunc baiulus noster Barchinone, cum instrumento publico ut in ipso continetur, videlicet, quod possis crescere et mitere intus tenedonem tuam totum illud spacium quod est inter parietem tuam orte, quam habes per alodium prope domum Sancte Eulalie Barchinone, que vocatur Trille iudaica, et parietem illius regui versus \carrariam/ per quam transit aqua, de qua rigatur orta de mari; dantes tibi licenciam et plenum posse aperiendi portas seu portales de novo in loco predicto, subtus archos molendini Petri de Medayla, si ibi facere volueris domos; per quas portas seu portales confices et intrare possis ad domos antedictas libere et sine aliquo impedimento, si donacio predicta sive concessio facta fuit tibi per dictum baiulum nostrum, antequam dicti archi seu molendinum predictum ibidem construerentur. Mandantes, etc.

Datum Cesarauguste, VII idus decembris, anno Domini M CC LXX primo.

1271, diciembre 10. Zaragoza.

1832

Jaime I, rey de Aragón, confirma a Bartolomé Romeo, notario público de Zaragoza, la donación que los jurados de Zaragoza le han hecho de un solar, sito en la puerta Cinegia de dicha ciudad.

ACA. Cancillería. Registro 14, fol. 150.

Publ.: CANELLAS, A., *Colección diplomática del Concejo de Zaragoza*, núm. 139.

[Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani,] viso quoddam instrumento publico donationis quam Petrus Calzada, P. Estiu et A. Johannis, iurati Cesarauguste, fecerunt tibi Bartholomeo Romei notario publico Cesarauguste, de quoddam platea in dicta civitate Cesarauguste ad portam de Cinegia, que affrontat ex una parte cum domibus Dominici Soguero, ex alia cum cursu et ex alia cum via publica, ipsam donationem per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus tibi Bartholomeo Romei predicto et tuis in perpetuum, pro ut in eodem instrumento publico sigillo dicte civitatis plenius et melius continetur.

Datum Cesarauguste, IIII° idus decembris, anno Domini M° CC° LXX° primo.

[Sig(*signo*)num Iacobi, Dei gratia, regis Aragonum, Maioricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.]

Testes sunt: Eximinus de Urrea. Iacobus de Cervaria. Guillelmus de Capraria. Atho de Focibus. Gilabertus de Crudilis.

1271, diciembre 10. Zaragoza. 1833

Jaime I, rey de Aragón, concede al monasterio de San Vicente de Valencia cuatrocientos sueldos anuales de la cena de Castellón.

ACA. Cancillería. Registro 14, f. 130r.

Publ.: SÁNCHEZ ADELL, J. *El señorío de Castellón de la Plana en los siglos XIII y XIV*, pg. 517.

[Nos Iacobus, et cetera.], recognoscentes quod in villa de Castillionis campi Burriane, quam domo et hospitali Sancti Vincencii dedimus nos, quod non debeamus cenam percipere vel habere; et cenas quas ibi actenus accepimus, accipimus ibidem tanquam patronus et conditor dicti hospitalis et non de iure alio quod ibi habemus accipiendi cenam. Idcirco ipsam cenam quam ibidem accipere consuevimus usque modo [damus] per nos et nostros in remedium anime nostre et concedimus dicto hospitali et priori eiusdem imperpetuum in hominibus ville Castillionis predictae, videlicet quadringentos solidos regalium pro ipsa cena, habendos et percipiendos ab ipsis hominibus per priorem hospitalis predicti, annis singulis una vice. Et sic volumus et concedimus quod dicti homines Castillionis sint franchi et liberi de cetero a nobis et nostris ab omni cena, ita quod nobis vel nostris non teneantur de cetero dare cenam aliquam ullo modo set, racione cene quam nobis vel nostris dare consueverunt vel dare tenerentur, donent quadringentos solidos priori dicti hospitalis anno quolibet vel eius baiulo loco sui ut superius continetur. Et sic nobis et nostris super percipcione cene, in dicta villa Castillionis, perpetuum silencium \duximus/ imponendum.

Mandantes firmiter universis heredibus et successoribus et cetera, tamquam pro anima nostra facta.

Datum Cesarauguste, IIII idus decembris anno Domini M CC LXX primo.

1271, diciembre 11. Zaragoza. 1834

Jaime I, rey de Aragón, aprueba las condiciones de población de Montoro, establecidas por Pedro Vigoros, portero real, y Bartolomé de Arch, presbítero, a favor de treinta pobladores.

ACA. Cancillería, Registro 14, f. 126.

Publ.: LALIENA, C., *La Orden de Calatrava en el Bajo Aragón*, doc. 36.

Volumus et mandamus vobis, Petro Vigoros portario nostro, et Bartholomeo de Arch presbitero, quod perficis populare castrum de Montoro XXX populatoribus cum illis qui ibi sunt modo et terras eiusdem castrum laboranti, iam dividere ipsis populatoribus pro quinones serni que iam antiquitus ipse terre divide fuerunt. Et nos lau[damus] et confir[mamus] per nos et nostros de presenti particionem quas vos inde feceritis loca nostra, ut superius continetur, esse per nos et nostros, infra quibus dictos populatores que ibi populabunt hinc ad tres annos proxime venturis et continue completos sint franqui ab omni peyta, questia et exercitus ac cavalcata et redempcionibus eorumdem et qualibet alia exaccione ac demanda regali.

Mandantes firmiter ba[iulis], ius[ticiis] et cetera.

Datum Cesaraguste, III idus decembris, anno Domini M° CC° LXX primo.

1271, diciembre 16. Maella. 1835

Jaime I, rey de Aragón, concede al monasterio de Benifazá el monedaje de Vallibona y Erbés, aldeas de Morella.

AHN. Clero. Carp. 4.259, núm. 2.

Noverint universi quod cum nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, dedissemus vobis fratri Berengario, abbati Dei gracia, et conventui monasterii Benifazani, monetaticum totum modo proxime per nos collectum

et receptum in Vallibona et in Erbers Sobirans, aldeis Morelle, quas iam a nobis assignatas seu obligatas tenetis cum carta nostra pro quadam quantitate morabetinorum ut in ea continetur et ipsum monetaticum perceperit sicut intelleximus Petrus Guilaberti, baiulus noster Morelle loco nostri. Idcirco, volentes vobis ipsum monetaticum emendare, per nos et nostros assignamus vobis, abbati et conventui predictis, ipsum monetaticum aldearum predictarum, modo ibi collectum et receptum, tam per dictum P[etrum] Guilaberti quam per illos qui ipsum recurrerunt loco nostri, secundum quod de ipso [summam facietis cum] Petro Guilaberti, predicto loco nostri; habendum et recipiendum omnis redditibus et exitibus ac iuribus nostris omnibus aldearum predictarum simul [cum illis morabetinis] quos vobis assignavimus super aldeis predictis cum carta ut dictum est, secundum quod in ea plenius continetur. Volentes ut ipsos redditus, [exitus] et proventus ac iura nostra dictarum aldearum tamdiu recipiatis donec inde paccati sitis de dicto monetatico quod cum P[etro] Guilaberti predicto assummabitis ut est dictum. Et de morabetinis predictis pro ut cum dicta carta nostra ipsos ibi vobis duximus assignandos.

Datum in Maella, XVII^o kalendas ianuarii, anno Domini millesimo CC^o septuagesimo primo.

1272, enero 12. Zaragoza.

1836

Jaime I, rey de Aragón, concede a su senescal la custodia de la puerta de Roterós en Valencia.

ACA. *Cancillería. Registro 14*, f. 141v.

Publ.: CHABÁS, R. *El Archivo*, VII, pg. 339.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.362.

Nos Iacobus etc. damus et concedimus tibi, Guillelmo Raynaldi, menescalco nostro, custodiam porte de Roterós civitatis Valencie, ita quod tu vel quem volueris loco tui sis custos et claviger ac teneas claves dicte porte et custodias ipsam portam ac exerceas officium custodie ipsius porte, secundum quod

alii portarii seu custodes eiusdem porte consueverunt illud officium melius et plenius exercere, dum nobis placuerit et in dicto officio fideliter te habebis. Et recipias inde pro officio et labore tuo ea iura que alii portarii seu custodes eiusdem porte consueverunt inde recipere et habere.

Mandantes etc.

Datum Cesarauguste, II idus ianuarii, anno quo supra [anno Domini M CC LXX primo.]

1272, enero 13. Zaragoza.

1837

Jaime I, rey de Aragón, otorga a su médico Jucefo Almeredi, judío de Zaragoza, quinientos sueldos jaqueses vitalicios anuales a cobrar sobre el almudín de dicha ciudad.

ACA. *Cancillería. Registro 14*, f. 143.

Publ.: BOFARULL, P., "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 914.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.363.

Nos Iacobus etc. damus et concedimus in beneficium personale vobis, fidei fisico nostro Iuceffo Almeredi, iudeo Cesarauguste, quingentos solidos iaccenses quolibet anno; quos quidem assignamus vobis habendos et percipiendos singulis annis dum vixeritis et dum nobilis placuerit in almudino nostro cibarie civitatis Cesarauguste; volentes et vobis nichilominus concedentes quod pro dictis quingentis solidis non teneamini peitare in aliama iudeorum Cesarauguste in tributo, peytis et aliis exaccionibus seu demandis modo aliquo vel racione.

Mandantes Iahudano de Cavalleria, baiulo nostro Cesarauguste, et universis aliis baiulis nostris Cesarauguste qui pro tempore fuerint, quod de redditibus et exitibus dicti almudini donent et solvant vobis vel cui volueritis dictos D solidos in tribus terciis anni, non expectato a nobis aliquo mandamento.

Datum Cesarauguste, idus ianuarii, anno Domini M CC LXX primo.

1272, enero 13. Zaragoza.**1838**

Jaime I, rey de Aragón, firma tregua con el rey de Navarra hasta la fiesta de San Miguel.

ACA. *Cancillería. Registro 14*, f. 140r.

Publ.: GONZÁLEZ HURTEBISE, E., "Recull de documents", *ICHCA*, II, pg. 1243.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.364.

Sepan quantos esta present carta veran et odran que nos don Jayme, por la gracia de Dios rey d'Aragon. etc., otorgamos et damos por nos et por nuestro regno tregua a buena fe, sin mal enganno, al muyt noble et nuestro caro amigo don Henric, por essa misma gracia rey de Navarra, de Campaynna et de Bria, conde Palacin, daqui a la fiesta primera de Sant Miguel, que es en el mes de septiembre primero que viene; et prometemos et otorgamos de guardar et de tener esta tregua firmemente ata la fiesta davant dita de Sant Miguel de rey a rey et de regno [a regno], a buena fe, sienes enganno nenguno, asi como es acostumnado ata qui et debe seer guardada treuga. E nos, en testimonio et maior firmeça de todas estas cosas sobreditas et de cada una dellas, damos al dito rey de Navarra esta nuestra carta abierta, siellada con nuestro siello colgado.

Dado en Çaragoça, dia miercoles, octavo dia de la fiesta de Epiphania, anno Domini M CC LXX primo.

1272. enero 16. Novales.**1839**

Jaime I, rey de Aragón, concede al monasterio de Piedra su derecho sobre unas casas sitas en Épila, que fueron de Martín de Añón y a quien se las quitaron por causa de un homicidio.

AHN. *Clero. Piedra. Carp. 3.677*, núm. 2.

Nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, [damus] et concedimus vobis, abbati et conventui monasterii de Petra, totum ius nostrum quod nos habemus et habere possumus et debemus in illis domibus sitis in Epila, quas tenebat Martinus de Aynnon et in quibus, in vita sua, habitationem ut dicitur habebat. Que quidem dicto Martino emparate fuerunt racione cuiusdam homicidii perpetrati per ipsum sive de quo extitit inculpatus; ita videlicet quod vos et dictum monasterium imperpetuum habeatis iura omnia que nos in dictis domibus habemus et habere possumus et debemus racione homicidii antedicti. Et nos vel merinus noster in ipsis domibus, racione ipsius homicidii, nichil petere valeamus.

Datum in Novales, XVII^o kalendas febroarii, anno Domini millesimo CC^o LXX^o primo.

1272, febrero 17. Valencia.**1840**

Jaime I, rey de Aragón, confirma las donaciones hechas a los habitantes del arrabal de Castellón por Robaldo de Voltorasch, baile de Sagunto.

AMCs. *Llibre de Privilegis*, fol. 102r-v.

Publ.: SÁNCHEZ ADELL, J., *Castellón de la Plana: un municipio valenciano de la Alta Edad Media*, II, núm. 54.

Nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros laudamus, concedimus et firmamus omnes donationes seu partitiones factas de domibus et vineis in ravallo Castellionis Burriane et de muris et portalibus per ipsum ibidem assignatis per Robaldum de Voltorasch, baiulum Murisveteris, loco et nomine fidelis et dilecti notarii nostri Iacobi de Rocha, sacriste Ilerdensis, decani Valencie et procuratoris domus et bonorum hospitalis et monasterii Sancti Vincentii Valencie.

Mandantes universis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod dictas donaciones et particiones firmas habeant perpetuo et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari et non contraveniant neque aliquem contravenire permitant modo aliquo vel ratione si de nostra confidunt gracia vel amore.

Datum Valencie, XIII^o kalendas marcii anno Domini millesimo ducesimo septuagesimo primo.

Sig(*signo*)num Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

(1^a col.) Testes sunt: Petrus Ferrandi. (2^a col.) Guillelmus de Podio. Hugo de Baucis. (3^a col.) Blaschus Maçe. Albertus de Foix,

Sig(*signo*)num Miquaelis Violeta, qui mandato domini regis hec scribi fecit loco, die et anno prefixis.

1272, febrero 20. Teruel.

1841

Jaime I, rey de Aragón, manda al infante Pedro que acuda a las cortes a sincerarse del asesinato frustrado contra Fernando Sánchez.

ACA. Cancillería. Registro 18, f. 90.

Publ.: FONDEVILLA, P., "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1103.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.365.

Iacobus... karissimo et quam plurimum diligendo filio suo, infanti P[etro]. Salutem et sinceram dileccionem. Noveritis nos intellexisse factum quod contra Ferrandum Sancii nuper, ut dicitur, durissime incepistis, et inde plurimum admiramur, quare mandamus vobis quatenus X.^a die post receptionem literarum presencium, ante nostram presenciam compareatis, paratus contendere super predictis.

Datum Turolii, X kalendas marcii, anno Domini M CC LXX primo.

1272, febrero 25. Langa.

1842

Jaime I, rey de Aragón, concede al concejo de Zaragoza que puedan elegir anualmente doce jurados para el regimiento municipal.

ACA. Pergs. Jaime I, núm. 2.099.

Publ.: BOFARULL. CO.DO.IN., VI, pg. 48.

SWIFT, *James the first of Aragón*, pg. 248.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.366.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, ad comunem utilitatem tocius universitatis seu concilii civitatis Cesarauguste, damus et concedimus vobis, fidelibus nostris probis hominibus et toti concilio predictae universitatis Cesarauguste, presentibus, videlicet, et futuris, ac eciam statuimus quod de cetero in perpetuum sint XII iurati in dicta civitate Cesarauguste, ipsis bene et fideliter in ipso officio se habentibus; qui quolibet anno mutentur in festo Beate Marie medietatis mensis augusti; et dicti iurati in fine anni eligant et eligere possint alios duodecim iuratos ipsius civitatis et ipsos presentent nobis per suas literas, si nos fuerimus in regno Aragonum, vel baiulo nostro Cesarauguste, qui pro tempore fuerit loco nostri, si nos in dicto regno non fuerimus personaliter constituti. Et sic volumus quod de cetero sint in dicta civitate duodecim iurati dummodo bene et fideliter in dicto officio se habebunt, ut est dictum.

Datum apud Langam, VI kalendas marcii, anno Domini M CC LXX primo.

1272, febrero 25. Langa.

1843

Jaime I, rey de Aragón, concede absolución general a los vecinos de la parroquia de San Felipe de Zaragoza, los cuales incurrieron en penas por abrir sin permiso real una puerta en la muralla de piedra de Zaragoza.

AMZ. *Cancillería. Registro 31.*

Publ.: CANELLAS, A. *Colección diplomática del Concejo de Zaragoza*, doc. 140.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus vobis, universis iuratis et toti concilio civitatis Cesarauguste, presentibus videlicet et futuris, et specialiter vobis, parrochianis parrochie sancti Philippi eiusdem civitatis et vestris, in perpetuum, aperiitionem illius porte quam fecistis et aperuistis in muro lapideo dicte civitatis; absolventes vos et vestros ab omni petitione et demanda ac pena quam vobis facere possemus seu imponere ratione seu occasione porte predictae, eo quia ipsam fecistis vel aperuistis absque mandato nostro. Volentes et vobis parrochianis predictis sancti Philippi nichilominus mandantes quod in dicta porta faciatis bonas et fortes portas et ponatis ibi portarium qui custodiat, claudat et aperiat dictam portam die ac nocte quandocumque necesse fuerit, prout de aliis portis ipsius civitatis est fieri consuetum. Volumus etiam et vobis, predictis parrochianis Sancti Philippi, mandamus quod faciatis et facere teneamini pontem in vallo seu talliata ipsius civitatis ante portam predictam, per quem possint transire insimul duo equitantes, et sit ita altus quod subtus ipsum possit discurrere aqua ipsius talliate libere et sine aliquo impedimento, et quod dictum pontem semper teneatis condirectum. Mandantes firmiter baiulo, çabalmedine et iuratis Cesarauguste, presentibus et futuris, quod predicta omnia firma habeant et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquam contravenire permitant modo aliquo vel ratione si de nostri confidunt gratia vel amore.

Datum in Langa, sexto kalendas marcii, anno Domini millesimo CC LXX^o primo.

Sig(*signo*)num Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: Ferrando Sancii. Eximinus de Urrea. Albertus de Foix. Bernardus de Foix. Egidius de Lihori.

Sig(*signo*)num Michaelis Violeta, qui mandato domini regis hoc scribi fecit, loco, die et anno prefixis.

1272, marzo 1. Ejea.

1844

Jaime I, rey de Aragón, convoca a la celebración de Cortes en Lérida.

ACA. *Cancillería. Registro 18, f. 89v.*

Publ: BAUDON DE MONY, "Relations...", II, pg. 143.-
HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.367.

Kalendas marcii, anno Domini M CC LXX primo mandavit dominus rex curiam apud Ilerdam celebrandam in medio proxime venture quadragesime richishominibus infrascriptis et mandavit eis quod non iuvarent comitem Fuxensem contra illustrem regem Francie sub hoc forma:

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum etc. nobili viro comiti de Payllars. Salutem et dileccionem. Noveritis quod nos volumus celebrare curiam in Ilerda pro aliquibus magnis negociis, de quibus volumus loqui vobiscum et cum aliis baronibus et hominibus terre nostre. Quare mandamus vobis atque rogamus quatinus in medio instantis quadragesime sitis nobiscum in Ilerda. Et hoc non mutetis nec differatis aliqua racione. Sciatis, enim, nos intellexisse quod comes Fuxensis misit vos rogare ut eatis iuvare ipsum contra illustrem regem Francie. Quare mandamus vobis et firmiter inhibemus quatinus ipsum comitem non iuvetis contra dictum regem Francie, pro eo quod dictus rex habet tantum nobiscum quod nolumus ut aliquis de terra nostra faciat ei malum vel terre sue. Alioquin sciatis quod displiceret nobis multum et acciperemus illud ita ac si illud contra nos faceretis.

Datum Exee, kalendas marcii, anno Domini M CC LXX primo.

1272, marzo 1. Ejea.**1845**

Jaime I, rey de Aragón, cita de nuevo al infante don Pedro debido al asunto de Fernando Sánchez, ya que en la anterior citación no compareció y envió representante.

ACA. Cancillería. Registro 18, f. 90v.

Publ.: CHABÁS, R., *El Archivo*, IV, PG. 301.

FONDEVILLA, "La nobleza catalanoaragonesa", *I CHCA*, II, pg. 1.104.-
HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.368.

Iacobus etc., karissimo et quamplurimum diligendo filio suo infanti Petro. Salutem et dileccionem. Iam per alias nostras litteras vobis missimus dicere quod veniretis ad nos ad X dies, post receptionem litterarum ipsarum, racione facti quod contra F. Sancii inceperatis et vos non comparuistis ante nos, set misistis nobis dicere per magistrum Templi et nobilem Iacobum de Cervaria, quod racione facti Turricelle et pro aliis negociis que in partibus illis habebatis expedire, oportebat vos ire et ibatis illuc, et si aliquis de vobis conquereretur, faceritis sibi in posse nostro iusticie complementum. Unde vobis taliter respondemus quod F. Sancii non fuit conquestus de vobis, set ostendit denunciando nobis factum predictum. Et nos ex officio nostro volumus, sicut debemus, procedere in eodem; quare dicimus et mandamus vobis atque rogamus quatenus, a receptione litterarum presencium in X dies, compareatis personaliter coram nobis, ubicumque nos fuerimus, paratus in negocio procedere antedicto, alioquin sciatis quod non possemus stare quin procederemus in facto predicto, prout facere debeamus.

Datum Exee, kalendas marcii, anno Domini M CC LXX primo.

1272, marzo 3. Ejea.**1846**

Jaime I, rey de Aragón, concede a Bernardo, abad del monasterio cisterciense de La Benissons-Dieu, plena licencia para comprar y recibir propiedades en el reino de Valencia hasta la suma de mil morabati-

nos, para la obra del monasterio Gloria Dei que debe ser fundado en dicho reino.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 14r.

Publ.: BURNS, R.I., *El Reino de Valencia en el siglo XIII*, II, doc. XVI.

Per nos et nostros, ad honorem Dei omnipotentis atque gloriose Virginis Marie matris eius et ob remedium anime nostre, damus et concedimus \vobis/ fratri Bernardo, abbati \monasterii/ Benediccionis Dei ordinis cisterciensis, et recipienti pro vobis et abbate ac conventu qui pro tempore fuerint in monasterio Glorie Dei ordinis predicti quod fundari debet in regno Valencie, plenam licenciam et potestatem emendi et aliter acquirendi ad opus dicti monasterii Glorie Dei, a quibuslibet civibus et aliis hominibus servicii nostri in civitate et quibuslibet aliis locis regni Valencie, alquerias et quaslibet alias hereditates et possessiones usque ad summam mille morabatinorum; et quod quilibet civis et alii homines servicii nostri possint vobis seu dicto monasterio Glorie Dei vendere et dare et [in] suis ultimis voluntatibus legare alquerias et alias hereditates et possessiones usque ad summam mille morabatinorum, dum tamen ex ipsis alqueriis et aliis hereditatibus et possessionibus que dicto monasterio dabuntur vel eciam dentur vel in ultimis voluntatibus dimittentur, non fiat nobis certus census. Sed nos de presenti laudamus, concedimus et confirmamus vendicionem et vendiciones et donaciones ac legata que vobis fient de predictis, ut dictum est, usque ad summam \mille morabatinorum predictorum/. Mandantes etc.

Datum Exee, V nonas marcii anno Domini M CC LXX primo.

1272, marzo 3. Ejea.**1847**

Jaime I, rey de Aragón, confirma al monasterio Gloria Dei, en el reino de Valencia, la donación que el caballero Peregrín de Montagud había hecho al abad de La Benissons-Dieu para ayudar a la fundación del primero.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 14r.

Publ.: BURNS, R.I., *El Reino de Valencia en el siglo XIII*, II, doc. XVII.

Per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus monasterio Glorie Dei ordinis cisterciensis et abbati et conventui eiusdem monasterii qui pro tempore fuerint, ipsam donacionem ipsi monasterio factam per Peregrinum de Monte Acuto militem, abbati Benediccionis Dei cum carta publica, ut in ea plenius continetur. Ita quod ipsam donacionem seu ea que dictus Peregrinus dicto monasterio dedit et dicto abbati habeat dictum monasterium Glorie Dei et abbas ac conventus eiusdem franca et libera et ab omni servitute remota. Mandantes firmiter etc.

Datum Exee, V nonas marcii anno Domini M CC LXX primo.

1272, marzo 5. Ejea.

1848

Jaime I, rey de Aragón, concede al monasterio de Gloria Dei, que debía edificarse en término de Carlet, un miliario de tierra en su entorno para sus propios usos y donde no puedan pastar los ganados ajenos sin permiso del mismo.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 14r.

Publ.: BURNS, R.I., *El Reino de Valencia en el siglo XIII*, II, doc. XVIII.

Per nos et nostros damus et concedimus monasterio Glorie Dei, quod edificari debet in termino de Carleto, unum miliare terre [a]d omnes partes termini seu tenencie ipsius monasterii. Ita videlicet quod ipsum miliare termini habeat dictum monasterium franchum et liberum in perpetuum, et aliquis non [mittat] nec faciat pascere ganatos in ipso termino absque voluntate et assensu abbatis et conventus dicti monasterii qui pro tempore fuerint, sed dictum monasterium et abbas et conventus eiusdem qui pro tempore fuerint, habeant ipsum terminum ad [proprios usus suos]. Hanc autem concessionem et gratiam facimus de cetero et facere intendimus sine preiudicio alterius. Mandantes etc.

Datum Exee, III nonas [marcii anno Domini M CC LXX primo]

1272, marzo 4. Ejea.

1849

Jaime I, rey de Aragón, concede a Juan Domínguez, servidor de su casa, un solar para uso de casa sito junto al mercado de Valencia, limitando con la iglesia de San Juan de la Boatella.

ACA. Cancillería. Registro 21, fol. 14r.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi, Johanni Dominici de domo nostra, et tuis imperpetuum, quodam patuum terre ad opus domorum, situm in mercatali Valencie, sicut affrontat in via ecclesie Sancti Johannis Valencie et in ipso mercatali et de duabus aliis partibus in viis publicis que transeunt coram domibus Guillermi Fusterii et Michelis del Caval. Quod patuum de celo in abisum habeatis tu et tui ad construendum ibi domos, cum introitibus, exitibus et melioramentis et pertinenciis suis universis; et ad dandum, vendendum, impignorandum et alienandum et ad omnes tuas et tuorum voluntates inde cui et quibus volueritis tu et tui penitus faciendas, exceptis militibus et clericis, sanctis et personis religiosis.

Mandantes firmiter baiulis, iusticiis, iuratis, alcaydis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta firma habeant et observent et faciant ab hominibus inviolabiliter observari, prout superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum Exee, III nonas marcii anno Domini millesimo CCº septuagesimo primo.

1272, marzo 13. Ejea.

1850

Jaime I, rey de Aragón, concede al concejo de la villa y aldeas de Morella que sólo ellos puedan hacer horno de goma en algún lugar del

término, así como cortar y sacar pinos fuera del mismo para su fabricación. Y que sólo los hombres de Morella y sus aldeas puedan talar madera para exportarla.

AHN. *Cód. 1126 B*, f. 28r.

Publ.: PUIG, J. pbro., “Senyors de Morella durant el segle XIII”, *BSCC* (1955), pg. 102.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros concedimus vobis, concilio ville et aldearum Morelle, presentibus et futuris, et statuimus quod nos, nech baiulus noster Morelle, nec aliqua persona pro nobis, nech aliquis homo ville vel aldearum Morelle aut alterius cuiuslibet loci, nec aliquis etiam miles, clericus vel religiosus non faciat, nec audeat vel possit facere de cetero furnum pegunte in aliquo loco termini, nec in eodem termino Morelle scindere pinus et portare extra ipsum terminum ad faciendum paguntam, ita quod hoc observetur dum utilitas fuerit dicte ville et nobis placuerit. Item, per nos et nostros concedimus vobis et vestris atque statuimus in perpetuum quod aliquis homo extraneus, qui non sit vicinus Morelle, non possit nec audeat in termino Morelle facere tallum fuste nec extrahere inde fustam, nissi homines Morelle et aldearum suarum termini. Et quicumque contra hoc venire atentaverit penam LX solidorum incurrat quandocumque et cuiuscumque hoc duxerit attemptandum et nichilominus fustam amittat; de qua pena nos habeamus duas partes et custos nemoris terciam partem. Mandamus firmiter baiulis, iusticiis et alcaidis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta omnia firma habeant et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari ut superius continetur. Et non contraveniant nech aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Datum Exee, III idus marcii anno Domini millesimo CC^o septuagesimo primo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli [et] domini Montispesulani.

Testes fuerunt: Eximenus de Orrea et Guillelmus Raymundi de Moncada. Periconus de Moncada. Berengarius Arnaldi de Anglesola. Ferricius de Licana.

Sig(*signo*)num Simoni de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hoc scribi fecit el clausit loco, die et anno prefixis.

1272, marzo 20. Grañén.

1851

Jaime I, rey de Aragón, cita al infante don Pedro por cuarta vez para tratar sobre el asunto de Fernando Sánchez.

ACA. *Cancillería. Registro 18*, f. 90.

Publ.: CHABÁS, R., *El Archivo*, IV, pg. 301.

FONDEVILLA, “La nobleza catalanoaragonesa”, *I CHCA*, II, pg. 1.106.- HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.369.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, etc. karissimo et quamplurimum diligendo filio suo infanti P. Salutem. Bene scitis nos misisse vobis litteras nostras de partibus Valencie et alias de villa Turolii ut ante nos venire deberetis racione facti quod inceperatis contra Ferrandum Sancii; et post modum misisse vobis alias nostras litteras de Exea per Fortunium de Ilerda, portarium nostrum, quod veniretis ante nos, paratus respondere super predictis, que inceperatis facere contra Ferrandum Sancii memoratum; super quibus nullum habuimus responsum vestrum. Quapropter mandamus vobis atque rogamus quatenus, visis presentibus, ante nostram presenciam apud Ilerdam personaliter veniatis paratus respondere super predictis, alioquin haberemus procedere contra vos racione predicta, prout fuerit faciendum, vestra ausencia non obstante.

Datum in Graynnen, XIII kalendas aprilis, anno Domini M CC LXX primo.

1272, abril 6. Lérida. 1852

Jaime I, rey de Aragón, ordena a Bernardo Guillem de Entenza que le devuelva la potestad del castillo de Viacamp.

ACA. Cancillería. Registro 18.

Publ.: FONDEVILLA, "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1.106.- HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.370.

Iacobus etc., nobili et dilecto Bernardo Guillelmi de Entenza. Salutem et dileccionem. Mandamus vobis firmiter quatenus, visis presentibus, omni excusacione et dilacione remotis, donetis nobis potestatem de castro de Viacamp, quod pro nobis tenetis, et Johanni de Setcastella, portario nostro, latori presencium, loco nostri, racione iniuriarum et maleficiorum que fecistis hominibus nostris et pro defectu servicii feudi, quod nobis facere recusatis a septem annis preteritis actenus. Et hoc aliquatenus non mutetis, alias sciatis quod contra vos procedemus, prout de iure fuerit procedendum.

Datum Ilerde, VIII idus aprilis, anno Domini M CC LXX secundo.

1272, abril 15. Agramunt. 1853

Jaime I, rey de Aragón, concede a Pedro López de Puigcerdá un solar en el valladar de Puigcerdá, junto a la iglesia y fuera del muro de la ciudad.

IEC. *Libre dels Privilegis de la insigne vila de Puigcerdá*, f. 6v.

Publ.: MARTI SANJAUME, *Dietari de Puigcerdá*, doc. 51.

Nos Iacobus, Dei gratia rex Aragorum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus tibi, Petro Luppi de Podiocerdano, et tuis in perpetuum, quoddam patuum in vallo Podiocerdani, iuxta ecclesiam et extra murum dicte ville, videlicet quatuor braciatas in latitudine et quatuor in longitudine,

contiguas domibus Bernardi Rovira, fusterii, ad censum illum videlicet quem alii qui ibidem habent domos ex donacione nostra nobis donant et dare tenentur pro qualibet braciata. Volentes et concedentes tibi et tuis quod dictum patuum terre habeatis ad faciendum et construhendum ibi domos et ad dandum, vendendum, impignorandum vel aliter alienandum et ad omnes tuas et tuorum voluntates libere perpetuo faciendas et sicut melius dici et intelligi potest ad tuum bonum et sincerum intellectum, exceptis militibus, clericis et personis religiosis et salvo nobis dicto censu, dominio, laudimio et fatica.

Datum in Acrimonte XVII^o. [kalendas] madii, anno Domini M^o CC^o LXX^o secundo.

1272, abril 18. Lérida. 1854

Jaime I, rey de Aragón, permite al obispo de Valencia hacer un horno en su palacio.

ACV. Perg. 4.655.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 979.

Noverint universi quod nos Iacobus... concedimus vobis, venerabili fratri A. episcopo valentino, quod possitis intus in domibus vestris Valencie facere... furnum unum in quo possitis panem vestrum seu vestre domus decoquere libere et sine contradicione ac impedimento alicuius persone; sed aliquis alius clericus, miles vel alia persona non possit in eo decoquere suum panem, nec faciatis portam in dicto furno, que respondeat in via aliqua civitatis.

Datum Ilerde, XIII kalendas madii, anno Domini M^o CC^o LXX^o secundo.

1272, abril 18. Lérida. 1855

Jaime I, rey de Aragón, confirma sus feudos a los nobles valencianos y recibe por ello veinte mil sueldos.

ACV. Perg. 6.001.- Cancillería. Registro 21, f. 23r-v.
 Publ.: BOFARULL, *CO.DO.IN.*, XI., 145.-
 HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 980.

Noverint universi quod nos Iacobus ... laudamus, concedimus et confirmamus vobis, universis et singulis nobilibus sive richis hominibus et militibus ac infançonibus habitantibus et hereditates seu possessiones habentibus in regno Valencie, omnia castra vestra, alquerias et turre, vineas ac domos, ortos, campos atque reallos et quaslibet alias hereditates et possessiones vestras, que, quas et quos habuistis et tenuistis hactenus et hodie tenetis et possidetis, cum titulo vel sine titulo, quacunque ratione vel modo in civitate et quibuslibet locis aliis regni Valencie memorati, concedentes per nos et nostros heredes et successores et indulgentes vobis et vestris ac imperpetuum statuantes quod nos vel nostri heredes seu successores non possimus dicta vestra castra, alquerias, turre, vineas, domos, ortos, campos atque reallos vel alias hereditates seu possessiones vestras, que, quos et quas hodie tenetis et possidetis, sogegiare aut recognoscere vel facere sogegiari aut recognosci de cetero; et quod vos vel vestri non teneamini de cetero nobis vel nostris successoribus ostendere aliquo tempore cartas aliquas vel albaranos donacionis, particionis hereditatum seu possessionum vestrarum predictarum, quas in dicto regno, ut dictum est, possidetis hodie seu tenetis, nostras scilicet, vel parentum nostrorum. Nos, enim, ipso omnia que hodie in dicto regno tenetis de presenti damus noviter, laudamus, concedimus, firmamus et volumus ut presens carta vobis et vestris semper habeatur pro titulo predictorum et quod vos et vestri successores habeatis teneatis, possideatis, expletetis, tanquam rem vestram propriam, predicta omnia et singula, que in dicto regno tenetis hodie et possidetis, cum titulo vel sine titulo vel alia qualibet ratione vel modo, ut dictum est, sicut ea hodie melius tenetis et possidetis et absque omni nostro et nostrorum successorum inquietacione recognoscendi et sogegiandi ea et aliorum eciam quorumlibet propter que vos vel vestros in ipsis inquietare possemus usque modo et ad omnes eciam vestras et vestrorum voluntates inde cui et quibus volueritis faciendas penitus, exceptis clericis et personis

religiosis, vobis tamen facientibus aliis querelantibus inde vobis iusticie complementum.

Item, absolvimus eciam per nos et nostros et remittimus ac definimus vobis et vestris in perpetuum omnem petitionem et demandam, quam ratione quantitatis quam ultra vestras cartas invenimus in vestris hereditatibus et possessionibus modo quando ipsas recognosci fecimus et sogegiari vel quia aliquas hereditates emistis ab hominibus nostri servicii vel aliter ab ipsis vel aliis personis adquisivistis vel alia qualibet ratione, occasione ipsius sogegiamenti et recognicionis habebamus in ipsis vestris hereditatibus et possessionibus vel movere contra vos aut facere poteramus.

Item, volumus et concedimus vobis et vestris quod possitis uti et utamini embannis et portallis faciendis, secundum quod hoc hominibus civitatis et villarum nostrarum regni Valencie concessimus cum carta nostra, ut in ea continetur, et quod pro embannis et portallis vestris iam per vos factis usque modo nullam vobis et vestris possimus nos vel nostri petitionem aut demandam facere vel movere et sic vobis et vestris facimus super predictis omnibus et singulis bonum finem et firmum pactum semper de non petendo in iudicio vel extra, sicut melius et utilius dici, scribi, intelligi potest ad vestrum et vestrorum bonum et sanum et sincerum intellectum. Est, tamen, sciendum quod propter huiusmodi confirmacionem, concessionem et absolucionem non intelligimus concedere nec absolvere vobis nec vestris fraudem vel iniuriam nobis factam in furnis, molendinis et operatoriis, que a nobis tenentur ad censum nec in nostris feudis vel censibus aut aliis regaliis nostris in quibus aliquis nobis iniuriam fecerit, immo retinemus nobis et nostris quod ipsam iniuriam et fraudem, siquam in ipsis furnis, molendinis et operatoriis, que a nobis tenentur ad censum vel in nostris aliis censibus, feudis atque regaliis, nobis factam esse invenerimus, nos vel nostri petere valeamus; et intelligimus regalias nostras esse ea que pro nobis tenentur ad censum vel ad certam partem fructuum sive reddituum vel ad certum servitium vel ad violarium vel ad feudum. Et ad maiorem horum firmitatem, predicta attendenda et servanda iurari facimus ab Arnaldo Scriba, baiulo Valencie, in animam nostram. Ad hec ego, Arnaldus Scriba

predictus, de mandato dicti domini regis et in eius presencia, tactis a me sacrosanctis IIII evangeliis et cruce Domini, iuro in animam ipsius domini regis quod idem dominus rex et sui predicta omnia et singula firma habebunt et observabunt et non contravenient nec aliquem contravenire permitent aliqua racione. Insuper eciam nos Iacobus, rex predictus, recognoscimus et confitemur nos habuisse et recepisse a vobis, richis hominibus, militibus et infancionibus predictis, racione predicta, viginti milia solidorum regalium Valencie, de quibus vestri bene paccati sumus nostre voluntati. Mandamus, itaque, baiulis, iusticiis, iuratis, alcaldis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta omnia et singula firma habeant et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum Ilerde, XIII kalendas madii, anno Domini M C C L X X secundo.
Signum (*signo*) Iacobi...

Testes sunt: R. de Montecatano. Guillelmus Raimundi de Montecatano. Berengarius Arnaldi de Angularia. Bernardus de Malloleone. S. Martini de Oblitis.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui hoc scribi fecit.

1272, abril 20. Lérida.

1856

Jaime I, rey de Aragón, confirma al abad y convento del monasterio de Poblet la donación que del mismo les hiciera Ramón Berenguer, así como de las restantes posesiones que en ese momento tienen.

AHN. Clero, Poblet. Carp. 2277, núm. 10.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus vobis, venerabilibus et dilectis fratri A., abbati, et conventui monasterii Populeti et vestris

successoribus imperpetuum, per franchum et liberum alodium, monasterium vestrum Populeti cum suo nemore, sicut melius et plenius comes Barchinone, bone memorie, dedit illud ipsi monasterio; et grangiam de Milmanda et grangiam Rivi Apis et grangiam de Tellano et grangiam de Castro Follito et grangiam de Pinna et grangiam Mediam cum omnibus suis terminis; et villam de Vinbodino, cum hominibus et mulieribus ibidem habitantibus et habitaturis et cum omnibus redditibus, exitibus et iuribus ac terminis et pertinentiis suis; et castrum et villam de Terrers et castrum de Fullea et castrum de Corrego et castrum de Torrelles et partem quam habetis in villa de Vinaxa et partem quam habetis in castro et villa de Valclara et castrum et villam de Velloello et grangiam de Servolis et grangiam de Fumada et castrum et villam de Juncosa et mansum de Mombelet et covam cum molendinis et pertinentiis suis et quicquid habetis in Spellunca Francolini, tam superiori quam inferiori et dominicaturam de Apiera et mansum de Montornes et quicquid habetis in villa Montisalbi et in terminis suis et in conca de Barberano et grangiam de Dol de Lops, cum molendinis et terminis suis, et quicquid habetis in campo Terracone et mansum de Podio Dezpi et quicquid habetis in Villa Francha de Penedes et mansum de Bass et totum illud quod habetis in civitate Dertuse et terminis suis et cellarium sive grangiam de Ferran et domos et dominicaturas quas habetis in civitate Ilerde et terminis suis et omnia etiam et singula alia que ibidem habetis; et grangiam de Viverol et turrim vocatam de Estopaynnano, cum omnibus terminis suis; et quicquid habetis in Oscha et Montsono et cellarium, vineas et redditus que habetis in Alguayra et grangiam de Torredano cum omnibus terminis suis et villam de Fuliola et decimam de Menargiis, cum cellarium quod ibi habetis et grangiam sive cellarium de Orta et quicquid habetis in villa de Balaguario et terminis suis et villam de Belcayre et villam de Faneta, cum terminis suis; et illa quatuor kaficia frumenti annualia que habetis et percipitis in granero de Lineola et decimam et redditus quam et quos percipitis in Borcench et quadram de Finestris et quicquid habetis in castro de Castelsera et castrum sive turrim de Carrazumat et quicquid habetis in villa de Acrimonte et terminis suis et villam de Montsasar cum

terminis suis et grangiam de Barbenz cum terminis suis et castrum de Verduno cum terminis suis et vineas et redditus quas et quos habetis in villa de Tarrega et in terminis suis et omnes mansos quos habetis in Berguedano et domos et quicquid habetis in Bergua et terminis suis et villa de Hix cum terminis suis et quicquid habetis in villa Podiiceritani et terminis suis et portus de Valmerans et portus de Subira et portus de Lanos et portus de Reda, cum terminis et pertinentiis eorum et portus de Peguera cum aliis omnibus que ibi habetis et hominem quod in Gerunda habetis et castrum sive villam de Momblanquet cum terminis suis et castrum sive villam de Senan cum terminis suis et grangiam de Manresana cum terminis suis et dominicaturam que fuit Petri d'Espigol et dominicaturam de Pinello et quicquid habetis in juderia Barbastri et furnos quos habetis in Prades et omnes alios redditus quos in Prades et terminis suis habetis.

Predicta itaque omnia, tam castra, villas, grangias et hereditates, quam alia superius nominata, necnon et omnia et singula alia que justo titulo ubique habetis et tenetis in terra et iurisdictione nostra, vobis dictis abbati et conventui et vestris successoribus imperpetuum ac dicto monasterio Populeti laudamus, concedimus et confirmamus per nos et nostros successores pro ut melius et plenius ea habuistis et tenuistis usque nunc per franchum scilicet et liberum alodium, cum hominibus omnibus et feminis in dictis locis habitantibus et habitaturis et cum omnibus redditibus et exitibus terminis suis et pertinentiis universis ac aliis quibuslibet iuribus eorundem, sicut melius et plenius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque et dicti monasterii bonum et sincerum intellectum.

Mandantes vicariis, baiulis, curiis, paciariis, iusticiis et iuratis ac universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predictam confirmationem nostram firmam habeant et observent et faciant inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. Est tamen sciendum quod per huiusmodi confirmationem non intelligimus absolvere ius et censum que habemus in furnis de Prades supradictis, immo ipsum ius et censum nobis et nostris retinemus atque salvamus.

Datum Ilerde, duodecimo kalendas madii, anno Domini M° CC° LXX° secundo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: R. de Moncada. Berengarius Arnaldi de Angularia. G. R. de Moncada. Gaucerandus de Pinos. Bernardus de Malo Leone.

Sig(*signo*) num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scripsit et clausit loco, die et anno prefixis.

1272, abril 24. Lérida.

1857

Jaime I, rey de Aragón, regula el uso del horno de Collioure.

ACCII. *Cartulaire Catalan*, f. 3.

Publ.: ALART, *Privileges et Titres*, 1, pg. 315.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.371.

En Jacme, per la gracia de Deu, rey d'Arago, de Mayllorche e de Valencie, comte de Barchelona e d'Urgell e senyor de Montpesller, al fidel seu en Martin del Trillar, batlle de Perpenya e de Cochliure. Salut e gracia. Manam vos que lexets los homes de Cochliure posar e constituyr e ordenar manater ho missatge, qui man als homes e fembres del dit loch que venguen a certas horas dels dies a coure lur pan al nostre forn del dit loch, tota vegada que aquell en asso constituyr e ordenar volran, axi quant en tro ara han acostumat de fer. E contra lur costuma ho hus vos qui manater alcun ho missatge no possets, ne sobra neguna cosa innovets ne embargament alcun fassats e asso en neguna manera no mudets.

Data Leyda, a VIII kalendas de may, en l'ayn de Nostre Senyor M CC LXX II.

1272, abril 25. Lérida.**1858**

Jaime I, rey de Aragón, absuelve a la orden del Temple de toda demanda que se le haga referente a la bailía y ciudad de Tortosa.

ACA. Cancillería. Registro 310, f. 56v.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros absolvimus et diffinimus ac remittimus vobis, fratri A. de Castro Novo, magistro milicie Templi in Aragonia et Cathalonia, et fratribus eiusdem ordinis imperpetuum, omnes petitiones et demandas reales et personales, directas vel indirectas et cuiuscumque generis vel speciei sint, quas habemus et habere, facere vel movere possumus vel possemus contra vos seu Templum aut bona sua, occasione seu racione baiulie et civitatis Dertuse, quicumque modo vel quacumque racione vel causa, racione scilicet reddituum servitorum et donorum et quorumlibet aliorum propter quam racione dicte baiulie usque in presentem diem quo presens scribitur carta vobis vel vestris petitionem seu demandam possemus facere vel movere racione predictae civitatis et baiulie Dertuse. Facientes inde vobis et Templo semper bonum finem et firmum pactum de non petendo, ita videlicet quod racione predicta non possimus vobis vel fratribus aut rebus Templi facere vel movere unquam petitionem aliquam nec demandam, set sitis inde vos et fratres Templi presentes et futuri liberi et immunes ac perpetuo penitus absoluti, sicut melius et utilius dici, scribi et intelligi potest ad vestra et vestrorum bonum et sanum ac sincerum intellectum. Retinemus tamen in huiusmodi absolucione quod non intelligimus diffinite vobis petitione quam vobis facimus super domibus quas petimus in zuta Dertusie, nec emptiones vel adquisiciones per vos vel fratres Templi factas in Dertusia vel terminis suis, post cartam compositionis factam inter nos et fratrem G. de Montaynana, olym magistrum Templi usque modo, in quibus emptionibus et adquisicionibus nos medietatem retinemus. Nos tamen ipsas empciones vel adquisiciones confirmaremus vel concesseremus.

Et sic volumus et concedimus, per nos et nostros vobis et vestris successoribus, quod homines Mirabeti et de Orta non teneantur emere de sale nostrarum salinarum, nec ire pro sale eis necessarium emere in Dertusa et sale Dertusia uti et non aliqua.

Mandantes firmiter vicariis, baiulis, curiis, iusticiis, iuratis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta omnia firma habeant et observent et faciant ab omnibus observari inviolabiliter, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum Ylerde, VII kalendas madii anno Domini M° CC° LXX° II°.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Huius rey testes sunt: R. vicecomes Cardone. P. de Montecatano. P. de Berga. R. de Montecatano. Berengarius de Angularia.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1272, abril 25. Lérida.**1859**

Jaime I, rey de Aragón, confirma a la orden del Temple la posesión de todos sus bienes.

ACA. Cancillería. Registro 310, f. 57r.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus vobis, fratri A. de Castro Novo, magistro milicie Templi in Aragonia et Catalonia, et fratribus eiusdem ordinis imperpetuum, omnia castra et totas hereditates et possessiones que et quas habetis hodie et tenetis et possidetis ex donatione nostra vel nostrorum antecessorum, que et quas, iusto titulo, usque hodie adquisistis a quibuscumque personis atque tenetis. Ita ut eas habeatis, teneatis,

possideatis et expletetis in pace et sine contradictione et impedimento alicuius persone vobis facientibus inde querelantibus vestris complementum iuris sicut debeatis nisi partes convenirent quod coram nobis vel nostris causa tractaretur.

Mandantes firmiter vicariis, baiulis, curiis, iusticiis, iuratis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta omnia et singula firmam habeant et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum Ylerde, VII kalendas madii anno Domini M° CC° LXX° II°.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Huius rey testes sunt: R. vicecomes Cardone. P. de Montecatano. P. de Berga. R. de Montecatano. Berengarius Arnaldi de Angularia.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1272, mayo 1. Montpellier.

1860

Jaime I, rey de Aragón, autoriza a los hermanos Faure para acuñar millareses en Aragón a cambio de un censo anual de sesenta morabetinos de oro.

ACA. Cancillería. Registro 12, f. 38.

Publ.: BOTET I SISÓ, J., "Les monedes catalanes", II, pg. 956.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.372.

Per nos et nostros concedimus vobis, G. Faure, A. Faure et Bernardo Faure, fratribus, mercatoribus Sancti Antonini, quod omnes insimul vel alter vestrorum possitis facere operari et cudi libere et sine alicuius contradictione et impedimento monetam argenti, que vocatur miliarensis, ad legem, videlicet, decem denariorum tantum ita, tamen, quod in XII miliarensibus inveniantur X denarii miliarenses argenti fini, sicut afinatur argentum

in Montepesulano; et dictam monetam operari et cudi faciatis in quocumque loco tocius regni Aragonis magis vobis videbitur faciendum; nos, tamen, ponamus et possimus ibi ponere custodiam, quam velimus, que custodiat et videat quod dicta moneta fiat et operetur bene et legaliter ad legem superius comprehensam. Pro predicta, itaque, concessione donetis et dare teneamini nobis et nostris quolibet anno, per censum, in festo sancti Michaelis septembris, LX morabatinos alfonsinos boni auri et iusti ponderis. Verum si racione guerre vel qualibet iusta alia racione vos a dicto opere cessare oportuerit, volumus quod non teneamini nobis nec nostris solvere dictos LX morabatinos, nisi tantum secundum tempus quo ipsam monetam miliarensis feceritis operari; et sic, vobis complentibus nobis et nostris ea omnia que superius continentur, promittimus vobis in fide et legalitate nostra quod vobis dictam monetam seu officium eiusdem non auferemus nec alicui alii dabimus licenciam operandi vel cudendi in toto regno Aragonis monetam miliarensis et quod contra predicta nec aliquid predictorum non veniemus nec venire aliquem permitemus aliqua causa vel aliqua racione, recipientes vos et omnes operarios et officiales dicte monete, et eciam omnes illos qui ad dictam monetam argentum aportaverint, in nostro speciali guidatico et comenda, ita quod eundo, stando et redeundo sint salvi pariter et securi. Ad hec, igitur, nos, G. Faure, A. Faure et Bernardus Faure predicti, convenimus et promittimus vobis, domino Iacobo etc. predictos morabatinos solvere in termino prenotato et attendere et complere ea omnia que superius continentur.

Datum in Montepesulano, kalendas madii, anno Domini M CC LXX secundo.

1272, mayo 9. Barcelona.

1861

Jaime I, rey de Aragón, autoriza a P. Andrés, platero de Pamplona, y a su hijo a acuñar mazmudinas en Barcelona por un tiempo de doce años, pagando un morabetino de oro por cada marca de mazmudinas acuñada.

ACA. *Cancillería. Registro 21*, f. 32.

Publ.: BOTET I SISÓ, J., “Les monedes catalanes”, II, pg. 961.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.373.

Per nos et nostros, damus et concedimus vobis, P. Andree, argentario Pampilone, et Petro A., filio vestro, licenciam et plenum posse faciendi, cudendi et operandi monetam auri, videlicet, macemutinas duplices et simplices, hinc ad XII annos, intus civitatem Barchinone, que sint de lege et pensu, de quibus sunt duplices del Mir; ita, tamen, quod pro unaquaque marcha macemutinarum predictarum donetis nobis unum morabatinum in auro. Et sic volumus quod predicta facere possitis per totum spacium dicti termini. Mandantes etc.

Datum Barchinone, VII idus madii, anno Domini M CC LXX secundo.

1272, mayo 9. Barcelona.

1862

Jaime I, rey de Aragón concede salvoconducto a todos aquellos que lleven oro para acuñar a Barcelona.

ACA. *Cancillería. Registro 16*, f. 104, v.

Publ.: BOTET Y SISÓ, J. “Les monedes catalanes”, III, 265.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.374.

Universis officialibus etc. Salutem et gratiam. Noveritis nos recepisse sub nostra protectione regali et guidatico speciali omnes illos qui venerint ad monetam macemutinarum, quam in Barchinona cudi facimus et operari, et aurum aportaverint ad dictam monetam. Quare mandamus vobis quatenus non faciatis eisdem impedimentum aliquod vel contrarium in aliquo loco nostre iurisdictionis ratione pedagii et lezde vel alia ratione, nisi principales etc., nec eiam in his casibus, nisi prius in ipsis fatica inventa fuerit de directo. Et hoc non mutetis aliqua ratione.

Datum Barchinone die et anno quo supra [VII idus madii, anno Domini M CC LXX secundo].

1272, mayo 9. Barcelona.

1863

Jaime I, rey de Aragón, permite a la judería de Barcelona que puedan elegir dos jueces.

ACA. *Cancillería. Registro 14*, f. 140 r.

Publ.: BOFARULL. “Jaime I y los judíos”, *I CHCA*, II, pg. 914.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.375.

Nos Iacobus, Dei gracia rex. etc., intellecto quod denunciatum fuit Guillelmo Grunni, baiulo Barchinone, quod plures iudei stulti erant in callo iudaico Barchinone, qui tam de die quam de nocte, propter stulticiam eorum faciebant aliis probis hominibus iudeis multas iniurias et opprobia seu contumelias; volentes dictas stulticias predictorum malorum iudeorum evitare et bonas consuetudines inter iudeos diucius obtentas, de bono in melius reformare, ad instanciam universitatis predictorum iudeorum Barchinone, sic duximus perpetuo statuendum, quod de cetero dicta universitas, quandocumque et quocienscumque voluerit, cum alarma seu excommunicacione, sicut inter dictos iudeos est fieri consuetum, possit eligere, ponere seu constituere unum vel duos aut plures probos homines iudeos, fideles et legales et, si necesse fuerit, pro tempore ipsos inde remove et alios loco eorum substituere, qui laborent, videant et cognoscant in omnibus illis pravis iudeis stultis et qui dixerint et fecerint die noctuque verbo vel facto aliis probis hominibus iudeis, tam intus callum iudaicum quam extra, aliquas iniurias vel opprobia et quod ordinent et contingant ac cessent peccata, sutzures et quelibet alia, que sint vel spectent contra legem iudeorum et bonas consuetudines legis iudeorum inter eos diucius obtentas et observatas et eiam ordinent quecumque alia, qua ad commodum aliame predictorum iudeorum cedant pariter et honorem et utilia proponendo et quod possint eiam ponere bannum sive penam super illis pravis stultis, prout de eorum fuerit voluntate, quam penam sive bannum habeamus nos et baiulus noster Barchinone loco nostri. Preterea predicti iudei, qui in predictis fuerint per predictos homines iudeos seu per dictam universitatem electi seu constituti, possint predictos iudeos stultos auctoritate nostra eicere seu expellere

de callo iudaico ac etiam extra totam civitatem, secundum quod eis melius visum fuerit expedire et eos compellere per alatmam et aliud vetamentum sive per manuz, promittentes ratum et firmum habere quidquid actum vel ordinatum fuerit per dictos iudeos, qui in dicto officio sive negocio electi fuerint, ut est dictum. Mandantes firmiter vicario, baiulo et aliis officialibus et subditis nostris Barchinone, tam presentibus quam futuris, nec non et toti aliame iudeorum predictorum Barchinone quod predicta omnia et singula firma habeant et observent et faciant inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant modo aliquo vel racione si de nostri confidunt gracia vel amore. Nos, enim, cum presenti carta laudamus, concedimus et confirmamus instrumentum per Guillelmum Grunni, baiulum nostrum Barchinone, factum et concessum super predictis, aliame dictorum iudeorum et omnia que usque nunc racione dicti instrumenti facta sunt inter eos racionibus antedictis, tam in eleccionibus quam vetamentis et alatmis positis inter ipsos et alios quoscumque.

Datum Barchinone, VII idus madii, anno Domini M C C LXX secundo.

1272, mayo 9. Barcelona.

1864

Jaime I, rey de Aragón, concede a los judíos de Barcelona que no puedan ser sujetos a cuestión o tormento por ningún baile o veguer de dicha ciudad sin juicio previo de juez.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 33v.

Publ.: BOFARULL. "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 915.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.376.

Per nos et nostros concedimus et indulgemus vobis, universis et singulis iudeis Barchinone nostris, presentibus et futuris, quod nunquam de cetero aliquis iudeus ponatur ad questionem sive tormentum per baiulum vel per vicarium Barchinone racione alicuius culpe vel criminis, sive illud crimen vel culpam commiserit sive non, nisi prius, per iudicem ad illud assignatum, fuerit iudicatum ipsum iudeum debere poni ad questionem

sive tormentum predictum, concesso etiam prius et assignato eidem iudeo advocato, qui pro ipso advocet et ipsum in suo iure deffendat. Mandantes vicariis, baiulis, curiis et universis aliis officialibus et subditis nostris Barchinone, presentibus et futuris, quod predictam concessionem nostram et omnia alia supradicta firma habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant modo aliquo vel racione si de nostri confidunt gracia vel amore.

Datum Barchinone, VII idus madii, anno Domini M C C LXX secundo.

1272, mayo 12. Gerona.

1865

Jaime I, rey de Aragón, da licencia pobladora a Cardedeu para que sea edificada la villa.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 34v.

Publ.: BOFARULL, *CO.DO.IN.* VIII, pg. 140.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 981.

Noverint universi quod nos Iacobus... ad honorem domini nostri Ihesu-christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret et ad utilitatem terre nostre et hominum nostrorum presencium et futurorum, facimus, edificamus et construimus villam et fortitudinem, cum muro et vallo ac omnibus aliis necessariis suis in termino castris Villemaioris, in loco qui dicitur Cardedol; et ad opus operis predictorum muri et valli damus et assignamus omnes redditus et exitus nostros ville predicte de Cardedol et Franquedarum de Vallesio et de Maresmo, de speciali gracia, hinc ad IIII annos primos venturos et continue completos; qui redditus et exitus volumus quod congregentur et recipiantur de cetero per omnes predictos IIII annos per manum Bernardi de Montils et Petri de Ledono et ponantur in opere antedicto, quoniam nos ipsos facimus et constituimus procuratores operis antedicti, dantes et concedentes eisdem licenciam et plenum posse faciendi dictum murum et vallum in circuitu ipsius ville et transeundi ipsum murum et ipsum vallum per quecumque loca ipsi voluerint et prout eis

ad utilitatem ipsius ville visum fuerit faciendum. Et insuper volumus quod caminus publicus qui vadit de Barchinona ad Sanctum Celedonium transeat de cetero per villam predictam de Cardedol et quod predicti Bernardus de Montils et Petrus de Ledono scindant et scindere possint seu trencare caminum seu viam antiquam, per quam modo itur de Barchinona ad Sanctum Celedonium in illis, videlicet, locis ubi eis visum fuerit faciendum, ob hoc, ut omnes transeuntes seu euntes et redeuntes de Barchinona ad Sanctum Celedonium transeant et transire eos oporteat per villam predictam de Cardedol. Prohibentes firmiter et statuentes quod de cetero nullus sit ausus transire per predictum caminum vetus sed per predictam villam de Cardedol, ut superius est dictum, cum aliquibus bestiis oneratis vel aliter modo aliquo vel racione. Quod qui fecerit, penam inferius positam solvat nobis, quocienscumque transgressor fuerit huius nostre prohibicionis seu mandati, videlicet, ille qui transierit equitando extra dictam villam solvat II solidos pro pena et ille qui transierit pedes, extra villam dictam solvat XII denarios pro pena et ille qui transierit extra dictam villam cum bestia onerata solvat V solidos; quam penam volumus quod colligat et percipiat pro nobis et loco nostri baiulus eiusdem ville. Item, ad utilitatem ipsius ville et habitatorum eiusdem, damus et concedimus hominibus ipsius ville et termini sui imperpetuum firam et mercatum, qui mercatus fiat et celebretur in dicta villa de cetero omnibus diebus mercurii uniuscuiusque septimane et dicta fira fiat et celebretur quolibet anno in festo Sancte Crucis mensis septembris et duret III dies; et omnes illi qui venerint cum mercibus vel aliis rebus suis ad dictum mercatum et ad dictam firam, sint franchi ab omni lezda in dicta villa hinc ad IIII annos, mensuratice excepto. Nos, enim, recipimus sub nostra protectione, comanda et guidatico speciali omnes mercatores et alios qui venerint ad dictam firam et ad dictum mercatum, cum omnibus mercibus et rebus suis, in veniendo, stando et redeundo. Itaque nullus, confidens de nostra gracia, sit ausus ipsos vel aliquem ipsorum seu merces vel res eorum in aliquo loco capere, invadere, detinere, marchare vel pignorarere seu aliter impedire culpa et crimine vel debito alieno, nisi principales debitores fuerint vel pro aliis fideiussores constituti

nec eciam in hiis casibus, nisi prius in ipsis fatiga inventa fuerit de directo. Excipimus, tamen, de isto guidatico homicidas et proditores, robadores et banditos nostros. Item, infranquimus et franchos facimus de speciali gracia, hinc ad IIII annos primos venturos et continue completos, omnes et singulos habitatores ville predictae de Cardedol et termini ac pertinenciarum eiusdem ab omni peita, questia, cena et qualibet alia exaccione regali, ita quod, infra predictos IIII annos, non donent nobis nec nostris nec dare seu solvere teneantur racionibus supradictis, immo a predictis omnibus et singulis sint quitii, liberi et penitus absoluti per omnes predictos IIII annos, sicut melius et utilius dici vel intelligi potest ad eorum bonum et sincerum et utile intellectum. Mandantes, etc.

Datum Gerunde, IIII idus madii, anno Domini M CC septuagesimo II.

1272, mayo 14. Gerona.

1866

Jaime I, rey de Aragón, ordena a sus oficiales que respeten a Bernardo de Bañolas, ciudadano de Gerona, todos sus títulos de posesión, en virtud de su concesión a los ciudadanos gerundeses de respetar todas aquellas heredades que poseyeren desde hacia cuarenta años.

AMG. *Llibre Verd*, f. 7.

Publ.: BATLLE I PRATS, L., "Jaume I en lo cartoral 'Llibre Verd' de l'arxiu municipal de Girona", *X CHCA*, 4, 5 y 6 (1976), pgs. 382-383.

D'aquells qui han poseit per espai de XL anys.

Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Monstispesulani, fidelibus suis vicariis, baiulis et universis aliis officialibus nostris Gerunde, presentibus et futuris. Salutem et gratiam. Cum nos concesserimus ac laudaverimus universis et singulis concivibus Gerunde de nostra indulgencia speciali cum instrumento nostro omnes possessiones quas per spacium quadraginta annorum tenuerunt

ipsi vel antecessores eorum per quoscumque dominos sine mala voce et interruptione aliqua, ut in dicto instrumento nostro lacius continetur. Volumus et vobis firmiter dicimus et mandamus quatenus dictum instrumentum observetis et observari faciatis Bernardo de Banyolis, civi Gerunde, in facto possessionum suarum quas ipse vel antecessores sui tenuerunt per spacium predictorum quadraginta annorum sine mala voce ut superius est expressum. Et hoc non mutetis aliqua ratione si de nostra confiditis gratia vel amore, immo volumus quod istud modis omnibus compleatis et observetis non obstante aliquo mandato in contrarium facto.

Datum Gerunde, pridie idus madii anno Domini M^o CC^o LXX secundo.

1272, mayo 15. Gerona.

1867

Jaime I, rey de Aragón, recibe dos mil sueldos barceloneses de terno del tributo que los judíos de Gerona y Besalú debían al infante don Pedro.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 37.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 917.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.377.

Nos Iacobus etc. recognoscimus et confitemur vobis, secretariis et toti aliame iudeorum Gerunde et Bisulduni, quod compulsi et districti a nobis et per nos dedistis et solvistis nunc nobis, in Gerunda, duo mille solidos Barchinonenses de terno de tributo quod in proximo venturo festo sancti Iohannis Babbiste dare debebatis atque solvere karissimo filio nostro infanti Petro; quos quidem duo mille solidos Barchinonenses racione prefati filii nostri a vobis habuimus et habere voluimus de tributo predicto. Et ideo promittimus vobis servare vos indemnes de omnibus predictis duobus mille solidis et respondere pro vobis inde dicto filio nostro et ponere nos ante vos contra dictum filium nostrum et contra omnes alios qui petitionem aliquam vobis fecerint vel facere voluerint de duobus mille solidis antedictis.

Datum Gerunde, idus madii, anno Domini millesimo CC LXX secundo.

1272, mayo 15. Gerona.

1868

Jaime I, rey de Aragón, vuelve a legislar sobre los procedimientos judiciales a los que deben estar sometidos los judíos de Gerona y Besalú.

ACA. Cancillería. Registro 14, f. 128.

Publ.: BOFARULL. "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 916.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.378.

Noverint universi quod, cum nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, etc. concesserimus toti aliame iudeorum Gerunde et Bisulduni quod super petitionibus, questionibus et demandis, averis vel honoris que moveantur inter illos vel aliquos eorumdem, pars conventa, non possit compelli vel distingui ad faciendum ius nisi in posse iudicum iudeorum. Idcirco, per nos et nostros constituimus, volumus et mandamus quod si aliqui iudei vel iudee, cuiuscumque loci fuerint, moverint vel fecerint petitionem aliquam vel demandam de cetero contra aliquem vel aliquos iudeorum vel iudearum Gerunde et Bisulduni vel contra aliquem aliorum locorum ad eorum collectam pertinencium vel contra eorum bona, quod ille iudeus vel iudea contra quem vel quam illa peticio vel demanda moveretur, non possit compelli ad faciendum ius illi querelanti, nisi in posse iudicum iudeorum et secundum ius iudeorum, sive quod ille conquerens sit de iudeis Gerunde et Bisulduni vel quorumcumque aliorum locorum. Item, volumus et mandamus quod si ille conquerens iudeus vel iudea, quicumque fuerit, dederit suum locum alicui iudeo vel eciam christiano contra aliquem iudeorum Gerunde et Bisulduni vel aliorum locorum ad eorum collectam pertinencium super aliquibus petitionibus et demandis averis vel honoris, quod ille iudeus vel iudea, contra quem vel quam illa demanda moveretur, non possit compelli ad faciendum ius illi querelanti hanc cessione vel non, nisi in posse iudicum iudeorum et secundum ius iudeorum. Et ad cessandum quod aliquis iudeus vel iudea contra predicta venire non valeat in futurum, damus licenciam et plenariam potestatem iudeis Gerunde et Bisulduni quod ponant super his cessandis vetamenta, excomunicaciones et alatmes, que hebrayce vocantur

herem et nicduy et penam peccuniarum que sit nostra; in his, tamen, non intelligimus aliquam demandam iniuriarum, que de iudeo fieret ad iudeum verbo vel facto. Mandantes vicario, baiulo, iudicibus, curiis et aliis officialibus nostris, presentibus et futuris, quod predicta observent et faciant, ut supra dicitur, inviolabiliter observari et quod aliquem contravenire non permittant.

Datum Gerunde, idus madii, anno Domini millesimo CC LXX secundo.

1272 mayo 21. Perpiñán.

1869

Jaime I, rey de Aragón, sentencia sobre el arrendamiento de las rentas del monasterio de Cornellá.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 37v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 117.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.379.

Iacobus etc. fidelibus suis, vicariis, baiulis et universis aliis officialibus et subditis nostris Ceritanie et Confluentis et eorum locum tenentibus, presentibus, videlicet et futuris, ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Cum intellexerimus quod Bernardus, prior monasterii de Corneliano, una cum Raymundo Forte, procuratore eiusdem monasterii a nobis constituto, vendicionem fecisset ad tres annos de redditibus et exitibus ipsius monasterii Iacobo Romei de Villafrancha et Mayro Massolam, iudeo eiusdem loci, pro novem millibus et sexcentis solidis malgurensibus quolibet anno, non, tamen, de assensu et voluntate canonicorum eiusdem monasterii, ut fieri debebat, et modo prefatus prior, de assensu et voluntate dictorum canonicorum et ipsi canonici cum eo dictos redditus et exitus predicti monasterii venderint seu vendere intendunt ad septem annos Mayro Massolam predicto et Salomoni de Soals de Perpiniano et quibusdam aliis pro decem milibus ducentis solidis malgurensibus quolibet anno et circa utilitatem monasteriorum intendere debeamus, vendicionem predictam primo factam, per predictos priorem et Raymundum Fortis, Iacobo Romei et Mayro antedictis de certa sciencia duximus revocandam, procuracione

predicta sive administracione a nobis concessa dicto Raymundo Fortis in aliquo non obstante, quominus ipsam penitus revocemus. Et vendicionem, quam prefatus prior et canonici dicti monasterii faciunt vel facere intendunt ad septem annos predictis Mayro et Salomoni de redditibus et exitibus antedictis pro decem milibus et ducentis solidis malgurensibus quolibet anno, cum illud esse intendunt ad utilitatem dicti monasterii, de certa sciencia confirmamus. Quare vobis dicimus et mandamus firmiter quatenus vendicionem istam ultimam firmam habeatis et observetis et observari in omnibus inviolabiliter faciatis et emptores antedictos reddituum et exituum predictorum, per omnes predictos septem annos, in possessionem ipsorum reddituum et exituum manuteneatis et defendatis et ipsos redditus et exitus dari eisdem anno quolibet integre et sine impedimento aliquo faciatis. Et hoc racione aliqua non mutetis si de nostri gracia confiditis vel amore.

Datum Perpiniani, XII kalendas iunii, anno Domini MCC LXX secundo.

1272, mayo 23. Perpiñán.

1870

Jaime I, rey de Aragón, concede a Bartolomé Tomás la escribanía de la villa de Barbastro, tanto de cristianos como de judíos, vitalicialmente, pagando un tributo anual de cuatro morabatinos alfonsinos.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 38r.

Publ.: BURNS, R. I., *Els jueus a la cultura notarial*, núm. 11.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus tibi, Bartholomeo Tomasii, in tota vita tua, scribaniam ville Barbastri tam christianorum quam iudeorum. Ita videlicet quod tu vel quem seu quos volueris loco tui conficiatis et scribatis acta, testamenta et quelibet alia publica instrumenta que in villa Barbastri christiani vel iudei facere habebunt, dum tamen tu seu ille vel illi, quem vel quos deposueris loco tui habeatis vos in ipso officio fideliter atque bene. Mandantes firmiter iuratis et consilio Barbastri quod te vel

quem seu quos volueris loco tui habeant et teneant pro scriptore publico de Barbastro de cetero et non aliquem alium, dum vos in ipso officio fideliter et bene habueritis ut est dictum. Et predicta firma habeant et non contraveniant aliqua racione. Est tamen sciendum quod pro tributo predictae scribanie debes dare nobis et nostris singulis annis quattuor morabatinos alfonsinos boni auri et recti pensi in unoquoque festo Natalis Domini.

Datum Perpiniani, X^o kalendas iunii anno Domini M C C L X X secundo.

1272, mayo 23. Perpiñán.

1871

Jaime I, rey de Aragón, da instrucciones a Felipe Ricart que va como embajador a Túnez.

ACA. *Cancillería. Registro 21*, f. 38.

Pub: GONZÁLEZ HURTEBISE, E. "Recull de documents", *ICHCA*, II, pg. 1245.-

SOLER, J., *BALB*, V, pg. 182.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.380.

Nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus vobis Philipo Ricardi, civi Barchinone, quem per nostro nuncio ad nobilem regem Tunicii destinamus, licenciam et plenum posse corrigendi et puniendi omnes illos homines terre et dominacionis nostre, undecumque sint, quos inveneritis in Tunicium vel in quibuslibet aliis locis extra dominacionem nostram, ex quo receseritis de terra nostra, causa faciendi dictam missageriam, in eundo, videlicet, et redeundo ac eciam intus Tunicium vel alibi, ubicumque ipsos invenire poteritis extra dominacionem nostram, corrigatis et puniatis et corrigere ac punire possitis eos personaliter seu peccunialiter, videlicet, omnes illos homines antedictos, qui corrigendi fuerint vel eciam puniendi et eciam penas ponere super ipsis, prout vobis melius videbitur expedire. Et quidquid in predictis per vos factum fuerit vel ordinatum, totum ratum habere promittimus atque

firmum ac si a nobis personaliter esset factum. Mandantes firmiter hominibus tocius dominacionis seu iurisdiccione nostre, undecumque sint, sub pena graciae nostre, quod predicta omnia et singula firma habeant et observari faciant et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliquo modo vel aliqua racione.

Datum Perpiniani, X kalendas iunii anno Domini M C C L X X secundo.

1272, junio 3. Bellpuig.

1872

Jaime I, rey de Aragón, autoriza a los cónsules de Montpellier para la conducción de agua de la Lironde.

AMMp. *Grande Layete*, núm. 8, art. 0. 386.

Publ: BERTHÉLÉ, *Les Archives de la ville de Montpellier*, III, 506.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.381

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros, damus et concedimus vobis, Bernardo Petri et Iohanni de Rippa, consulibus Montispesulani, recipientibus pro vobis et aliis consulibus et tota universitate omnium et singulorum hominum Montispesulani, quod possitis libere et sine aliquo impedimento nostro et nostrorum accipere aquam de fonte illo, qui vocatur Lihonda, ubicumque ipsam accipere poteritis et volueritis, et eam ducere per quecumque loca volueritis et prout vobis visum fuerit expedire; vobis, tamen, restituentibus et emendantibus dampnum quod intuleritis aliquibus personis in hereditatibus, domibus seu aliis possessionibus suis, per quas dictam aquam transieritis seu transire feceritis, ad arbitrium et cognicionem Hugonis Fabre et Iohannis de Rippa, quos nos ad hoc ducimus assignandos. Concedimus, insuper, vobis quod pro predictis complendis, possitis facere et levare comune, quod in diebus dominicis, pro muris faciendis levari seu fieri consuevit in Montepessulano seu alias, secundum quod vobis videbitur expedire.

Datum apud Pulchrum Podium, III nonas iunii, anno Domini M CC LXX secundo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: Gasco, vicecomes biarnensis. Raimundus, vicecomes Cardone. Iaufridus, vicecomes de Rochabertino. Raimundus de Urgio. G. de Rochafolio.

Sig(*signo*)num Michaelis Violeta, qui mandato domini regis hec scribi fecit loco, die et anno prefixis.

1272. junio 28. Montpellier.

1873

Jaime I, rey de Aragón, concede a su capellán Simón de Oro una capellanía en el monasterio de Santa Clara de Valencia.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 43v.

Capellania in monasterio Sancte Clare

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros concedimus et damus tibi, Symoni de Oro, clerico nostro, diebus omnibus vite tue, capellaniam illam quam karisima et dilecta nostra dompna Berengaria Alfonso in suo testamento stabilibit seu stabiliri mandavit in monasterio Valencie dominarum ordinis Sancte Clare. Quam capellaniam cum omnibus redditibus, exitibus et aliis iuribus eiusdem habeas, teneas et possideas integre et in pace dum tibi fuerit vita rationis et ut melius, plenius et utilius dici vel intelligi potest ad tuum bonum et sincerum intellectum. Est tamen sciendum quod tu debes in ecclesia dicti monasterii servire dictam capellaniam vel serviri facere per unum presbiterum de redditibus et exitibus antedictis, qui celebret ibidem qualibet die missam et aliam divina officia, die et noctis, pro anima dompne Berengarie Alfonse antedictae.

Datum in Montepesulano, IIII° kalendas iulii anno Domini millesimo CC° LXX° secundo.

1272. junio 29. Montpellier.

1874

Jaime I, rey de Aragón, concede a su portero Pedro Diez los réditos de la torre y alquería de Altea y de las alquerías de Serra y Finestrat en pago de seis mil sueldos reales que le había prometido como "exovar" de su mujer Marimunda.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 43v.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia [rex] Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, obligaverimus cum instrumento nostro vobis, Petro Didacii portario nostro, omnes redditus et exitus turre et alchiarum de Altea et terminorum suorum pro sex mille solidis regalibus, quos vobis dare promissimus in axovario cum Marimonda, uxore vestra, filia Andree de Podio Viridi, ut in dicto instrumento plenius continetur, et dictam turrem et alquariam de Altea dedimus postea Alberto de Mediona, militi. Damus et tradimus vobis Petro Didacii antedicto et vestris castrum nostrum de Serra et alcharias de Serra et de Finestrat, cum omnibus pertinenciis suis et cum redditibus, exitibus et aliis iuribus nostris locorum predictorum, ratione obligationis loci predicti de Altea. Et dictum castrum de Serra ac etiam alcharias predictas cum omnibus et singulis supradictis obligamus vobis et vestris pro predictis sex mille solidis regalibus, sub modis et conditionibus quibus vobis pro predictis denariis obligaverimus turrem et alquarias predictas de Altea cum instrumento nostro, ut est dictum et sicut in dicto instrumento lacius et plenius continetur. Volentes et vobis nichilominus concedentes quod sub ipsa forma teneatis dictum castrum de Serra et alcharias predictas de Serra et de Finestra[t] et percipiatis omnes redditus et exitus seu alia iura nostra eorundem, sub qua tenere debeatis dictas turrem et alcharias

de Altea tam diu et tanto tempore in solutione dictorum sex millium solidorum, quousque in nostris redditibus et exitibus ac aliis iuribus nostris castrum et alchiarum predictarum de Serra et de Fenestra[t] persolutus fueritis de dictis sex mille solidis ad voluntatem vestram.

Datum in Montepesulano, III^o kalendas iulii anno Domini millesimo CC LXX^o secundo.

1272, junio 29. Montpellier.

1875

Jaime I, rey de Aragón, dona el castillo de Altea a Alberto de Mediona.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 44v.

Publ.: GUTIÉRREZ DEL CAÑO, M., *Monografía de Altea*, 316. En parte, CHABÁS, R., *El Archivo*, IV, pg. 309.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.382.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros, damus et concedimus vobis, Alberto de Mediona, militi, et vestris imperpetuum, per hereditatem propriam castrum de Altea, situm in regno Valencie, tenendum a nobis et nostris in feudum, secundum consuetudinem et usaticum Barchinone, cum terris, scilicet, et terminis suis omnibus, tam heremis quam populatis, quas et quos dictum castrum habet et habere debet citra rivum vocatum de Algar, versus ipsum castrum, qui fluit inter ipsum castrum et alcheriam Albalati et locum vocatum Benica, quam et quem dedimus Iacobo Grunnii, civi Barchinone, et cum omnibus etiam hominibus et mulieribus christianis [et] sarracenis ibi habitantibus et habitaturis, et cum aquis, erbis et aqueductibus, et cum furnis et molendinis et redditibus, exitibus et proventibus, bisanciis, alfardis, zofris, almagramis et aliis iuribus nostris omnibus et cum introitibus et exitibus et melioramentis ac suis pertinentiis universis, et cum iusticiis civilibus seu pecuniariis et caloniis omnibus et pleno dominio et omnibus omnino et singulis aliis

que in dicto castro et terminis ac pertinentiis suis habemus et percipimus et habere et percipere possumus et debemus qualicumque iure. Ita, videlicet, quod dictum castrum, cum omnibus et singulis pertinentiis predictis, teneatis in feudum a nobis et nostris, ut dictum est, vos et vestra progenies; et pro ipso vos et vestri nobis et nostris servicium faciatis quod vassallus domino suo, pro feudo, quod ab ipso tenet, facere tenetur. Et sic vos et vestra proenies habeatis et teneatis dictum castrum cum suis pertinentiis universis ad dandum, vendendum, impignorandum ac alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates inde cui et quibus volueritis faciendas, exceptis clericis et personis religiosis, et salva nostra et nostrorum fidelitate et salva etiam nobis et nostris potestate in dicto castro quam de ipso nobis et nostris dare teneamini vos et vestri irati et pacati, secundum usaticum et consuetudinem Barchinone, quandocumque et quocienscumque inde a nobis vel nostris fueritis requisiti oretenus vel per nuncium aut litteras. Concedimus, etiam, per nos et nostros vobis, Alberto de Mediona predicto et vestris in perpetuum, quod vos et homines vestri, tam christiani quam sarraceni dicti castrum, presentes, videlicet, et futuri, possitis piscari in mari franche et libere et sine impedimento et contradicione alicuius persone; et quod vos ac vestri habeatis ab ipsis hominibus qui piscabuntur ea iura que nos inde habemus et debemus habere. Est, tamen, sciendum quod de huiusmodi donacione excipimus alqueriam Albalati et locum vocatum Benica cum suis pertinentiis, quam et quem dedimus dicto Iacobo Grunnii, ut est dictum, cum cartis nostris ut in eis plenius continetur; quam donacionem dicto Iacobo Grunnii volumus esse salvam, ut in suis cartis continetur. Retinemus, etiam, quod vos et post vos unus de proenie vestra post alium successive, qui dictum castrum habuerit in dicto regno, faciatis residenciam et teneatis ibi hospicium vestrum maius.

Datum in Montepesulano, III kalendas iulii, anno Domini MCC LXX secundo.

1272, julio 4. Montpellier.**1876**

Jaime I, rey de Aragón, dona a Andrés de Puigvert y a su mujer Nicolasa las alquerías de La Llosa y Beniatia, sitas en el valle del Jalón, con dos arrabales contiguos a las mismas.

ACA. Cancillería. Registro 21, fol. 47.

Publ.: MESTRE, J. *Alcahalí*, pgs. 662-663, doc. 10.-

En parte: CHABÁS, R., *El Archivo*, IV, pg. 310.

Noverint universi quod nos, Iacobus, Dei gratia etc., per nos et nostros damus et concedimus vobis, Andree de Podio Viridi et Nicholaue, uxori vestre, et vestris imperpetuum, per hereditatem propriam et liberam, alqueriam quondam vocatam Losa et aliam alqueriam vocatam Benachia, cum duobus raffalis eisdem alqueriis contiguis, sitas in termino castri Xalonis, in regno Valentie. Quas quidem alquerias et raffalos, cum suis pertinentiis et affrontationibus et terris ac tenentiis suis omnibus, eremis et populatis, ad ipsas alquerias pertinentibus et debentibus pertinere et cum introitibus, exitibus et melioramentis, aquis et suis aliis pertinentiis et exigentiis universis et cum omnibus hominibus et mulieribus, christianis et sarracenis ibi habitantibus et habitaturis, et cum redivisibus, exitibus et proventibus, zofris, alfardis, bysantiis et almaganis et calonibus ac iustitiis civilibus et omnibus aliis que nos ibi habemus et habere possumus ac debemus, habeatis vos et vestri successores imperpetuum ad dandum, vendendum et impignorandum ac alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates inde cui et quibus volueritis vos et vestri penitus faciendas, exceptis militibus, clericis et locis religiosis. Hanc vero donationem vobis facimus tali forma quod faciatis in Xativa residentiam vel ibi teneatis vestrum caput maius et quod predicta que vobis damus non possitis vendere hinc ad viginti annos nec postea in tota vita vestra Andree predictae, nisi consentiente vobis Nicholaua predicta. Volentes insuper et statuentes quod predictae alquerie, cum duobus raffalis predictis et suis pertinentiis universis habeatis vos, dicta Nicholaua, obligatas pro dote et sponsalicio vestris, sicut vos, predictus Andreas, ipsam

dotem et sponsalitium assignastis sibi super bonis vestris tempore nuptiarum, ut in instrumentis nuptialibus continetur.

Datum in Montepessulano, quarto nonas iulii, anno Domini millesimo CC LXX secundo.

1272, julio 5. Montpellier.**1877**

Jaime I, rey de Aragón, ordena a la priora de Sigena que entregue a su clérigo Fortún los documentos relativos a Montpellier que tiene en su monasterio.

ACA. Pergs. Jaime I. *Apéndice*, núm. 36.

Publ.: CONDE Y DELGADO DE MOLINA, R., *Reyes y archivos en la Corona de Aragón*, núm. 16.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, venerabili et dilecte A., Dei gracia priorisse Sexene. [Salutem et dileccionem]. Noveritis quod mittimus ad vos Fortunium, clericum nostrum latorem presencium, pro quibusdam cartis sive privilegiis nostris. Quare mandamus vobis firmiter quatenus, visis literis istis, per dictum Fortunium mitatis nobis omnia instrumenta sive privilegia ac etiam registrum que et quod sunt in archis cartarum nostrarum in monasterio vestro Sexene super facto Montispessulani aliqua racione vel causa. Et hoc non mutetis vel diferatis.

Datum in Montepessulano, tercio nonas iulii anno Domini M° CC° LXX° secundo.

1272, julio 6. Montpellier.**1878**

Jaime I, rey de Aragón, concede a Pedro Ballester un huerto que fue de Mayri, judío, sito en la aljafería de Játiva.

ACA. Cancillería. Registro 21, fol. 46v.

Publ.: BURNS, R. I., "Jaime I and the jews of the Kingdom of Valencia", *X CHCA*, pgs. 312-313.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi, Petro Ballisterio, diebus omnibus vite tue, ortum illum qui fuit Mayrii, iudei quondam, et qui est intus aliafariam Xative; et qui affrontat, ex una parte, cum pinna castris maioris Xative; et ex alia, in via que vadit ad dictum castrum; et ex alia, in iuderia Xative. Predictum vero ortum damus tibi sub hac forma quod ipsum habeas et teneas diebus omnibus vite tue, prout domos nostras dicte aliafarie tenere et possidere debes. Mandantes etc.

Datum in Montepessulano, II nonas iulii anno Domini M CC LXX secundo.

1272, julio 8. Montpellier.

1879

Jaime I, rey de Aragón, dona a su platero, el maestro Paris, seis jovadas de tierra en el secano con la condición de avecindarse en la nueva villa de Villarreal y no poder vender lo donado en veinte años.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 49r.

Per nos et nostros damus et concedimus per hereditatem propriam, francham et liberam tibi, magistro Parisio, argenterio nostro, et tuis, in perpetuum, sex iovatas terre in termino populacionis quam apud Burrianam fieri facimus et mandamus. Quas quidem sex iovatas volumus ut habeatis tu et tui cum introitibus, exitibus, afrontacionibus et suis pertinenciis universis, prout assignate et terminate fuerunt tibi per divisores nostros, ad dandum, vendendum, impignorandum ac aliter/ alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates cui et quibus volueritis perpetuo faciendas, exceptis militibus, sanctis, clericis et personis religiosis. Retinemus tamen in hac donacione quod de predictis sex iovatis aliquid non vendas vel aliter alienes hinc ad XX annos et quod in dicta populacione nostra facias residenciam personalem.

Datum in Montepesulano, VIII° idus iulii, anno Domini M° CC° LXX° II°.

1272, julio 8. Montpellier.

1880

Jaime I, rey de Aragón, concede a Clara, hija del platero real Paris, seis jovadas de tierra con todas sus pertenencias con la condición de avecindarse en Villarreal y no poder vender hasta pasados veinte años.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 49r.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi, Clare, filie magistri Parisii, argenterii nostri, et tuis in perpetuum, sex iovatas terre in terminis populacionis quam apud Burrianam nunc fieri facimus et mandamus. Quas quidem sex iovatas volumus ut habeatis tu et tui cum introitibus et exitibus, afrontacionibus et suis pertinenciis universis, prout assignate et terminate fuerunt tibi per divisores nostros, ad dandum, vendendum, impignorandum aut aliter alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates cui et quibus volueritis perpetuo faciendas, exceptis militibus, sanctis, clericis et personis religiosis. Retinemus tamen in hac donacione quod de predictis sex iovatis aliquid non vendas vel aliter alienes hinc ad XX annos et quod in dicta populacione tu facias residenciam personalem.

Datum in Montepesulano, VIII° idus iulii anno Domini M° CC° LXX° secundo.

1272, julio 8. Montpellier.

1881

Jaime I, rey de Aragón, concede al presbítero Guillermo Bertrán de Ferreres, vitaliciamente, una capellanía en la capilla real de Montpellier.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 49r.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia et cetera, per nos et nostros conferimus et concedimus tibi, Guillelmo Bertrando de Ferreriis \presbitero/, diebus omnibus vite tue, unam capellaniam in capella nostra Montispesulani, de qua te, in presenti, in posesionem ponimus corporalem. Ita quod deinceps sis capellanum dicte capelle et celebres ibi divina officia et deservias dictam capellaniam die et nocte pro ut alii capellani eiusdem capelle ibi deserviunt cotidie et deservire teneatur, et habeas inde pro provisione persone tue quolibet anno, sicut alii capellani eiusdem capellanie ipsius capelle habent et habere debent.

Mandantes tenenti locum nostrum in Montepesulano nec non et priori eiusdem capelle, presentibus et futuris, quatenus a te habeant et recipiant in capellaniam capelle predictae et donent tibi provisionem tuam anno quolibet ut aliis capellanis eiusdem capelle dare debent et tenent et hoc non mutant aliqua ratione.

Datum in Montepesulano, VIII^o idus iulii anno Domini millesimo CC^o LXX^o secundo.

1272, agosto 8. Montpellier.

1882

Jaime I, rey de Aragón, aprueba el testamento de Salomón Samiel de Carcasona.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 37.

Publ.: BOFARULL, F. de, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 918.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.383

Per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus ultimum testamentum seu ultimam voluntatem seu ordinacionem Salomonis Samielis, iudei quondam, qui aliter vocatus fuerat Bonifar Semiel de Carcasona, ita, videlicet, quod dictum testamentum seu ultima voluntas seu ordinacio eiusdem valeat et sit firma ac observetur prout in ipso testamento seu ultima voluntate plenius et melius continetur. Mandantes firmiter vicariis, etc.

Datum in Montepesulano, VI idus augusti, anno Domini M CC LXX secundo.

1272, agosto 13. Montpellier.

1883

Jaime I, rey de Aragón, reconoce haber recibido de los tutores de Moisés, hijo de Salomón Samiel, seis mil sueldos.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 55.

Publ.: BOFARULL, F. de, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 918.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.384.

Nos Iacobus, Dei gracia etc. recognoscimus et confitemur vobis Bonne, uxori Salomonis Samielis quondam, aliter olim vocati Bonifar Samielis de Carcasona, iudei, et Astrugo de Belcayre et Vives Vitale, tutoribus testamenti Mosse filii impuberis dicti Salomonis Samielis et vobis Bonafos Mosse et Samieli, filio d'en Cresques de Biteris quondam, per nos adhibitos ad tutoriam dicti impuberis et administracionem bonorum suorum, vos, nomine tutorie eiusdem et ad utilitatem ipsius, dedisse et solvise nobis et nos habuisse et recepisse a vobis sex mille solidos melgorienses racione carte nostre diffinicionis et absolucionis, quam dicto Mosse fecimus ad instanciam vestram, de omni petitione quam habemus contra ipsum et bona patris sui, prout in ipsa carta predictae absolucionis plenius continetur, et racione alterius carte nostre confirmacionis testamenti dicti patris sui ac aliarum cartarum, quas a nobis modo racione ipsius impuberis obtinuistis. Et quia de predictis sex mille solidis bene pacati sumus nostre voluntati, renunciamus omni excepcioni non receptorum predictorum denariorum. Volentes eciam et concedentes vobis ac statuentes quod dictos sex mille solidos et expensas omnes, quas quocumque modo fecistis racioni facti predicti et cartarum predictarum, possitis deducere et deducatis de bonis impuberis antedicti ac solvere de eisdem et quod dicti denarii et expense ipse prenominate recipiantur vobis in computum ab impubere predicto et suis quando de predicta tutoria computum reddetis.

Datum in Montepesulano, idus augusti, anno Domini M CCLXX secundo.

[1272, agosto 13. Montpellier] 1884

Jaime I, rey de Aragón, absuelve a los tutores de Mosse, hijo de Salomón Samiel y a los supervisores puestos por él al mismo y a los bienes de todos ellos de cualquier acusación que pueda hacerse contra ellos a causa de la administración de dicha tutela; asimismo de cualquier acción civil o criminal que por parte de la corona les sea hecha por el mismo motivo.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 55v.

Publ.: BURNS, R. I., *Els jueus a la cultura notarial*, núm. 12.

Per nos et nostros absolvimus et diffinimus ac remittimus vos Botinam, iudeam, et Vives Vitalis et Astrugum de Belcaire, iudeos, tutores testamentarii \Mosse/ filii impuberis et heredis Salomonis Samielis quondam aliter vocati Bonisac Samielis de Carcassona et viri Botine predictae, et vos Samielem de Biterris, filium Cresches de Biterris quondam, et Bonafofos Mosse de Narbona per nos additos et constitutos ad regimen et administracionem impuberis predictae et suorum bonorum, et vos et omnia bona vestra presencia et futura a reddicione computi amministracionis seu tutele dicti Mosse nobis seu alicui alii loco nostri inde faciendi; et ab omni eciam petitione et demanda ac pena cuiuslibet [civilibus] et criminalibus quas contra vos et unumquemque seu alterum vestrum vel bona vestra facere vel movere, imponere seu infligere possumus vel possemus imposterum nos vel nostri racione predicta vel racione male amministracionis seu fraudulente vel dolose, quod dicebatur non esse contentos de predictis quantum ad nos pertinet. Facientes inde vobis et vestris imperpetuum per nos et nostros bonum finem [et] firmum pactum de non petendo. Ita videlicet quod \de/ predicta tutela sive administracione eiusdem aut bonorum dicti Mosse non teneamini nobis vel nostris seu alicui seu aliquibus nomine vel loco nostri reddere de cetero vos vel alter vestrum seu vestri compotum aliquod

vel racionem; nec nos vel nostri pro predictis vel eorum aliquo petitionem aliquam vel demandam contra vos vel vestros aut res vestras possimus facere vel movere nec aliquam penam civilem vel criminalem in personas seu res vestras imponere seu infligere ullo modo pro predictis. Set sitis inde vos et vestri quantum ad nos et nostros liberi et immunes ac penitus perpetuo absoluti sicut melius [dici] vel intelligi potest, etc. Dictam vero solucionem et remissionem vobis facimus de predictis iure scripto vel consuetudine aliqua non obstante cum hoc de certa sciencia faciamus, vos vero teneamini de predictis omnibus et singulis reddere compotum et racionem Mosse predicto filio et heredi Salomonis Samielis quondam superius memorati. Mandantes itaque firmiter baiulis, curiis, etc.

[Datum in Montepessulano, idus augusti anno Domini millesimo CC LX secundo]

[1272, agosto 13. Montpellier] 1885

Jaime I, rey de Aragón, absuelve a Mosse, hijo de Salomón Samiel, de cualquier de cualquier petición o demanda que contra él, sus bienes muebles e inmuebles o los que fueron de su padre pueda hacerle por razón de delito público o privado que su padre pudiera haber cometido incurriendo en la confiscación.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 55v.

Publ.: BURNS, R. I., *Els jueus a la cultura notarial*, núm. 13.

Per nos et nostros absolvimus et deffinimus ac remittimus te Mosse, filium et heredem Salomonis Samielis quondam vocati ab olim Bonisac Samielis Carcassone, iudei, et tuos, ac omnia bona tua mobilia et immobilia, presencia et futura, ab omni nostri et nostrorum petitione et demanda ac pena civilibus et criminalibus quas contra te vel bona tua seu que fuerunt dicti patris tui quondam habemus et habere vel movere, imponere seu infligere possumus ac possemus racione alicuius delicti publici vel privati, seu criminis vel delictorum seu criminum a dicto patre tuo quondam commissi

seu commissorum contra nos vel alios quoscumque quantum ad nos pertinet tam facto quam verbo quocumque modo, ex quo vel quibus bona dicti patris tui possent aut deberent nobis aut nostris confiscari in totum vel parte seu [i]n eis ius seu petitionem aliquam haberemus. Facientes inde tibi et tuis bonum finem et firmum pactum de non petendo, ita videlicet quod ratione alicuius delicti vel criminis a dicto patre tuo olim commissi verbo vel facto quocumque modo, non possimus tibi vel tuis aut contra bona tua vel que dicti patris tui fuerunt, facere vel movere nos vel nostri petitionem aliquam sive demandam, nec ali[quam] penam civilem vel criminalem imponere seu infligere ullo modo; set sitis inde quantum ad nos pertinet tu et tui [c]um omnibus bonis tuis presentibus et futuris liberi et immunes ac penitus perpetuo absoluti sicut melius dici vel intelligi potest, etc.

[Datum in Montepessulano, idus augusti anno Domini millesimo CC LXX secundo]

[1272, agosto 13-18. Montpellier]

1886

Jaime I, rey de Aragón, concede a Mosse, hijo de Salomón Samiel, judío, que quien le acusare o denunciare ante él o ante sus oficiales sea condenado a pagar los daños que esto le ocasionare.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 55.

Publ.: BOFARULL, F. de, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 919.

Per nos et nostros concedimus et indulgemus de gracia speciali tibi, Mosse, filio et heredi Salomonis Samielis, quondam olim vocati Bonifac Samielis de Carcassona, iudei, quod si aliquis accusaverit te vel denunciaverit aliquid contra personam tuam vel bona tua nobis vel nostris vel baiuli seu aliis officialibus nostris seu nostrorum quod teneatur respondere et solvere tibi expensas et dampna omnia que ipsa ratione feceris vel sustinueris facta fide per sacramentum tuum primo iudici super illis facta iudeis taxatione nisi ei que contrate vel bona tua accusando uel denunciando proponita

fuerint probari vel ostendi poterint esse vera. Volentes etiam quod baiulus noster vel cui ipsa denuntiatio vel accusatio fieret tibi et dictis curatoribus denunciatores exprimere teneantur uolentes ut hoc idem observetur tutoribus tuis et curatoribus per nos datis si aliquis ratione ipsius tutorie seu contra ipsos proposuerit aliquid denunciando seu etiam accusando. Mandantes, etc.

1272, agosto 26. Montpellier.

1887

Jaime I, rey de Aragón, concede al monasterio de Santa María de Benifazá las décimas de Vallibona y Herbés, aldeas de Morella.

AHN. Clero, carp. 425, núm. 4.- ARV. Códice 489, ff. 38v-40r.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, attendentes et considerantes monasterium Benifaçani per nos edificatum non habere ex suis redditibus seu colabratione suficienciam panis quo monachi et fratres cisterciensis ordinis cuius dictum monasterium est habent pro aliis necessariis habundari attendensque etiam quod nos in nostro testamento dimittimus eidem monasterio mille morabatinos auri pro anima nostra, idcirco ut dictum monasterium maiorem panis possit habere suficienciam et in recompensationem ac solum predictorum mille morabatinorum, per nos et nostros, ad honorem Dei et gloriosissime Virginis Marie matris eius et in remissionem anime nostre, damus et concedimus vobis, fratri Berengario dicti monasterii presentibus et futuris ac eidem monasterii in perpetuum, totam ab integro partem nostram et iura nostra omnia quam et que percipimus et percipere debemus in decima totius bladii integriter frumenti, scilicet ordei, avene, milii, panini et adacie ac siligniis in Vallibona et Arbers Sobirans, aldeis Morelle, et in terminis suis. Ita videlicet ut vos et succesores vestri et dictum monasterium et quos vos et vestri succesores vestri et dictum monasterium et quos vos et vestri succesores volueritis

loco vestri habeatis ipsam partem nostram et nostra omnia totius decime bladi aldearum predictarum plene et integre sicut nos ea ibi melius percipimus et habemus et percipere ac habere possumus et debemus aliqua ratione vel causa, per francum et scilicet liberum alodium vestrum et dicti monasterii ad omnes vestras et vestrorum sucesorum voluntates penitus perpetuo faciendas et sine aliqua nostra et nostrorum retentione sicut melius et utilius dici, scribi et intelligi potest ad vestrum et dicti monasterii bonum et sincerum intellectum. Volumus tamen quod predictam partem nostram iamdicte decime aldearum predictarum quam vobis damus ut dictum est, vendere et alienare non possitis vos vel vestri sucesores set semper sit et remaneat dicti monasterii ad panem deservientium ipsi monasterio presentium et futurorum. Promittentes vobis, per nos et nostros, quod predictam donationem non revocabimus nec revocari promitemus aut faciemus, imo ipsam observabimus et faciemus inviolabiliter ipso observari. Et facimus vos et vestros sucesores ac dictum monasterium habere, tenere predictam donationem contra omnes personas in pace et libere atque franque; concedentes etiam vobis quod ad colligendum et recipiendum ipsam partem et iura nostra dicte decime quem nos damus ut suprapositis ponere et constituere ac mutare quem vobis, quos volueritis qui predicta pro vos et dicto monasterio colligant et recipiant de cetero et qui distingant et distingere possint illos qui dictam decimam debebunt dare, secundum quod nos vel noster baiulus hoc possumus facere et debemus. Et nos vel nostri aut baiulus Morelle aliquem ad dilligendum ipsam in dictis aldeis vel terminis suis ponere non possumus. Mandantes insuper hominibus dictarum aldearum presentibus et futuris quod de dicta parte nostra et iuribus nostris decime bladii predicte respondeant vobis et vestris successoribus ac illi et illis, quem vel quos, vos vel vestri sucesores ibi duxeritis statuendos et non nobis vel nostris aut baiulo nostro Morelle vel alicui alii persone pro nobis vel nostris, nisi vobis et vestris. Et predicta omnia firma habeant, observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione.

Datum in Montepesulano, VII kalendas septembris anno Domini M^o CC^o LXX. secundo.

Sig(*signo*)num Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum, Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Ermengaudus de Urgio. Bernardus de Bellopodio. Garcia de Castrocio. Iaufridus vicecomes Rocabertino. Berengarius de Tornamira.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui, mandato domini regis predicti, hec scripsit cum raso et emendato in VI linea et in XV. Et clausit loco, die et anno prefixis,

1272, agosto 26. Montpellier.

1888

Jaime I, rey de Aragón, otorga su tercer testamento.

ACA. *Pergs. Jaime I*, núm. 2126. ARV. *Lib. III de Enajenaciones*, f. 187.

Publ.: D'ACHERY. *Spicilegium*, III, 673.

MARTENE, *Thesaurus*, I, col. 1.139.

BOFARULL. *CO.DO.IN.* XXIX, pg. 15.

BRANCHAT. *Real Patrimonio I*, pg. 17, en castellano.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.385.

In Christi nomine. Pateat universis quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, attendentes et considerantes attente quod omnia pretereunt preter amare Deum et sic reges omnes et alii principes ac ceteri homines huius mundi inspicere debent et attendere studiose ut si bene incipiunt fine laudabili et bono principium et medium vincant ac hostis humani generis eis in aliquo resistere posit minime vel nocere nec impedimentum prestare ad eternam gloriam obtinendam, cum, si finis non subsequeretur bonus, principium nil valeret; attendentes eciam quod nos, qui sumus factura et creatura illius nostri et humani generis creatoris et redemptoris, qui nos a principio de bono in melius prosperavit et nunquam opus nostrum dereliquit nec deperire sustinuit immo ipsum, nostris licet non exigentibus meritis, augmentans mirabiliter adimplevit, merito tenemur ut bona nobis ab ipso collata recognoscamus devote sicut quando ipse dominus et redemptor

noster nos ad se vocare voluerit ab hac vita, animam nostram ei salvam reddere possimus et taliter de bonis nostris disposuerimus ut per ipsam dispositionem nostram custodiamus filios nostros et homines nobis subiectos a dissensione ac divisione et quod non possint inter eos dampna vel contrarietas aliquo tempore suboriri, imo si aliquis vel aliqui voluerint divisionem mittere aut dissensionem inserere in regnis nostris et dominacionibus nostris, ipsi filii nostri sint in unum cum omnibus suis ita quod possint se ab eo et ab eis deffendere, qui nollent recipere ius ab ipsis; nec non eciam et attendentes quod omne regnum in se divisum desolabitur, secundum quod ipse Dominus in Evangelio testatur: idcirco nos, utentes verbis ipsis, volumus, in quantum possumus, de facto nostre anime et de regnis et terris nostris nobis a Deo collatis taliter disponere, divina gracia suffragante, quod in posterum non valeant desolari. Hinc est, igitur, quos nos Iacobus, Dei gracia rex predictus, in pleno sensu ac sana mente nostra nostrum facimus testamentum in quo eligimus manumissores nostros, videlicet, venerabiles archiepiscopum Terracone et episcopum Cesarauguste, episcopum Barchinone et abbatem monasterii Populeti et nobiles comitem Impuriarum et Bernardum Guillelmi de Entensa, quibus rogando precipimus et plenam damus potestatem, quod si nos mori contingerit antequam aliud testamentum faciamus, distribuant ea, que inferius de bonis nostris distribui et persolvi mandamus, et compleant hanc nostram ultimam voluntatem, prout in presenti testamento invenerint ordinatum. Et, si forte ipsi manumissores omnes execucionem huius nostri testamenti interesse non poterunt, predictus archiepiscopus cum episcopis predictis vel altero eorum et cum illis manumissorum predictorum, quos secum habere poterit, exequatur et compleat hanc nostram ultimam voluntatem. In primis autem, eligimus sepulturam corporis nostri in monasterio Sancte Marie Populeti et ibi nostrum corpus sepeliri mandamus iuxta monumentum illustris Ildelfonsi, felicis recordacionis, avi nostri, subsequenter, scilicet, post ipsum monumentum; volumus, enim, quod eius monumentum sit prius.

Item, volumus et mandamus quod omnia debita nostra que reperientur nos debere quibuscumque personis cum instrumentis vel albaranis nostris,

solvantur per dictos manumissores nostros de plano et sine strepitu iudicario secundum Deum et forum anime. Verumtamen, si manumissores nostri intelligentes nos aliqua de ipsis debitis solvere non teneri vel nos ex ipsis debitis aliquid persolvisse probare poterunt, solucionem ex ipsis debitis in totum vel in partem factam fuisse nostris creditoribus de debitis, que petierint ipsi creditores, recipiant illud insolutum dictorum suorum debitorum quod ipsi manumissores probabunt et hostendent ipsis creditoribus nostris solutum fuisse. Item, volumus et mandamus quod omnes torts sive iniurie nostre, quibus obnoxii tenemur et vele apparuerint, restituantur de plano per dictos manumissores nostros, secundum Deum et forum penitencie, illis, videlicet, quibus dictas iniurias fecimus vel heredibus eorundem, ipsis manifeste hostendentibus ipsas iniurias nostris manumissoribus antedictis. Verum, si forte apparerent aliqui conquerentes de nobis super quibusdam hereditatibus regni Valencie, quas dederamus eisdem, asserentes ipsas eis ablatas fuisse sine causa, dicimus quod ipsas, ut credimus, eis non abstulimus sine causa. Quoniam cum capta fuit civitas Valencie, diximus dompno Ferrando, olim patruo nostro, et episcopis nec non et richis hominibus ac militibus, quos ibi populaveramus, qui erant inter omnes trecenti et octuaginta milites, quod postquam eos ibi hereditaveramus, iuvarent nos defendere ipsum regnum Valencie contra sarracenos ipso anno, ut hereditarii eius regni. Et ipsi, habito consilio ad invicem, rogaverunt dictum patruum nostrum, ut ipse nobis responderet pro omnibus ipsis. Qui, pro se et omnibus aliis predictis, dixit nobis quod rogabant nos ut inter alias gracias, quas eis feceramus, deberemus facere istam eis, videlicet, quod essemus contenti ab ipsis de trecentis militibus, quos ibi tenerent in anno sub hac forma, quod de quatuor in quatuor menses tenerent ibi centum milites et nos concessimus illud eis. Et cum post hec nos iremus apud Montempesullanum et stetissemus ibi per aliquod tempus et postea ad partes Valencie redissemus, non invenimus quod de predictis militibus ibi aliquos, ut promiserant, tenuissent, nec ibi eorum aliquis remansisset, nisi tantum aliqui milites, qui hereditates in Aragonia vel Cathalonia non habebant. Et post predicta assignavimus diem eisdem, qua venirent apud Salent, tibi feceramus bastidam

contra Xativam, servituri nobis in guerra, quam cum sarracenis in defensionem dicti regni habebamus, ratione, videlicet, hereditatum, quas eis dederamus in dicto regno et quod parceremus et remitteremus eis quicquid nobis usque in ipsa die deffecerant, dum modo manerent ibi per tres menses, et ipsi nec venerunt ad nos nec loco sui aliquos transmiserunt. Et sic propter predicta emparavimus eis hereditates, quas dederamus eisdem in dicto regno Valencie, et dedimus ipsas aliis, quare videtur secundum nostram conscienciam quod pro eo quia nobis non servaverunt quod promisserant nec iuvaverunt nos defendere, ut superius expressum est, non tenemur eis ipsas hereditates restituere nec aliquid pro eisdem. Maxime eciam quia illis, qui remanserunt ibi, qui ita modicos redditus ibidem habebant, quod non poterant eis sufficere, oportuit nos de nostris dare redditibus, cum quibus possent in ea terra habere vitam congruam et decentem, ut ipsa terra sine militibus nullatenus remaneret Nichilominus eciam aliqui predictorum militum et cives quidam promisserunt nobis quod facerent in regno Valencie personaliter residenciam, ratione hereditatum, quas eis dederamus, et quod eas non venderent vel alienarent sed darent seu dimitterent eas filiis suis sive parentibus, qui ibi facerent residenciam personalem, de quibus aliqui minime compleverunt, imo ipsas vendiderunt aut alienarunt. Fuerunt eciam aliqui populores dicti regni, qui tenebant ibi hereditates sibi a nobis datas heremas et non faciebant ibi personalem residenciam, ut debebant. Et licet citati fuissent a nobis bis vel ter et assignati eis dies sufficientes, noluerunt venire coram nobis ad excusandum se, nec ibi facere residenciam personalem et ob hoc hereditates eis a nobis datas recuperavimus ab ipsis et dedimus aliis. Propter que non videtur nobis quod eis de predictis in aliquo teneamur. Ad solucionem vero debitorum nostrorum et legatorum infra scriptorum et restitutionem iniuriarum nostrarum assignamus omnes redditus nostros civitatis Valencie cum salinis et Albufera eiusdem et omnes redditus nostros civitatis Cesarauguste cum salinis de Castellario et de Pola et de Remolinis et cum omnibus pedagiis ipsius civitatis Cesarauguste et baiuliarum suarum et omnes redditus nostros civitatis Barchinone et baiuliarum suarum et omnes redditus nostros ville Montispesullani; volentes, statuentes atque

mandantes quod dicti manumissores nostri habeant, teneant et recipiant, tot annis et tam diu, omnes redditus et exitus civitatum et ville Montispesullani predictarum et aliorum locorum predictorum et baiuliarum suarum, donec inde nostra sint debita et legata anime nostre infra scripta plenarie persoluta et nostre iniurie restitute, ita videlicet, ut de omnibus debitis, legatis et iniuriis prefatis persolvantur tres partes ex redditibus et exitibus ad hoc supra assignatis, spectantibus ad infantem Petrum, filium nostrum, et quarta pars persolvatur ex redditibus et exitibus assignatis, spectantibus ad infantem Iacobum, filium nostrum. Et quia scimus quod pedagium Cauquiliberi fuit constitutum pro faciendo portum ibidem, volumus et mandamus quod prefatus carissimus filius noster, infans Iacobus, et heredes sui mittant et mittere teneantur quolibet anno in perpetuum vel mitti faciant quinque milia solidos de redditibus Cauquiliberi ad faciendum et manutenendum et mundandum et reparandum Portum Veneris. Et cum idem Portus Veneris fuerit mundatus et reparatus, expendantur et mittantur ipsa quinque milia solidorum ad faciendum et manutenendum portum, quem nos incepimus facere in Caucolibero coram villa. Et sic predicta quinque milia solidorum inter dictos duos portus expendantur et mittantur in perpetuum de redditibus Cauquiliberi supradictis, ad cognicionem, scilicet, hominum ipsius loci Cauquiliberi et secundum quod ipsi ad maiorem noverint utilitatem sedere mercatorum ac eciam loci eiusdem.

Item, legamus ob remedium anime nostre monasterio Populeti quinque milia morabatinorum, ad solvendum debita ipsius monasterii. Quos quidem morabatinos ante alia legata anime nostre dari et persolvi mandamus monasterio antedicto. Item, legamus, damus, cedimus et concedimus predicto monasterio Populeti et abbati ac conventui eiusdem totum plenum locum nostrum et omnia iura nostra et acciones, petitiones et demandas et quicquid iuris et dominacionis ac domini habemus et habere debemus in villa Vinaxie et omnibus eiusdem terminis ac pertinentiis suis et contra detentores ipsius ville, ratione partis vel iuris nostri eiusdem, qualibet ratione, et abbas et conventus dicti monasterii teneantur facere aniversarium pro anima nostra, singulis annis, in perpetuum, tali die, quali ab hoc seculo transeamus.

Item, legamus pro anima nostra monasterio Sanctarum Crucum duo milia morabatinorum et monasterio de Sexena mille morabatinos et monasterio de Casoes, ad opus clausure ipsius monasterii, mille morabatinos et monasterio Vallebone, ad opus clausure ipsius, duo mille morabatinos. Item, dimittimus pro anima nostra monasterio Scarp̄ii mille morabatinos et monasterio de Tulobres mille morabatinos et monasterio de Tresceares ducentos morabatinos. Item, legamus monasterio de Regali, iuxta Alcalanum, ad opus clausure eiusdem, trescentos morabatinos et monasterio de Grantbron ducentos morabatinos. Item, legamus monasterio de Peraman, ad opus clausure, centum morabatinos et dominabus Sancti Damiani, domus Calataiubii, centum morabatinos et dominabus domus Ilerde eiusdem ordinis centum morabatinos et dominabus eiusdem ordinis domus Valencie ducentos morabatinos et dominabus eiusdem ordinis domus Barchinone centum morabatinos. Item, legamus monasterio Benifaçani, ad opus operis ecclesie eiusdem, mille morabatinos, et monasterio Fontisclari trecentos morabatinos. Item, legamus monasterio Petregalis, ad opus clausure eiusdem, ducentos morabatinos et monasterio Vallesancte, ad opus clausure eiusdem, ducentos morabatinos. Item, legamus pro anima nostra operi ecclesie domus predicatorum fratrum Osce, ducentos morabatinos et operi fratrum penitencie Ihesu Cristi domus Xative ducentos morabatinos et monasterio Vayldonzella trescentos morabatinos. Item, volumus et mandamus quod redditus nostri de Poolano dentur et solvantur operi beate Marie Vallis Viridis quolibet anno, donec perfectum fuerit dictum opus, ita, tamen, quod procuratores dicti operis teneantur reddere rationem de omnibus redditibus antedictis et de expensis dicti operis singulis annis manumissoribus nostris predictis. Omnia, autem, supradicta legata, facta ad pias causas, facimus pro debitis et iniuriis oblitis et pro anima nostra et rogamus abbates et maiores monasteriorum et ecclesiarum ac religionum predictarum, quibus predicta legata facimus ut donent in mandatis omnibus presbiteris suorum monasteriorum et locorum ac ecclesiarum quod unus quisque celebret missam de requiem pro anima nostra et animabus parentum nostrorum perpetuo semel in anno, ea, videlicet, die, qua nos ab hoc seculo transeamus.

Post hec autem instituimus carissimum filium nostrum primo genitum, infantem Petrum, heredem nostrum post dies nostros in regno Aragonum et in regno Valencie et in Rippacurcia et in Palars et Valle d'Aran et in comitatu Barchinone et in dominacione, quam habemus in comitatu Urgelli, et in aliis locis et terris Catalonie et in omnibus feudis, que in predictis regnis, terris et locis pro nobis a quocumque et quibuscumque tenentur et teneri debent et in pleno dominio et omnibus iuribus et pertinenciis suis et omnibus omnino et singulis ad dicta regna et comitatum Barchinone ac terras et loca predicta vel ad nos ex ipsis et quolibet eorum contra quascumque personas et in quibuscumque locis et terris valentibus et debentibus pertinere, exceptis tantum comitatibus et locis aliis a nobis datis carissimo filio nostro Iacobo, fratri suo. Item, prefatum infantem Iacobum, filium nostrum, instituimus heredem nostrum similiter post dies nostros in regno Maioricarum et insulis Minorice et Evisse et in comitatibus Rossilionis, Ceritanie et Confluentis et in omnibus feudis quos comes Fuxensis et comes Impuriarum et alii eciam ibi tenent et tenere debent pro nobis et in Caucolibero et Montepesullano et toto dominio suo et castris eiusdem et in pleno dominio et omnibus iuribus et pertinenciis suis et in iure et dominio, que habemus et habere debemus in vicecomitatu de Carlades; qui filii nostri proximo prenominati predicta omnia eis legata habeant iure institutionis, prout in instrumentis particionis seu hereditamenti, que fecimus inter ipsos, plenius et lacijs continentur. Carissimam, autem, filiam nostram domnam Yolant, Dei gracia illustrem reginam Castelle, instituimus heredem in camera et ornamentis ac aliis, que eidem dedimus suarum tempore nupciarum et ipsam ex eis volumus et statuimus contentam esse de bonis nostris. Filios, vero, Philipi, Dei gracia illustris regis Francie et dompne Elizabet, bone memorie regine Francie filie nostre, nepotes nostros, instituimus heredes similiter in camera et aliis, que dicte domine Elizabet dedimus tempore nupciarum et ipsos eis volumus et statuimus esse contentos de bonis nostris. Item, filios nostros Iacobum et Petrum, quos legitime suscepimus ex dompna Teresia Egidii de Bidaure, instituimus nobis heredes in castris et villis, que et quas dedimus eisdem cum cartis,

prout in ipsis plenius continentur; videlicet, Iacobum proximum predictum in castris et villis de Xericha et de Toro et in castro et villa de Eslida et in castris et villis de Beho et de Ahin et in castris et villis de Planis et de Travacello et in Almudayna, quam tenebat almudinus sarracenus quondam; pro quibus duobus castris et villis de Planis et de Travacello accepimus in cambium turrem de Archos et salinas eiusdem. Et hec castra et villas proxime nominata damus et dimittimus eidem Iacobo pro hereditate et iure institutionis. Item, predictum Petrum, filium nostrum et dicte dompne Teresie, instituimus heredem nostrum in castro et villa de Aierbe et in castro et villa de Lusia et in castro et villa de Ahuero et in villis de Liso, de Ariasso et de Castilione de Eust et in castro et villa de Boroca et in castris et villis de Azaner et de Cabannis et in Becinnana, que omnia castra et villas cum omnibus iuribus et pertinenciis suis damus et dimittimus eidem Petro pro hereditate et iure institutionis. Omnia vero iura nostra, si qua in quibuslibet aliis terris preter eas, que a nobis sunt superius divisse et ordinate, ac ad easdem vel ad nos ratione ipsarum contra quascumque personas spectancia, spectant vel spectare debent ad nos qualibet ratione, dimittimus et cedimus in eis locum nostrum infanti Iacobo, filio nostro, heredi Maioricarum; salvis, tamen, ordinacione et divisione a nobis factis, prout superius continentur. Post hec, autem, volumus et statuimus ac mandamus quod si dictus Iacobus, filius noster et dicte dompne Teresie, ac filii eius seu descendentes ab eo legitimi masculi in recta linea sine filiis legitimis masculis decederent, omnia predicta que ipsi Iacobo supra dimittimus devolvantur ad Petrum, fratrem eius, filium nostrum et dicte dompne Teresie, si vixerit, vel ad filios eius legitimos masculos, si ipse Petrus tunc non viveret. Et hanc substitutionem similiter facimus de Petro predicto ad iam dictum Iacobum et eius filios legitimos masculos, super omnibus, que eidem Petro, iure institutionis et hereditatis dimittimus, ut supra continetur, si ipsum Petrum vel eius filios seu descendentes ab eo in recta linea legitimos masculos mori contigerit sine filiis legitimis masculis. Mandantes et statuentes quod in predictis, que prefatis Iacobo et Petro, filiis nostris et dompne Teresie, dimittimus iure institutionis, non possit hereditare filia femina

vel alia, licet esset legitima, nisi filius masculus et legitimus tantum. Et si filie legitime superfuerint ex eisdem Iacobo sive Petro, ille masculus vel masculi, heredes ipsorum vel alterius eorundem, qui ipsa hereditabunt, iuxta nostram substitutionem predictam teneantur ipsam et ipsas, ut decuerit, maritare. Item, si forte Iacobus et Petrus predicti ac filii eorum seu ab eis descendentes in recta linea legitima masculi obirent sine filiis legitimis masculis, volumus, statuimus ac mandamus quatenus omnia supradicta, que eis iure institutionis damus superius et dimittimus, devolvantur ad dictum infantem Petrum filium nostrum primogenitum vel ad eius filium vel nepotem seu ad quemlibet alium ex eo legitimum masculum in recta linea descendente, qui rex fuerit Aragonum et Valencie. Et si filia vel filie legitime vel eis vel eorum altero in hoc casu superfuerint maritande aut descendentes in recta linea ab eisdem, ipse infans Petrus vel filius seu nepos eius aut alius ab eo descendens, ut dictum est, ad quem predicta devolventur, teneatur eam et eas ydonee maritare et dare maiori quatuor mille morabatino auri in casamentum et unicuique aliarum tria milia aureorum. Item, volumus et mandamus quod filii nostri et heredes observent donaciones, quas iam fecimus Ferrando Sancii et quas fecimus Petro Ferrandi, filiis nostris naturalibus, secundum quod in instrumentis donacionum inde a nobis eis factis continetur. Nec non eciam volumus et statuimus et mandamus quod, si contigerit, quod Deus avertat, quod dictus infans Petrus, primogenitus filius noster, vel filii eius legitimi masculi seu descendentes ab eo in recta linea masculi legitimi sine filio vel filiis legitimis masculis morerentur, regna et comitatus et alia omnia, que sibi dimittimus, devolvantur ad infantem Iacobum, filium nostrum, heredem Maioricarum, si vixerit tunc, vel ad filium seu filios eius seu ad descendentes ab eo in recta linea legitimos masculos, qui rex fuerit Maioricarum et dominus Montispesulani. Et, si forte predictus infans Iacobus, filius noster, vel filii eius legitimi masculi vel descendentes ab eo in recta linea legitimi masculi sine filio vel filiis legitimis masculis decederent, volumus ac statuimus et mandamus quod regnum Maioricarum et insule Minorice et Evisse predicte et comitatus predicti et Monspesullanus cum toto dominio et territorio eius et omnia

et singula alia, que sibi supra dimitimus, ad infantem Petrum, predictum filium nostrum, vel ad filium seu nepotem eius aut alium legitimum masculum ab eo in recta linea descendentem, qui rex fuerit Aragonum et Valencie ac comes Barchinone, penitus devolvantur. Et si, quod absit, predicti filii eius seu descendentes ab eis in recta linea legitimi masculi sine filio vel filiis legitimis masculis decederent, volumus et statuimus ac mandamus quod regna predicta omnia et comitatus omnes predicti et villa Montispesullani cum toto eius dominio et omnia predicta alia, que eis dimittimus, ut supra continetur, devolvantur ad Iacobum, predictum filium nostrum et dicte Teresie, si tunc vixerit, et si mortuus fuerit, ad filios eius legitimos masculos seu descendentes ab eo in recta linea legitimos masculos revertantur. Et eo Iacobo sive filiis eius descendentibus in recta linea ab eodem legitimis masculis in casu predicto defficientibus, vel si decederent sine filio vel filiis legitimis masculis, volumus et statuimus quod omnia regna et comitatus predicti et Monspesullanus et terre predictae omnes devolvantur ad Petrum, filium nostrum predictum et dompne Teresie antedictae, si vixerit, vel ad filios eius seu descendentes ab eo in recta linea legitimos masculos tunc extantes. Quo Petro, filio nostro, et descendentibus ab eo, ut dictum est, defficientibus vel descendentibus sine filiis legitimis masculis, regna et comitatus predicti et villa Montispesullani cum suo dominio et predicta omnia devolvantur ad filios legitimos masculos illustris regine Castelle dompne Yolant, filie nostre, cuius filiis masculis defficientibus, quod absit, predicta omnia devolvantur ad filios legitimos masculos dompne Constancie, filie nostre inferius memorate, et filiis ipsius Constancie legitimis masculis defficientibus, devolvantur predicta omnia ad filios legitimos masculos dompne Elizabet filie nostre, regine quondam Francie ante dicte. Et deficientibus, quod absit, omnibus predictis, ut supra dictum est, volumus et statuimus quod predicta omnia devolvantur ad illum, qui nobis erit proximior in linea parentele, qui, tamen, fuerit legitimus et masculus et descendat recto grado de genere nostro. Insuper, eciam, volentes ut regna et terre, que et quas dictis filiis nostris infanti Petro et infanti Iacobo, dimittimus, integra semper remaneant cuique eorum et suis, ut supra ordinatum est, et quod

diminui non possint nec transmutari in alienum dominium seu transfferri, volumus, statuimus et ordinamus quod nullus predictorum filiorum aut nepotum nostrorum seu a nobis in recta linea descendencium institutorum aut substitutorum a nobis, ut supra continetur, possit in regnis et comitatibus predictis et in villa ac dominio Montispesullani et in terris et castris predictis, que et quas eis, ut dictum est, dimittimus, feminam aliquam, filiam, scilicet, vel aliam in totum vel in partem instituere heredem nec dare eciam sibi in casamentum seu dotem aut aliter ullo modo. Nichilominus eciam mandamus ac firmiter perpetuo statuimus quod regna Aragonum et Valencie et comitatus Barchinone et omnes terre, que et quas predicto infanti Petro, filio nostro, dimittimus, ut supra continetur, et omnia eciam ad ipsa regna et terras ubique pertinencia et debencia pertinere quocumque modo, sint semper unius et eiusdem domini et domini, scilicet regis Aragonum. Et idem filius noster infans Petrus vel sui successores non possint ipsa regna, comitatus et terras dividere inter suos filios vel filias aut in alias personas alienare sed semper ipsa regna, comitatus et terre remaneant et sint regis et domini Aragonum integriter, ut est dictum, et unum solum filium suum legitimum masculum dictus infans Petrus et sui post ipsum succesive heredem faciant in eisdem, salvis, tamen, substitutionibus nostris predictis. Mandantes similiter ac firmiter perpetuo statuentes quod regnum Maiorice et insule Minoricarum et Evisse et villa Montispesullani cum territorio et dominio eiusdem et comitatus Rossilionis, Ceritanie et Confluentis predicti et Caucumliberum at alia, que ipsi infanti Iacobo supra dimittimus et omnia pertinencia et pertinere debentia ad eadem ubique, quocumque modo, sint semper domini eiusdem, scilicet, regis Maioricarum, et idem infans Iacobus, filius noster, vel eius successores, non possint ipsa dividere inter suos filios aut filias aut in alias personas alienare, sed ipsum regnum et comitatus et Monspesullanus et alia, que ipsi infanti Iacobo dimisimus superius, semper remaneant et sint regis et domini Maioricarum integriter, ut est dictum. Et unum solum filium suum legitimum masculum idem infans Iacobus et sui post ipsum succesive heredem faciant in eisdem; salvis, tamen, substitutionibus nostris predictis. Item, filios infantis dompne

Constancie quondam filie nostre et infantis dompni Emanuelis, fratris illustris regis Castelle, nepotes nostros, instituimus heredes nostros in camera et aliis que prefate Constancie dedimus tempore nupciarum et ipsos eis volumus esse contentos de bonis nostris. Item, cum presenti testamento confirmamus et aprobamus omnes donaciones a nobis factas usque modo pro hereditatibus vel beneficiis quibuslibet personis et pro anima nostra ordinibus, ecclesiis vel locis religiosis a nobis factas similiter usque modo. Et hec est nostra ultima voluntas, quam valere volumus et statuimus iure testamenti vel nuncupativi aut codicillorum seu alterius cuiuslibet nostre ultime voluntatis; revocantes omnia alia testamenta et quamlibet aliam ultimam voluntatem nostram, que a nobis ante huius testamenti confectionem seu ordinacionem ordinata fuerint seu confecta.

Actum est hoc in Montepesullano, septimo kalendas septembris anno Domini millessimo CC LXX secundo.

Quod testamento fuit per predictum dominum regem firmatum et concessum. Presentibus: nobili Bertrando de Beylo Podio, domino Iaclappi. Berengario de Tornamira, milite. Iacobo de Rocha, sacrista illerdensi, decano Valencie et notario eiusdem domini regis. Arnaldo Caynnot, capellano eiusdem domini regis, et Iohanne de Turre Fracta, canonico illerdensi; testibus ad hoc specialiter electis et vocatis et pluribus aliis; et testes in ista contenti erant in curia constituti.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesullani.

Testes sunt: Iaufridus, vicecomes Rocaberti. Ermengaudus de Urgio. Guillelmus Zacort. Garcias de Castroaciolo. Arbertus de Fuxio.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, scriptoris domini regis predicti, qui, de mandato speciali et expresso eiusdem domini regis, hec scripsit et clausit, loco, die et anno prefixis.

Et est sciendum quod mille morabatini supra legati monasterio Benifazani sunt iam soluti ex donacione quam dicto monasterio fecit dominus rex de parte sua decime panis de Vallebona et Arbors Sobirans, aldeis Morelle;

et CCC morabatini legati monasterio Regalis, iuxta Alcanum, sunt iam assignati ei.

1272, septiembre 3. Montpellier.

1889

Jaime I, rey de Aragón, autoriza a los 'pahers' de Cervera a tasar nuevamente los bienes de aquellos vecinos que no los hayan declarado o lo hayan hecho por un valor inferior al real.

AHCC. *Llibre de Privilegis*, ff. 7r-v.

Publ.: VV.AA. *Llibre de Privilegis de Cervera (1182-1456)*, núm. 14.

Que los pahers de Cervera puxen tatxar los veyns de la dita vila apres que ab sagrament hauran manifestat los bens per mes bens que no hauran manifestats.

Noverint universi quod cum nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesullani, intellexerimus quod aliqui habitatores Cervarie, super questiis, serviciis et aliis exaccionibus regalibus et vicinalibus persolvendis que colliguntur in villa Cervarie, iurant quodcumque bona sua minus valere et ea bona valeant plus quam ipsi iurent. Idcirco, ad evitandum fraudem que in hiis fit et fieri potest, concedimus per nos et nostros vobis, universitati Cervarie, ac statuimus imperpetuum quod si aliquis vel aliqui habitatores Cervarie iuraverint super predictis bona sua valere certam pecunie quantitatem et ea bona ad cognitionem paciariorum et proborum hominum Cervarie plus valuerint ea quantitate pecunie quam ipsi iuratores suo dixerint seu asseruerint iuramento, paciarii et probi homines Cervarie possint et liceat eis estimare et apreciare quantum ipsa bona valuerint plus quantitate illa quam ipsi iuratores suo asseruerunt iuramento, pro ut eisdem paciariis et probis hominibus iuste et idonee videbitur faciendum. Et illi quorum ipsa bona fuerint, teneantur dare et solvere in predictis questiis, serviciis et aliis exaccionibus regalibus et vicinalibus pro eo quod idem

paciarum et probi homines estimaverint et appreciaverint bona ipsorum iuratorum plus valere quam ipsi iuraverint seu asseruerint solvere teneantur. Mandantes firmiter portariis et collectoribus predictorum et baiulo Cervarie, presentibus et futuris, quod predicta omnia firma habeant et observent ac faciant observari, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Datum in Montepesulano, III nonas septembris anno Domini M^o CC^o LXX^o secundo.

Signum (signo) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: Iaufridus de Rocabertino. Ermengaudus de Urgio. Raimundus Fortis. Bertrandus de Bello Podio. Albertus de Fuxio.

Sig(signo)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scripsit et clausit loco, die et anno prefixis.

1272, septiembre 4. Montpellier.

1890

Jaime I, rey de Aragón, concede a Bernardo de Molinos la alquería de Murla, sita en término del castillo de Pop, en el Reino de Valencia.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 90.

Publ.: *El Archivo*, II, pg. 328.

Nos Iacobus, etc., damus vobis, Bernardo de Molendinis, alqueriam vocatam Murla, sitam in regno Valencie, in termino castris de Pop ... Predictam autem donacionem vobis facimus tali condicione... quod vos de dicta alqueria hereditatis unum filium vestrum seu vestrum aliquem consanguineum seu parentem proximum, qui in dicto regno personalem residentiam post obitum vestrum faciat ... et teneat ibi suum capud maius, set in vita vestra teneatis ibi unum hominem loco vestri... salvum Carrocio, domino Rebolete, violarium.

Datum Montepesulano, II nonas septembris anno M CC LXX II.

1272, septiembre 17. Agde.

1891

Jaime I, rey de Aragón, prohíbe al vizconde de Cardona la entrega de varios castillos al conde de Foix.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 138v.

Publ.: BAUDON DE MONY, "Relations des Comtes de Foix avec la Catalogne", II, pg. 144. HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.386.

Iacobus... viro nobili et dilecto R. de Cardona. Salutem et dileccionem. Noveritis nos intellexisse quod comes Fuxensis misit ad vos Bernardum de Sancto Romano, scutiferum suum, et post eum nobilem Geraldum de Armaynacho, cum litteris et signis ut castra feudi nostri de Lordato, de Monteregali et alia, que dictus comes pro nobis tenet et vos nunc tenetis, reddatis et restituatis eidem et cui voluerit loco sui. Unde cum, prout scitis, dicta castra de nostro feudo sint et pro nobis teneantur, mandamus vobis firmiter, sub pena gracie nostre et amoris et omnium eciam que in terra nostra habetis, quod dicta castra dicto comiti non tradatis nec eciam alicui alii set ea ad opus nostri bene et fideliter custodiatis et deffendatis, prout facere tenemini et debetis. Alioquin sciatis quod omnia bona vestra vobis emparabimus et auferemus et contra personam vestram procedemus nichilominus in quantum poterimus, sicut contra illum qui castra sui domini tradit contra voluntatem ipsius.

Datum in Acde, XV kalendas octobris anno Domini MCCLXX secundo.

1272, septiembre 19. Agde.

1892

Jaime I, rey de Aragón, promete a Ramón Escorna, de la casa del infante Pedro, darle una heredad en el término de la población de Villarreal y también a su hermano.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 61v.

Nos Iacobus et cetera, promittimus tibi, Raimundo Escorna, de domo karissimi filii nostri infantis P[etri], quod quaecumque nos [dividebimus terminum] et populacionem quam facere proponimus iuxta Burriana, subtus cequiam novam quam fieri facimus nunc heredi[tabimus te ibidem] competenter et Petrum Escorna, fratrem tuum.

Datum in Acde, XIII^o kalendas octobris amo Domini M^o CC^o LXX^o secundo.

1272, septiembre 19. Agde.

1893

Jaime I, rey de Aragón, concede a Martín López de Castellote, escudero del infante Jaime, tres jovadas de tierra en término de Castalla.

A C.A. Cancillería. Registro 21, f. 61v.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi, Martino Luppi de Castellot, scutifero karissimi filii nostri infantis Iacobi, et tuis imperpetuum, per hereditatem propriam, francam et liberam tres iovatas terre in termino de Caçtaylla, in plano de Foçalboraya, de terra scilicet eiusdem plani, herema, que alicui non est data, contigua hereditati tue. Et predictas itaque tres iovatas terre cum introitibus et cetera, damus tibi et tuis ad dandum et cetera, exceptis sanctis, clericis et personis religiosis.

Datum in Acde, XIII^o kalendas octobris anno Domini M^o CC^o LXX^o secundo.

1272, septiembre 20. Agde.

1894

Jaime I, rey de Aragón, confirma la división de términos llevada a cabo entre Arnaldo de Castelnou, maestro del Temple, y el concejo de Teruel.

AHN. Cód. 1032, doc. 97, 157-158. Es traducción del texto latino contenido en ACA. Cancillería Registro 21, f. 61v con algún error en los testimonios.

Publ.: GARGALLO, A., *El concejo de Teruel en la Edad Media 1177-1327*, IV, doc. 103.

Sapien tots com nos en Jacme, per la gracia de Deu rey d'Aragone, de Mayllorches e de Valencia, comte de Barcelona e d'Urgel e senyor de Montpesler, per nos e per los nostres loam e atorgam e conffermam la divisio feita entre l'onrat fraire A. de Castel Nou, maestre de la cavaleria del Temple, de la una part, e del conseyl de la vila e de la aldeya de Terol, de l'altra, de termens dels quals era contenço entrel maestre e lo dit consseyll de la aldeya e de la vila de Terol, axi com en les cartes daquen feytes muyls e pus plenerament es contengut; prometens que contra la davant dita divisio no venirem ni lexarem alcu contravenir per alcuna rao. Manam de tot en tot a jutges, justicies jurats et als altres officials e sotsmeses nostres, presents et esdevenidors, que la davant dita conffermacio nostra ferma ayen et observen e no contravinguen ne alcu contravenir no lexen per alcuna rao.

Data a Acda, XII kalendas d'uytubri en l'an de Nostre Senyor M CC LXX II.

Senyal d'en Jacme, per la gracia de Deu rey d'Arago e de Mayllorca e de Valencia, comte de Barcelona e d'Urgel e senyor de Montpesler.

Testimonis son: G. de Castelnou. Q. d'Urgel. Jacme de Rocaberti. G. R. de Montcada. R. Fort.

Senyal (*signo*) d'en Bartolomeu de Porta, qui per mandament del senyor rey aquest escrit feu e cloy loc e dia et an damunt dits.

1272, septiembre 20. Agde.

1895

Jaime I, rey de Aragón, confirma la división de términos entre la orden del Temple y el concejo de la villa y aldeas de Teruel.

ACA. Cancillería. Registro 310, ff. 58v-59r. Es el documento anterior en latín.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus divisionem factam inter venerabilem fratrem A. de Castro Novo, magistrum Templi, ex una parte, et concilium ville et aldearum Turolii, ex altera, de terminis de quibus erat contentio inter dictum magistrum et dictum concilium ville et aldearum Turolii, prout in instrumentis inde confectis melius et plenius continetur. Promittentes quod contra dictam confirmationem nostram firmam habeant et observent, et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione.

Mandantes nichilominus iudicibus, iusticiis, iuratis et aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod dictam confirmationem nostram firmam habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione.

Datum in Acde, XII kalendas octobris anno Domini M^o CC^o LXX^o II^o.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Jaufridus de Rochabertino. G. de Castro Novo. R. de Montechatano. R. de Urgio. R. Fortis.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui mandato domini regis hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1272, septiembre 29. Agde.

1896

Jaime I, rey de Aragón, concede gracia especial sobre enjuiciamiento de los judíos de Villafranca del Penadés.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 63.

Publ.: BOFARULL. "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 919.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.387.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia etc., per nos et nostros concedimus et indulgemus ac facimus gratiam specialem vobis, universis et singulis iudeis Villefranche de Penitensi, presentibus et futuris, quod persone vestre non capiantur pro querimonia alicuius nec capte detineantur nisi pro facto criminis sanguinis sive mortis, vobis, tamen, dantibus fideiussores idoneos quod faciatis querelantibus vestris iusticie complementum. Mandantes firmiter vicariis, baiulis, castlanis, curiis et universis aliis officialibus et subditis nostris Villefranche et aliorum locorum nostrorum, presentibus et futuris, quod predicta firma habeant et observent ac faciant observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione.

Datum in Acde, III kalendas octobris, anno Domini MCC LXX secundo.

1272, octubre 15. Montpellier.

1897

Jaime I, rey de Aragón, restituye diez mil sueldos al Hospital de Perpiñán.

AHP. *Leg II*, núm. 28

Publ.: ALART, *Privileges et Titres*, I. pg. 317.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.388.

Noverint universi quod, cum nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, vendissemus infanti Jacobo, filio nostro, ius patronatus quod habebamus in hospitale pauperum Perpiniani pro X milibus solidorum malguriensium et ipse filius noster postea vendidisset honores et possessiones ipsius hospitalis pro ipsis X milibus solidorum malguriensium; et nunc nobis datum sit intelligi quod de iure dictam vendicionem facere non poteramus, et quod occasione dicte vendicionis facte de bonis dicti hospitalis per dictum nostrum filium, ut est dictum, multum idem hospitale dampnificatum est; idcirco, volentes dictos denarios in comodum eiusdem hospitalis restituere, recognoscimus et confitemur debere vobis, comendatori et fratribus hospitalis predicti, X millia solidorum malguriensium, que

quidem assignamus vobis habenda et percipienda in redditibus et exitibus nostris Cauchiliberi. Mandantes Martino del Trillar, baiulo nostro Perpiniani et Cauchiliberi, quod de redditibus et exitibus predictis donet et solvat dicta X milia solidorum malguriensium, ita quod ea tradat Dalmacio de Villarrasa et C. Carboni de Perpiniano, ut de ipsis emant honores et possessiones ad opus hospitalis predicti.

Datum in Montepessulano, idus octobris anno Domini M CC LXX secundo.

1272, octubre 25. Montpellier.

1898

Jaime I, rey de Aragón, reitera a Gastón de Bearn la prohibición de entregar al rey de Francia varios castillos.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 138v.

Publ.: BAUDON DE MONY. "Relations des Comtes de Foix avec la Catalogne", II, pg. 146.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.389.

Iacobus, Dei gracia etc. viro nobili et dilecto Gastoni, Dei gracia vicecomiti Bearnensi et domino Montiscathani et Castriveteris. Salutem et dileccionem. Noveritis nos vidisse litteras vestras, quas nobis misistis per Bernardum de Sancto Romano, scutiferum comitis Fuxensis, quem idem comes ad nos misit, et tam tenorem litterarum vestrarum, quam ea que dictus Bernardus ex parte vestra, nobis dixit, intelleximus diligenter; et sciatis quod miramur multum de vobis quia vos de talibus nos rogastis, videlicet, ut castra nostri feudi, que pro nobis tenentur, tradamus et tradi faciamus ad manus alterius dominacionis. Nam significamus vobis pro certo quod si sciremus certissime quod rex Francie de dicto comite faceret fieri iusticiam corporalem, nisi dicta castra sibi restituerentur, ipsum et duos alios comites ei comsimiles antea iusticiari permittemus, quam dicta castra faceremus restitui ullo modo. Sciatis, preterea, quod fuimus plurimum dispaccati quia idem comes misit omnia signa que potuit dicere ut castra predicta posset a nobis auferri

et non videretur suum quia vellet exheredare dominum suum, modo predicto, nec vos in hoc consentire debuissetis, et vobis... sset et inspexissetis debitum quo nobis tenemini.

Datum in Montispessulano, VIII kalendas novembris anno Domini M CC LXX secundo.

1272, octubre 25. Montpellier.

1899

Jaime I, rey de Aragón, se niega a restituir al conde de Foix los castillos de Lordot, Monreal y otros.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 139.

Publ.: BAUDON DE MONY, "Relations des Comtes de Foix avec la Catalogne", II, pg. 145.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.390.

Iacobus, Dei gracia etc., viro nobili et dilecto Rogerio Bernardi, gracia eadem comiti Fuxensi. Salutem et dileccionem. Vidimus Bernardum de Sancto Romano, scutiferum vestrum, quem ad eos misistis super facto castrorum de Lordato, de Montereali et aliorum, que pro nobis vos tenetis et tenere debetis, et nunc tenet nobilis R. de Cardona pro nobis; et ea que ipse, ex parte vestra, nobis dixit intelleximus diligenter, et miramur multum de vobis quia dictum Bernardum super hoc ad nos misistis, quoniam scitis vos quod dicta castra sunt de feudo nostro et pro nobis in feudum tenentur. Quare significamus vobis quod ea vobis non restituemus nec alicui alii per quem ad aliam posset dominacionem pervenire, quia nolumus dominacionem nostram diminuere, set potius augmentare. Preterea non credimus quod illustris rex Francie, propter hoc, vos agravet in aliquo nec velit iniuriare nobis in nostro nec vobis in vestro, maxime cum nos pro facto vestro, mitamus ad eum nostros nobiles nuncios et solempnes.

Datum in Montepessulano, VIII kalendas novembris anno Domini M CC LXX secundo.

1272, octubre 27. Montpellier.**1900**

Jaime I, rey de Aragón, agradece al vizconde de Cardona su fidelidad respecto a los castillos del conde de Foix.

ACA. *Cancillería. Registro 21*, f. 139.

Publ.: BAUDON DE MONY. "Relations des Comtes de Foix avec la Catalogne", II, pg. 147.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.391.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, viro nobili et dilecto, R. de Cardona. Salutem et dileccionem. Noveritis nos vidisse Jacobum de Clareto, capellanum vestrum, quem ad nos misistis cum litteris vestris credencie, qui ex parte vestra nobis dixit qualiter comes Fuxensis ad vos suos nuncios miserat et rogaverat vos ut castra, que per nobis in ipso comitatu tenetis, redderetis et restitueretis regi Francie; et responsum nobis retulit quod eis dedistis. Quo intellecto, sic vobis presentibus respondemus quod regraciamur vobis multum quia taliter eisdem respondistis; et videtur bene vestrum et de fide nostra et naturalitate, quam nobiscum habetis, illud processisse; et si aliter respondissetis nos fuisset vestrum, quoniam bene scitis vos quod nos posuimus vobiscum quod, pro facto dicti comitis, ad regem Francie nostros sollempnes et honorabiles nuncios mittemus, quod quidem facimus, quoniam nos mittimus modo, pro dicto facto ad ipsum regem venerabiles episcopum Barchinone, fratrem A. de Castronovo, magistrum Templi, et G. de Castronovo, fratrem eius. Quare rogamus vos quatenus dicta castra bene custodiri faciatis, prout vos decet et de vobis confidimus et speramus, cum nos ea velimus ad opus dicti comitis vel suorum ... dictus cappellanus vester, ex parte vestra nos rogavit ut mitteremus vobis peccuniam ad custodiam dictorum castrorum, sic vobis respondemus, quod cum racione nunciorum predictorum, quos in Franciam mittimus, pro facto dicti comitis, ut est dictum ... os necessarios habeamus nec ipsos in Montispessulano ita sicut vos satis creditis, preparatos habeamus, racione magne... rogamus vos quatenus non pigeat vos quod denarios

vobis non mittimus per nuncium vestrum predictum. Actum... in brevi et cicius quam creditis et tunc super custodia ipsorum castrorum nobiscum computabitis, et illud... inde vobiscum satisfaciemus, quod nobis plurimum complacebit et eritis inde paccatus a nobis.

Datum in Montispessulano, VI kalendas novembris anno Domini M CC LXX secundo.

1272, noviembre 2. Montpellier.**1901**

Jaime I, rey de Aragón, arrienda a Pedro Vidal la acuñación de denarios gruesos de plata en Montpellier.

ACA. *Cancillería. Registro 14*, f. 148.

Publ.: BOTET Y SISÓ. "Les monedes catalanes", III, pg. 263.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.392.

Noverint universi quod, cum nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum etc., velimus modo cudere et facere denarios argenti grossos in villa Montispessulani, cum presenti carta damus et concedimus vobis, Petro Vitali, fabricacionem et faccionem ipsorum denariorum argenti, ita quod vos vel quem seu quos volueritis loco vestri operamini et cudatis vel operari seu cudi faciatis de dictis denariis argenti pro nobis quinquaginta milia marcharum argenti Montispessulani, a primo venturo festo Natalis Domini ad duos annos primos venturos et continue completos. Et ipsos denarios debetis facere de tallia, lege et penso, que sequuntur, videlicet, quod sint illius tallie, cuius sunt turnenses argenti albi, quos rex Francie facit, exceptis litteris et signo, que fiant, sicut nos dictabimus et statuemus; et quod unusquisque ipsorum denariorum valeat duodecim denarios malgurienses, qui modo currunt; et quod marcha argenti Montispessulani operata sit de sexaginta denariis argenti et tercia, scilicet, de quindecim solidis et uno denario argenti, ad tria pensa ipsorum denariorum argenti operatorum, quorum unusquisque valeat duodecim malgurienses modo currentes, ut dictum est. Predictorum, inquam, denariorum argenti grossorum fabricacionem

et factionem faciendorum seu cudendorum ad talliam sive legem et pensum predicta per vos usque ad iam dictam summam predictorum quinquaginta milium marcharum argenti Montispesulani, ut dictum est; damus et concedimus vobis, dicto Petro Vitali, ita, scilicet, quod de unaquaque marcha dictorum denariorum argenti, qui debent de unaquaque marcha argenti Montispesulani exire et fieri, ut est dictum, teneamini dare et solvere nobis duodecim denarios malgurienses modo currentes, cum ipsi denarii argenti operati et monetati fuerint, ac per custodes dictorum denariorum liberati. Et residuum totum lucri quod in dictis denariis feceritis, faciendo ipsos bene et legaliter, iuxta talliam ac legem et pensum predicta, sit vestrum, quantumcumque sit, ad vestras omnimodas voluntates, et vos faciatis expensas ipsius monete, prout inferius continetur. Et sic volumus et concedimus vobis quod vos et quem vel quos volueritis loco vestri, operemini et cudatis vel operari seu cudi faciatis ac etiam monetetis dictos denarios argenti, ut dictum est, in villa Montispesulani ad talliam et legem ac pensum predicta; concedentes, etiam, vobis quod si denarii argenti predicti, quos feceritis, cum facti et monetati fuerint, invenientur defectum habere de uno grano et dimidio ad assagium parvum, quod est tertia pars medie uncie, scilicet, de quatuor granis et medio ad mediam unciam, propter talem defectum non arrestentur, sed permittantur deliberari vobis ipsi denarii, quos feceritis, in quibus defectus talis et non alius invenietur, ymmo deliberentur per custodes sine aliqua contradiccione ac si nullus esset in eis defectus; ita, tamen, quod vos teneamini facere et cudere et faciatis ac cudatis totidem denarios, quot illi in quibus dictus defectus, ut dictum est, et non alius inventus fuerit. Qui, quidem, denarii teneant plus iure vel penso suo debito ac iusto illud granum et medium, ut est dictum. Sed si in dictis denariis inventi fuerint denarii habentes maiorem defectum uno grano et medio ad rationem predictam, illi penitus refundantur et nullatenus deliberentur per custodes, Nichilominus, etiam, concedimus vobis quod, postquam dicti denarii argenti, quos vos cudetis seu cudi facietis, monetati fuerint per monetarios et assagiati per assaiatores, et deliberati per custodes ipsorum denariorum, qui a nobis ad hoc deputati fuerint et statuti, non teneamini

nobis ex tunc de dictis denariis in aliquo respondere, si forte ipsi denarii minoris pensi vel legis invenirentur, nec nos vel nostri possimus ex tunc inde vobis vel vestris petitionem aliquam facere, seu demandam. Volumus etiam et concedimus vobis quod dicti denarii argenti currant in Montepesulano et per totam aliam terram nostram seu nostre iurisdiccione ad cambium, scilicet, et deliberaciones seu soluciones faciendas et quod in villa vel dominio Montispesulani non currant per dictum tempus nisi moneta malguriensis, sicut modo ibi currit et predicti denarii, ut est dictum, concedentes etiam vobis quod possitis habere, mittere ac mutare operarios et monetarios, quos vobis placuerit, ad faciendum dictos denarios argenti et nos mittamus assagiatorem et custodem in predictis. Promittimus vobis quod in villa vel iurisdiccione Montispesulani nec in aliquibus aliis locis terre et iurisdiccione nostre non faciemus fieri sive operari similem monetam argenti per totum tempus predictum, donec predicta quinquaginta milia marcharum argenti fuerint operata. Verumtamen est sciendum quod vos, dictus P. Vitalis, debetis solvere in salario custodibus dictorum denariorum sive monete argenti XX libras malgurienses singulis annis et nos residuum, donec dicta quinquaginta milia marcharum fuerint operata, et vos etiam debetis facere omnes alias expensas, que fient in dicta moneta vel racione eiusdem in operariis, monetariis et assagiatore vel quolibet alio modo vel causa. Mandantes, itaque, tenenti locum nostrum Montispesulani et baiulo curie Montispesulani et universis aliis officialibus et subditis nostris ac terre nostre presentibus et futuris, et cetera.

Datum in Montepesulano, IIII nonas novembris anno Domini M CC LXX secundo.

1272, noviembre 4. Montpellier.

1902

Jaime I, rey de Aragón, concede licencia a la orden del Temple para transportar libremente por toda su tierra y jurisdicción, el cereal o cualquier otra vitualla que las casas de la Orden necesitaran.

ACA. Cancillería. Registro 310, f. 59r.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros concedimus et indulgemus vobis, venerabili fratri A. de Castro Novo, magistro milicie Templi in Aragonia et Catalonia, ac vestris successoribus qui post vos, magistri, fuerint in eisdem partibus, comendatoribus ac fratribus universis eiusdem ordinis Templi, presentibus et futuris, quod possitis per totam terram et iuremdictionem nostram portare de loco ad locum seu de una domo seu loco ordinis Templi ad aliam domum sive locum eiusdem ordinis, vel de quilibet locis nostris seu terre nostre ad ipsas domos vestras, per terram scilicet et per mare ac qualibet aqua dulcem, seu facere portari frumentum, ordeum et qualibet aliud bladum, et quilibet alia victualia conveniencia habueritis ad usus vestrum et familie vestre in domibus et quibuslibet locis vestris. Et possitis etiam extrahere vel portare aut facere extrahi vel portari de terra nostra ad partes ultramarinas bladum et qualibet alia victualia et equos ac quaslibet alias res, ad usus et opus Templi et familie sue, libere scilicet et sine impedimento et contradiccione alicuius persone. Et hec omnia predicta possitis vos et comendatores ac fratres Templi personaliter vel per alium seu per alios facere, ut dictum est, non obstante vedamento aliquo bladi vel equorum aut quorumlibet aliorum a nobis facto vel a nobis seu nostris in posterum faciendo. Item, tamen quod frater seu fratres extrahentes sive portantes predictam vobis aliquo tempore teneantur iurare et iurent super ordinem suum vel alie persone que pro ipsis fratribus Templi ipsa extrahunt et portabunt, teneantur iurare et iurent ad sancta Dei evangelia quod ipsum bladum vel victualia seu alie res et equos, que, quas vel quos extrahent et portabunt seu ducentur, sint Templi et portent seu ducant ipsa ad domos vel alia loca Templi, ad opus et usus fratrum Templi et familie sue. Et quod aportent baiulo nostro loci de quo predicta extrahent ad portandum albaranum de loco ipso ad quod ipsa portabunt, in testimonium quod portaverint ipsa

illuc quod albaranum aportandum intelligimus de locis sitis in portibus citra mare.

Mandamus itaque firmiter vicariis, baiulis, curiis, iusticiis, alcaydis, merinis, supraiunctariis, lezdariis et pedagogariis ac universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta firmam habeant et observent ac faciant observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum in Montepesulano, II nonas novembris anno Domini M^o CC^o LXX^o II^o.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes huius rey sunt: Jaufredus, vicecomes Rochabertini. G. vicecomes Castri Novi. R. Fortis de Bello Podio et Bertrandus de Bello Podio. G. de Turre, miles.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1272, noviembre 5. Montpellier.

1903

Jaime I, rey de Aragón, concede licencia a la orden del Temple para que pueda hacer compras por valor de dos mil mazmodinas en el lugar de Pauls, término de Tortosa, sin pagar su parte a la corona.

ACA. Cancillería. Registro 310, f. 59v.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros concedimus et indulgemus vobis, venerabili et dilecto nostro fratri Arnaldo de Castro Novo, magistro milicie Templi in Aragonia et Catalonia, et fratribus eiusdem ordinis, presentibus et futuris, plenam licenciam et potestatem emendi pro duobus mille mazmodinis iucefiis in loco vocato Pahul, qui est in termino Dertuse, et in omnibus suis terminis

quandocumque vobis vel vestris successoribus videbitur expedire, non obstante eo quod si Templum in Dertusa et terminis suis emeret non in ipsa emptione medietatem haberemus. Nos enim dictam emptionem vobis franche et libere concedimus faciendam. Et nos empcionem quam inde feceritis usque ad dictam sumam, ut dictum est, laudamus et de presenti concedimus ac firmamus.

Mandantes firmiter vicariis, baiulis, curiis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta firma habeant et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum in Montepesulano, nonas novembris anno Domini M° CC° LXX° secundo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes huius rey sunt: Jaufredus, vicecomes Rochabertini. Ermengaudus de Urgio. R. Fortis de Bello Podio. Bertrandus de Bello Podio. G. de Turre, miles.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1272, noviembre 5. Montpellier.

1904

Jaime I, rey de Aragón, concede a la orden del Temple que sus vegeres y oficiales no puedan exigir reparaciones a los vasallos de la orden por ruptura de la paz y tregua sin previa comprobación de la misma.

ACA. Cancillería. Registro 310, f. 59v.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros concedimus et indulgemus vobis, venerabili fratri Arnaldo

de Castro Novo, magistro milicie ordinis Templi in Aragonia et Catalonia, et eidem ordini imperpetuum, quod cum alii vicarii vel alii officiales nostri aut locum eorum tenentes dixerint aliquos homines villarum vel locorum Templi terre nostre fregisse pacem et treugas, non possint eos compellere seu distringere ullo modo ad firmandum racione paucis vel treugue fractarum, donec cognitum fuerit ipsos homines pacem et treugas fregisse. Et cum cognitum fuerit ipsos homines fregisse pacem et treugas, teneantur firmare in posse vicariorum nostrorum pro ipsis pace et treugas fractis.

Mandantes firmiter vicariis, baiulis, curiis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta firma habeant et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum in Montepesulano, nonas novembris anno Domini M° CC° LXX° secundo.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes huius rey sunt: Jaufredus, vicecomes Rochabertini. Ermengaudus de Urgio. R. Fortis de Bello Podio. Bertrandus de Bello Podio. G. de Turre, miles.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1272, noviembre 5. Montpellier.

1905

Jaime I, rey de Aragón, concede a Mosse el Neyto, judío de Jaca, la escribanía y la vigilancia de las medidas del almudín de dicha ciudad, cobrando por dicho trabajo cuatro dineros diarios de los réditos del almudín.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 71v.

Publ.: BURNS, R. I., *Els jueus a la cultura notarial*, núm. 14.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex etc., per nos et nostros damus et concedimus tibi, Mosse el Neyto, iudeo Iacce, in tota vita tua, scribaniam, almudinum et officium rasore ipsius almudini ville Iacce, ita scilicet quod tu toto tempore vite tue, dum bene et fideliter in ipso officio te habueris, scribas ea que scribenda fuerint in ipso almudino vel racione ipsius; et radas mensuras bladi et aliorum que in dicto almudino mensurabantur et radi debebunt; et exerceas predicta sicut alii ipsa tenentes temporibus preteritis ea melius exercere consueverint. Concedentes eciam tibi pro officio et labore tuo predictorum [quod] habeas et recipias singulis diebus in tota vita tua, dum predicta tenueris, quattuor denarios Iacce de redditibus eiusdem almudini. Hanc autem donacionem tibi facimus sine preiudicio alterius. Mandantes, etc.

Datum in Montepessulano, nonas novembris anno Domini M CC LXX secundo.

1272, noviembre 11. Montpellier.

1906

Jaime I, rey de Aragón, dona a Guillermo Cortit, portero suyo, seis jovadas de tierra en Burriana en compensación de otras seis que anteriormente le entregó y le fueron devueltas, con la condición de avvicindarse en la villa y no poderlas vender durante veinte años.

ACA. Cancillería. Registro 21. f. 84v.

Per nos et nostros, in emenda sex jovatarum quas tibi Guillelmo Cortit, porterio nostro, dederamus subtus cequiam [Aliacire pro hereditate], quam a te modo recuperavimus, per nos et nostros damus tibi Guillelmo Cortit et tuis imperpetuum per hereditatem propriam, francham et liberam, sex iovatas terre in populacione Borriane subtus cequiam quam qua (*sic*) modo fieri facimus; et patuum competens ad opus domorum cum introitibus, exitibus et melioramentis, afrontacionibus ac suis pertinenciis universis, a celo in abissum, habeatis tu et tui imperpetuum ad dandum, vendendum,

impignorandum ac alienandum, et ad omnes [tuas] tuorumque voluntates inde cui et quibus volueritis tu et tui, franche et libere penitus perpetuo faciendas, exceptis militibus et sanctis, clericis et personis religiosis. Predictam autem hereditatem tibi damus tali modo quod in predicta populacione facias residenciam personalem et quod ipsam vendere non possis hinc ad XX annos primo venturos et continue completos et quod pro ipsa hereditate serviatis inde tu et tui, nobis et nostris, sicut alii homines predictae populacionis pro suis hereditatibus servient nobis.

Datum in Montepesulano, III° idus novembris anno Domini M° CC° LXX° secundo.

1272, noviembre 15. Montpellier.

1907

Jaime I, rey de Aragón, autoriza a los tutores oficiales de Mosse, hijo de Salomón Samiel, para que, con el consentimiento de los albaceas extraordinarios del mismo Mosse, compren en Perpiñán y tierra de Rosellón heredades y posesiones por valor de diez mil sueldos reales para el citado pupilo.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 74r.

Publ.: BURNS, R. I., *Els jueus a la cultura notarial*, núm. 15.

Noverint universi quod cum nos Iacobus, Dei gracia, etc., asociaverimus ac dederimus vos, Samuelem Cresches de Biterris et Bonafos \Mosse/ de Narbona iudeos, Butine uxori \Salomonis Samielis aliter vocati/ Bonisachi Samuelis de Carcassona, iudei Perpiniani quondam, et Astrugo de Belcayre ac Vives Vitalis, tutoribus testamentariis Mosse filii impuberis Bonisach quondam et Botine predictorum, cum alia carta nostra pro ut in ea plenius continetur, nunc siquidem cum presenti carta damus et concedimus vobis, Botine et \Astrugo de Belcayre [et] Vives Vitalis predictis/, licenciam et potestatem emendi in Perpiniano et terra Rossillionis, nomine et racione et ad utilitatem dicte Mosse impuberis, hereditates et posse[ssione]s pro X milibus solidorum regalium, simul vel separatim, consilio \et voluntate

Samuelis Cresches et Bonafos Mosse de Narbona predictorum/, sine impedimento et contradiccione alicuius persone. Et vos, tutores iamdicti, teneamini solvere et solvatis/ de bonis eiusdem Mosse denarios antedictos quando empicio seu empiciones hereditatum vel possessionum fient per vos, ut superius continetur, usque ad summam scilicet decem milium solidorum. Statuentes et mandantes quod aliqua persona non emat nec audeat emere extra villam Perpiniani vel terram Rossilionis hereditates vel possessiones aliquas de bonis dicti pupillis, nisi hoc faceret de voluntate et assensu vestrum omnium predictorum ut superius est expressum/.

Et si quis contra hoc venire attemptav[er]it, penam mille solidorum incurret quocienscumque hic duxerit attemptandum, predictis in suo robore nichilominus duraturis. Mandantes, etc.

Datum in Montepessulano, XVII kalendas decembris anno Domini M CC LXX secundo.

1272, noviembre 15. Montpellier.

1908

Jaime I, rey de Aragón, prohíbe sacar y permutar los bienes de Mosse, hijo de Salomón Samiel, fuera de Perpiñán y tierra de Rosellón, sin autorización de sus tutores, hasta que dicho Mosse cumpla los dieciocho años.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 74v.

Publ.: BURNS, R. I., *Els jueus a la cultura notarial*, núm. 16.

Noverint universi quod cum Salamon Samielis de Carcasona, iudeus Perpiniani quondam, assignavisset in sua ultima voluntate filio suo Mosse impuberi in tutores Botinam, uxorem suam et matrem dicti Mosse, et Vives Vitalis et Astrugum de Belcayre, iudeos, nosque Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, etc., ad utilitatem impuberis predicti associaverimus et addiderimus eiusdem tutoribus Samuelem Cresques de Biterris et Bonafos Mosse/ de Narbona [cum carta] nostra ut in ea continetur. Nichilominus tamen nos Iacobus, Dei gracia rex predictus, ad maiorem predicti Mosse impuberis

utilitatem et ne bona ipsius possint dissipari, cum presenti carta volumus et statuimus quod aliqua bona dicti impuberis, denarii scilicet vel alie res seu peccunia non extrahantur vel mutantur aut portentur extra Perpinianum vel terram Rossilionis ab aliqua persona vel personis absque voluntate dicte Botine et Samuelis et Bonafos et Vives Vitalis et Astrugii de Belcayre/ donec scilicet dictus Mosse impuber etatem excessit decem et octo annorum. Quicumque autem contra hoc fecerit vel venire attemptaverit, incurret penam mille solidorum melgoriensium nobis quocienscumque hoc fecerit vel noverit persolvendam, dicta peccunia prius seu rebus ipsis dicti impuberis, quos seu quas contra [h]oc mandatum nostrum de terra Rossilionis extraxerit, persolutis. Mandantes, etc.

Datum in Montepessulano, XVII kalendas decembris anno Domini M CC LXX secundo.

1272, noviembre, 28. Santiveri.

1909

Jaime I, rey de Aragón, da a su criado Pedro Ramón un solar y seis jovadas de tierra en Burriana con la condición de vivir en dicha población y no poderlas vender durante un plazo de diez años.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 76r.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi, Petro Raimundi de domo nostra, sex iovatas terre in loco competenti subtus cequiam novam Burriane, quam ibi fieri facimus modo, et patuum competens ad opus domorum in ipsa populacione. Quas sex iovatas terre et dictum patuum ad opus domorum, de celo in abissum, cum introitibus et exitibus et melioramentis ac suis pertinenciis universis, habeatis tu et tui ad dandum, vendendum, impignorandum ac alienandum, et ad omnes vestras et vestrorum voluntates inde cui et quibus volueritis, tu et tui, penitus perpetuo faciendas, exceptis militibus et clericis et personis religiosis. Et retento etiam per hinc ad decem/ annos non possis vendere dictam [hereditatem et] quod in dicta populacione

facias residenciam seu teneas tuum capud maius et quod servias inde tu et tui [nobis et nostris sicut serviant] alii homines dicte populacionis.

Datum in villa Sancti Yberii, IIII kalendas decembris anno Domini M° [CC° LXX° secundo].

1273, enero 10. Montpellier.

1910

Jaime I, rey de Aragón, confirma el testamento de Vidal Astrugo, judío de Perpiñán, y la rendición de cuentas que el tutor Bondía de Lunell hizo a los hijos del citado Vidal, todo lo cual había sido previamente hecho y presentado ante su hijo el infante Jaime que lo había aprobado.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 81v.

Publ.: BURNS, R. I., *Els jueus a la cultura notarial*, núm. 17.

Quod nos Iacobus, etc., intelligentes quod Vitalis Astruc, iudeus Perpiniani quondam, in posse karissimi filii nostri infantis Iacobi primogeniti condidit testamentum, ideo ipsum testamentum cum presenti carta duximus confirmandum. Et similiter intelligentes quod composiciones et ordi[naciones] seu peticiones facte inter filios prefati Vitali Astruc condam et Bondiam de Lunello, tutorem et procuratorem constitutum in testamento prefato dicti Vitalis Astruc quondam, et eciam computum quod super predictis denariis Bondia reddidit coram dicto filio nostro vel e[oram] Petro Rubei loco eius, laudate et confirmate fuerunt et sunt per predictum filium nostrum infantem Iacobum. Ipsas similiter de certa sciencia concedimus et confirmamus prout melius et plenius dicte composiciones, ordinaciones, particiones et computum confirmate sunt per filium nostrum infantem Iacobum. Mandantes etc.

Datum in Montepessulano, IIII idus ianuarii anno Domini M CC LXX secundo.

1273, enero 20. Montpellier.

1911

Jaime I, rey de Aragón, da a su hijo Fernando Sánchez las rentas de Naval.

ACA. Pergs. Jaime I, 2.140.- *Cancillería. Registro 20*, f. 84.

Publ.: FONDEVILLA, F., "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1075.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.393.

Noverint universi quod nos Iacobus... volumus et concedimus vobis, dilecto Ferrando Sancii, filio nostro, quod habeatis et recipiatis pro honore, ad forum Aragonie, pro nobis, a terciodecimo kalendas octobris proxime preteriti, scilicet, a quartadecima die exitus eiusdem mensis octobris proxime preteriti, citra et de cetero, redditus et exitus ac iura nostra Nabalis, que a nobis obligata tenetis cum carta nostra, ut in ea continetur, et redditus ac exitus et iura omnia illarum villarum et locorum, quas et que tenetis racione pignoris seu facti nobilis Garcie Ortiz; concedentes vobis quod dicti redditus ac iura nostra Nabalis et aliarum villarum et locorum predictorum non intrent vobis de cetero in solutum debitorum vestrorum, pro quibus ea tenetis, set habeatis et teneatis ea pro honore ad forum Aragonie, ut est dictum.

Datum in Montepesulano, XIII kalendas februarii, anno Domini M CC LXX secundo.

1273, enero 21. Montpellier.

1912

Jaime I, rey de Aragón, concede a Fernando Forés, presbítero de Montpellier, la primera capellanía vacante que quede en su real capilla de Montpellier.

ACA. Cancillería, Registro 19, f. 84v.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, \ad preces fideli nostri P. de Tornamira, legum doctoris Montispesulani, et de speciali gracia ac etiam ex nostre plenitudine potestatis/, per nos et nostros damus et concedimus tibi, Bernardo Foresis, presbitero Montispesulani, primam vaccantem capellaniam in capella nostra Montispesulani. Ita quod tu habeas capellaniam ibidem primo vaccantem pro ceteris aliis, non obstante concessione aliqua a nobis de prima vaccante capellania dicte capelle alicui vel aliquibus facta; et habeas ac percipias inde in vita tua \ex tunc/ unus aliorum capellanorum eiusdem capelle ibidem percipiunt et percipere debent annuatim. Et tu similiter deservias et deservire teneatur dicta capellaniam die et nocte ut alii capellani eiusdem capelle facere tenentur.

Mandantes tenenti locum nostrum in Montepesulano et priori eiusdem capelle, presentibus scilicet et futuris, quatenus \habenda a te post aliis quibus iam primam vaccantem concessimus ut est dictum/, et firmam habeant et observent ut superius est expressum et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliquo modo vel aliqua ratione.

Datum in Montepesulano, XII^o kalendas febroarii anno Domini M^o CC^o LXX^o secundo.

1273, enero 28. Montpellier.

1913

Jaime I, rey de Aragón, permite a los Carmelitas de Lérida comprar un huerto.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 88.

Publ.: P. FLÓREZ, *España Sagrada*, t. 47, pg. 333.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.394.

Quod nos Iacobus, etc. per nos et nostros, concedimus et indulgemus vobis, fratri Petro Gerardi, priori, et toti conventui domus fratrum beate Marie, matris Christi, Illerde, quod Arnalda, uxor Raymundi de Cervaria, quondam civis illerdensis, possit dare vel vendere vobis ortum suum quemdam,

qui fuit Petri Arufati quondam, qui est iuxta monasterium vestrum Illerde, et vos ipsum recipere, emere et habere possitis licite, libere et secure; concedentes, eciam, vobis quod vos vel alius ad opus vestri possit emere X solidos annuales, qui pro predicto orto fiunt et fieri debent. Mandantes etc.

Datum in Montispessulano, quinto kalendas februarii, anno Domini M CC LXX secundo.

1273, febrero 6. Montpellier.

1914

Jaime I, rey de Aragón, manda a las autoridades de Montpellier que no cobren peaje ni leuda a los hospitalarios sobre los efectos navales.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 91.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.395.

Iacobus, Dei gracia etc. dilectis et fidelibus suis tenenti locum nostrum in Montispessulano et eius districtu ac eciam baiulo curie nostre Montispessulani et aliis curialibus et officialibus eiusdem curie et universis lezdariis Montispessulani, presentibus et futuris. Salutem et gratiam. Noveritis nos concessisse cum presenti littera fratribus ordinis Hospitalis Sancti Iohannis Iherosolimitani quod non teneantur dare vel solvere de cetero pedagium aliquod vel lezdam in Montispessulano, nec aliquod aliud ius racione pensi vel lezde, de aliquibus cordis, canabo, stopa et aliis talibus rebus minutis, que sint necessarie ad naves suas, et quod a predictis omnibus et singulis sint penitus franchi et liberi de cetero in Montispessulano dum placuerit nobis. Quare mandamus, etc.

Datum in Montepessulano, VIII idus febroarii, anno Domini M CC LXX secundo.

1273, febrero 8, Montpellier.**1915**

Jaime I, rey de Aragón, otorga haber recibido de Jaime Sarroca la recaudación obtenida en la cancellería de la tasa del sello y registro de los documentos.

ACA. Cancellaría, Registro 21, fol. 104v.

Publ.: TRENCHS ODENA, J., "La cancellería de Jaime I: cancellería y escribanos", *Palaeographica, Diplomatica et Archivistica. Studi in onore di Giulio Battelli*, 124, parcialmente.

Quod nos Iacobus per nos et nostros recognoscimus et confitemur vobis, fideli notario nostro Iacobo de Rocha, sacrista Ilerdensi et decano Valencie, quod vos reddidistis nobis modo in Montispesulano bonum et rectum ac legalem compotum et ratione de omnibus et singulis denariis die dominica proximi preteriti mensis octobris, sextadecima die eiusdem mensis usque ad quam de tempore tunc preterito computastis nobiscum et inde nobis cartam fecimus, ut in ea continetur recepistis et habuistis pro nobis vos vel alius loco vestri usque ad presentem die mercurii, qua presens scribitur carta computatam per totam diem que est octava die introitus presentis mensis februarii tam de denariis scilicet omnibus quos recepistis et habuistis per tempore predictum usque ad dictum die mercurii vos seu alius pro bonis de scribania seu cancelleria nostra vel de precio cartarum eiusdem scribanie quam de omnibus etiam denariis, quos per totum idem tempore recepistis et habuistis pro nobis a consulibus Montispesulani et quos habuistis et recepistis pro nobis ab episcopo Magalone ratione monete melgorii et de omni eo quod habuistis et recepistis a Petro Vitalis ratione monete nostre (*ilegible*) racione questie et a quibuslibet aliis persona sive personis ratione manuleute facte seu recepte a Bernardo de Molins et Hugone Fabri, burgensibus Montispesulani, vel a quibuslibet aliis personis vel ratione servitiorum aut donorum nobis factarum vel alia qualibet ratione vel causa per tempore predictum de omnibus etiam que de aliis locis ad nos modo in Montispesulano pervenerunt vel fuerunt aportata sive data vel soluta quacumque ratione vel causa que vos recepistis et habuistis

pro nobis seu alius loco vestri insuper etiam computatis nobis de datis et missionibus ac expensis omnibus quas pro nobis vel ratione nostri per tempore supradictum fecistis et etiam de omnibus que dedistis Bartholomeo Thomasii, scriptori nostro portionis, ad opus quitationis familie nostre et expense domus nostre de tota intrata et stata quam modo fecimus usque in presentem diem in Montispesulano. Recognoscentes quod coequatis receptionibus cum datis et missionibus ac expensis predictis nichil nobis a vobis remanet ad solvendum nec aliquid nobis tornare habetis de receptionibus per vos factis ut dictum est, usque ad diem mercurii predicta. Et quia de predicto computo de omnibus et singulis predictis que pro vobis usque ad iamdictam diem mercurii computata per totum diem recepistis et expendistis vel dedistis pro nobis ut dictum est vestri bene paccati sumus nostre voluntati. Renunciamus ex certa sciencia excepcioni non redditi computi predicti et non receptorum seu non datorum et expensorum predictorum omnium que ut dictum est recepistis, dedistis et expendistis vos seu alius loco vestri per tempore predictum et errori calculum et doli cum presenti carta per nos et nostros absolvimus vos et vestros de predictis omnibus et singulis per vos vel alium pro vobis receptis et datis et et expensis per tempore predictum usque ad die mercurii antedictam computatam per tota die et a reddicione computi eorundem facientes inde vobis et vestris imperpetuum bonum finem et firmum pactum de non petendo. Ita videlicet quod de predictis vel eorum aliquo non teneamini vos vel vestris nobiscum velcum nostris iterum decetero tempore aliquo computare nec ulla alia inde nobis seu nostris vel alicui alii loco seu nomine nostri reddere computum vel racionem set sitis de predictos omnibus et singulis vos et vestri cum omnibus bonis vestris presentibus et futuris liberi et immunes ac penitus perpetuo absoluti sicut melius, sanius et utilius dici, scribi et intelligi potest ad vestrum et vestrorum bonum et sanum ac sincerum intellectum

Datum Montepesulano, VI idus februarii, M° CC° LXX° secundo.

1273, marzo 1. Gerona.**1916**

Jaime I, rey de Aragón, concede privilegio especial al monasterio de Santa María de Amer al tomar bajo su protección al mercado de la villa de Amer y a los que concurran a él.

Publ.: PRUENCA IBAYONA, Esteve, *Diplomatari de Santa Maria d'Amer*, Barcelona 1995, núm. 140.

Hoc est translatum fideliter sumptum a quadam nota sive scriptura continuata in quodam registro serenissimi domini Iacobi, gloriose memorie regis Aragonum, in archivo regio Barchinone recondito, cuius note seu scripture tenor in omnibus sic habetur:

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, volentes monasterium Sancte Marie Ameriensis Gerunde nostro privilegio speciali, per nos et nostros recipimus et constituimus sub firma custodia nostra et protectione, commenda et guidatico speciali abbatem et dicti monasterii, presentes et futuros, et ipsum monasterium et villas, castra et omnia alia bona sua, cum omnibus et singulis hominibus et feminis ibi habitantibus et habitaturis et omnibus rebus suis, in eundo scilicet stando et redeundo per omnia loca terre et iurisdictionis nostre. Necnon etiam et recipimus sub nostra protectione et guidatico speciali mercatum quod fit in villa de Amerio que est dicti monasterii et venientes ad dictum mercatum et inde redeuntes, cum omnibus mercibus et rebus suis, in veniendo ad ipsum mercatum ac stando ibi et redeundo usque ad domum suam, nisi fuerint raptores sive latrones, homicide vel preconizati sive bandidi aut de pace et tregua eiectioni aut de aliquo crimine accusati propter quod capi debeant. Ita videlicet ut nullus de nostra gracia confidens audeat dictum monasterium vel abbatem seu conventum eiusdem nec homines suos seu castrorum, villarum vel locorum eiusdem monasterii nec ipsa castra, villas seu loca aut alia bona sua nec venientes ad dictum mercatum et inde redeuntes invadere, capere, detinere, impedire, marcere, impignorare, offendere

vel gravare in aliquo loco terre vel iurisdictionis nostre culpa, crimine sive delicto alieno, nisi ipse abbas et conventus vel homines sui et venientes ad dictum mercatum debitores vel fideiussores fuerint manifesti, nec in his etiam casibus nisi prius in eis fatica inventa fuerit de directo, vel nisi venientes ad dictum mercatum fuerint latrones vel raptores, homicide vel preconizati aut bandidi seu de pace et tregua eiectioni aut de crimine aliquo accusati propter quod capi deberent ut superius continetur.

Mandantes firmiter vicariis, baiulis, curiis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predictum guidaticum nostrum et omnia predicta in hoc instrumento contenta firma habeant et obervent ac faciant observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione, ipsis abbate et conventu ac hominibus facientibus eius querelantibus iustitie complementum. Quicumque autem contra dictum guidaticum nostrum in aliquo venire temptaverit, iram et indignationem nostram et penam quingentorum aureorum se noverit incursum, dampno eis illato primitus et plenarie restituto.

Datum Gerunde, kalendas martii anno Domini millesimo ducesimo septuagesimo secundo⁹.

1273, marzo 1. Gerona.**1917**

Jaime I, rey de Aragón, concede a Berenguer, abad del monasterio de Santa María de Amer, que los hombres que pertenecen a su jurisdicción no puedan ser amonestados ni castigados por sus oficiales sin haber sido denunciados previamente al abad por el baile diez días antes.

ACA. *Santa María d'Amer*. Perg. 100.

Publ.: ARNALL, M^a J., *L'escritura a les terres gironines*, lám. 61.

⁹ Se omite la cláusula final del traslado.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, attendentes quod ex officio nostro tenemur religiones seu ordines in iurisdictione nostra constitutos et homines ac res eorum a dampnis et gravaminibus custodire. Idcirco, intellecto quod monasterium Sancte Marie Ameriensis ac homines sui, a quibusdam nostris officialibus quandoque in merito agravantur, per nos et nostros damus et concedimus ac indulgemus vobis, Berengario abbati et conventui eiusdem monasterii Sancte Marie Ameriensis, et vestris successoribus imperpetuum, quod aliquis vicarius vel subvicarius noster, aut baiulus sive sagio, non pignorent seu compellant vos nec homines castrorum, villarum seu locorum iamdicti monasterii ad solvendum debitum aliquod alicui creditori vestro seu vestrorum hominum, vel ad satisfaciendum aliis conquerentibus de vobis seu de ipsis hominibus vestris, donec a dictis officialibus nostris vel altero ipsorum per decem dies antea denunciaverint vestro baiulo, seu moverint ipsum, ut ipsum debitum persolvi faciat vel satisfieri aliis querelantibus, qui de vobis seu de vestris hominibus conquerentur, infra quos decem dies vos seu baiulus vester satisfaciatis vel faciatis satisfieri creditoribus vestris seu vestrorum hominum, et aliis conquerentibus de vobis seu de vestris hominibus, in debitis et querimoniis eorumdem. Set, transactis decem diebus, officiales nostri procedant contra vos et vestros homines, prout consueverunt.

Mandantes firmiter vicariis, baiulis, curiis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta firma habeant et observent ac faciant observari et contra predicta vos seu homines vestros aut dicti monasterii, pro querimonia alicuius non pignorent seu compellant, nec contra predicta veniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione.

Datum Gerunde, kalendas marcii anno Domini M^o CC^o LXX^o secundo.

Signum (*signo*) Jacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

(1^a col.) Testes sunt: Guilabertus de Crudiliis.

(2^a col.) Dalmacius de Rocab[e]rtino. A. Guillelmi de Cartiliano.

(3^a col.) Iaufridus de Crudiliis. A. de Villademayn.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui, mandato domini regis, hec scripsit et clausit loco, die et anno prefixis.

1273, marzo, 1. Gerona.

1918

Jaime I, rey de Aragón, da a Jaime de Cascante siete jovasdas de tierra y un solar para edificar en término de Villarreal, con la condición de hacer residencia personal en dicha población y no vender lo recibido hasta pasados diez años.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 109r.

[Per nos et nostros] damus et concedimus per hereditatem propriam, francham et liberam tibi, Iacobo de Cascant, et tuis in perpetuum, septem iovatas terre in termino populacionis [Burriane quam nunc] fieri facimus et mandamus et subtus cequiam novam quam nunc ibi fieri facimus, et patuum ad opus domorum in populatione predicta. Quas quidem iovatas et patuum volumus quod habeatis tu et tuis cum introytibus, exitibus, affrontacionibus et suis pertinenciis universis a celo in abissum ad dandum, vendendum, inpignorandum vel aliter alienandum et ad omnes tuas tuorumque voluntates cui et quibus volueritis libere perpetuo faciendas, exceptis militibus, clericis, sanctis et personis religiosis. Excipimus tamen inde quod de predictis iovatis et patuo aliquid non vendas hinc ad decem annos, nec aliter alienes et quod in dicta populacione facias tuam residenciam personalem.

Datum Gerunde, kalendas marcii anno Domini M^o CC^o LXX^o secundo.

1273, marzo, 1. Gerona.

1919

Jaime I, rey de Aragón, da a Juan Garcés, servidor de su casa, seis jovasdas de tierra en término de Les Alcuses que le fueron asignadas por Arnaldo Escribá, baile de Valencia, de acuerdo con su mandato. Está

obligado a hacer residencia personal en el reino de Valencia y a no vender ni enajenar lo recibido hasta pasados diez años.

ACA. *Cancillería. Registro 21*, f. 109r.

Per nos et nostros damus et concedimus per hereditatem propriam, francham et liberam tibi, Iohanni Garzez, homini nostro et domus nostre, et tuis in perpetuum, sex iovatas terre in termino de Les Alcuçes, que confrontantur, ex una parte, cum hereditate Iohannis de Montepessulano et, ex alia, cum campo qui vadit apud Villenam et, ex alia, cum [terra nostra] que ibi habemus ad dandum. Quas quidem sex iovatas terre volumus quod habeatis tu et tuis prout assignate et terminate fuerunt tibi de mandato nostro per Arnaldum Scriba, baiulum nostrum Valencie et procuratorem eiusdem regni, cum introytibus, exitibus, affrontacionibus et suis pertinenciis universis, a celo in abissum, ad dandum, vendendum, inpignorandum vel aliter alienandum et ad omnes tuas tuorumque voluntates cui et quibus volueritis libere perpetuo faciendas, sicut melius dici vel intelligi potest ad tuum et tuorum bonum et sincerum intellectum, exceptis militibus, clericis, sanctis et personis religiosis. Retinemus tamen quod predictas iovatas vendere non possis facere ad decem annos vel aliter alienare et quod in regno Valencie residenciam facias personalem.

[Datum Gerunde, kalendas marcii anno Domini M° CC° LXX° secundo].

1273, marzo 1. Gerona.

1920

Jaime I, rey de Aragón, otorga privilegios a los cónsules y villa de Perpiñán.

ACP. *Livre vert mineur*, f. 23.

Publ.: ALART, *Privileges et Titres*, I, pg. 1.320.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.396.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros concedimus vobis, consulibus et toti universitati ville Perpiniani, presentibus et futuris, in perpetuum, quod quandocumque de cetero baiulus noster Perpiniani viderit et intellexerit quod ille qui modo habet scribaniam Perpiniani, vel in futurum habeat, non possit sufficere ad expediendum instrumenta publica que confecta fuerint in dicta scribania Perpiniani, quod dictus baiulus possit ibi ponere auctoritate nostra alium scriptorem ad conficiendum instrumenta predicta. Declaramus, eciam, cum presenti carta nostra quod crimen enorme esse intelligimus crimen lese maiestatis, sodomita et qui occiderit alium prodiciose et qui populum comovebit sine mandato baiuli et qui aliquod crimen comiserit propter quod corpus vel aliqua membra corporis debeat amittere. Concedimus, eciam, vobis quod si aliquis captus fuerit per baiulum vel curiam Perpiniani, qui non debent mortem recipere vel perdere aliqua membra, quod curia donet ipsum ad manulevandam tali persone, que bene possit persolvere penam, quam per sentenciam solvere tenebitur ille caplevatus et ille caplevator teneatur se obligare ad solvendam penam. Concedimus, eciam, vobis quod consules Perpiniani possint eligere et habere XII consiliarios cum consilio baiuli Perpiniani et dum placuerit nobis. Mandantes firmiter baiulo Perpiniani, presenti et futuris, quatenus predicta omnia et singula firma habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant modo aliquo vel aliqua racione.

Datum Gerunde, kalendas marcii, anno Domini M CC LXX II.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: Guilabertus de Crudiliis. Arnaldus de Cartiliano. Arnaldus de Villa de Mayn. Arnaldus de Fuxano. Bernardus de Orriols.

Sig(*signo*)num Michaelis Violete, qui mandato domini regis hec scribi fecit, loco, die et anno prefixis.

1273, marzo 7. Barcelona.**1921**

Jaime I, rey de Aragón, ordena a los notarios de Valencia que hagan instrumento publico de un dinero concedido a Pedro Miquel para el establecimiento de una capellania, en caso de querer darlo o venderlo al cabildo de la catedral de Valencia.

ACV. Perg. 1.709. Inserto en doc. de 16 de octubre de 1273.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis notariis publicis Valencie. Salutem et gratiam. Cum nos concesserimus Petro Michaelis, precentori Valencie, quod de realencho possit emere trescentos quinquaginta solidos censuales ad stabiliendam capellaniam, mandamus vobis quatenus, si ipsos denarios dictos voluerit dare vel assignare vel vendere capitulo Valencie, faciatis inde publica instrumenta, foro Valencie in aliquo non obstante. Et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum Barchinone, nonas marcii anno Domini M^o CC^o LXX^o secundo.

1273, marzo 20.**1922**

Jaime I, rey de Aragón, recrimina y ordena sancionar a los señores catalanes que tiene feudos por él y no han acudido a su llamamiento.

ACA. Pergs. Jaime I, núm. 2.146.

Publ.: BOFARULL, CO.DO.IN., VI, pg. 178. *Memorial Histórico Español*, I, pg. 271.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.397.

Noverint universi quod, cum nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, mandaverimus R. de Cardona, P. de Berga, R. de Urgio et omnibus aliis pro nobis feuda tenentibus in Cathalonia, ut nos secundum quod hactenus ipsi et sui predecesores nobis et nostris antecessoribus facere

consueverunt et tenentur, sequerentur in Ispaniam in subsidium fidei christiane et dilectissimi generis nostri regis Castelle contra sarracenos et perfidos christianos adherentes regi Granate et aliis infidelibus inimicis Dei et fidei et regis Castelle iam dicti, prout tenentur de usu et consuetudine comitatus Barchinone et iure hactenus aut predecesores facere consueverunt nostris antecessoribus in facto Ubede, Almerie, Provincie et nobis in Navarra, Maioricis, Valencia, Murcia et pluribus aliis locis; et ipsi superius nominati repugnantes nostris mandatis obedire pro se et quibusdam aliis, scientes ipsos de iure teneri ex consuetudine, iuxta valorem feudorum, nos sequi in Ispaniam et quecumque alia loca, secundum quod in usatico Barchinone continetur, allegantes quod nos in Ispaniam in auxilium dicti regis sequi nullo modo tenebantur, pecierunt a nobis sibi iudices dari, qui cognoscerent et diffinirent utrum nos, ut feudales, in Ispaniam sequi teneantur in auxilium regis Castelle predicti, dicimus et potestamur nos paratos esse dare in iudicem, ad cognoscendum et diffiniendum, utrum nos racione feudorum in Ispaniam sequi teneantur in auxilium dicti regis, virum venerabilem archiepiscopum Terracone, qui, quidem, predictam questionem, quia celeritatem desiderat, infra Pascham diffiniat, cum nullum nobilem seu nobiles de Catalonia super hiis dare iudices teneamur, quia dicta questio universaliter et generaliter et specialiter tangit nobiles et milites Catalonie pro nobis feuda tenentes. Precipientes et mandantes eisdem sub pena amissionis feudorum et iuramenti fidei et homagii, quibus nobis tenentur, ut nos, qui cum inimicis fidei predictis intendimus personaliter bellare, sequantur et nos adiuvent, ut fideles vassalli in negocio supradicto. Et de predictis omnibus et singulis ad eternam memoriam et in testimonium rei geste precipimus fieri publicum instrumentum.

Actum est hoc, XIII kalendas aprilis, anno Incarnacionis Christi M C. LXX secundo.

Presentibus: Archiepiscopo antedicto. A., Dei gracia episcopo Barchinone. Episcopo dertusense. Ferrando Sancii, filio domini regis. Magistro Templi. Magistro Hospitalis. Abbate Fontisfrigidi. Abbate Populeti. Iacobo de Cervaria. Gaucerando de Pinos. R. de Urgio. R. de Cervaria, domino Lunete.

Gilaberto de Scintillis. Fortunio de Bergua, en Bruyl. Maymono de Castro Aulino et Alberto de Lavayna, iudice domini regis.

Sig(*signo*)num mei, Petri de Solerio, notarii publici ilderdensis, qui preictis omnibus interfui, publicavi et scribi feci.

1273, marzo 27. Lérida.

1923

Jaime I, rey de Aragón, restituye a la Iglesia de Tortosa los diezmos que le correspondían en el reino de Valencia.

ACT.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.398.

Noverint universi quod, cum nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, tempore conquiste regni Valencie, retinuissemus nobis medietatem in decimis villarum et locorum eiusdem regni constitutorum in diocesi dertusensi et tam nos quam milites et religiosi dicti regni in eadem diocesi medietatem eandem actenus receperimus de decimis antedictis; nunc, vero, visa quadam carta, quam vos, venerabilis Arnaldus, dertusensis episcopus, nobis ostendistis, per quam cartam apparet nos concessisse episcopo et ecclesie dertusensi decimas et primicias omnes in toto suo episcopatu et attendentes quod inter nos et milites et religiosos dicti regni diocesis dertusensis medietatem predictarum decimarum receperimus usque modo, nihilominus nunc videtur nobis medietatem predictarum decimarum recipi in preiudicium episcopi et ecclesie dertusensis ac contra cartam predictam, cum nulla compositio contraria super hoc intervenisset inter nos et episcopum dertusensem; idcirco, volentes saluti nostre anime providere, ad instanciam et preces venerabilis Benedicti, terrachonensis archiepiscopi, et vestri, dertusensis episcopi antedicti, per nos et nostros successores, ex certa sciencia, damus et concedimus vobis Arnaldo, episcopo dertusensi predicto, et vestris sucesoribus, episcopis dertusensibus et capitulo eiusdem ecclesie, ac statuimus in perpetuum quod nos et nostri successores in villis vel locis

nostris diocesis dertusensis predicte, presentibus seu futuris, nec milites ac religiosi in villis vel locis suis eiusdem diocesis dertusensis regni Valencie antedicti non accipiamus nec accipiant de decimis villarum et locorum eorumdem nisi terciam partem tantum, prout terciam partem decimarum recipimus nos et milites ac religiosi in diocesi valentina, et vos iam dictus episcopus et vestri successores recipiatis integre de cetero in perpetuum de eisdem decimis duas partes; volentes eciam et concedentes ac statuentes quod nos nec successores nostri nec milites vel religiosi aliqui iam dicti regni et in dicta dertusensi diocesi constituti non possimus petere de cetero dictam medietatem decimarum predictarum, sicut eam recipere consuevimus nos et ipsi, nisi terciam partem tantum earundem decimarum, ut superius continetur. Volumus, eciam, et statuimus quod dicte decime per baiulum nostrum seu nostrorum et per baiulum vestrum et vestrorum successorum simul et comuniter colligantur et congregentur in eodem loco vel locis et, ipsis decimis congregatis et reollectis, dividantur eadem decime per baiulos nostros et vestros et, eisdem presentibus, ita quod vos dictus episcopus et vestri successores habeatis inde duas partes et nos et nostri successores terciam partem, ut superius continetur, et similiter in locis militum et religiosorum dicti regni in episcopatu predicto fiat, et congregentur ac dividantur decime per baiulum vestrum et suum comuniter atque simul et in eodem loco seu locis, sicut de decimis locorum nostrorum debere fieri est iam dictum. Est, tamen, sciendum quod excipimus de predictis villas et loca, quas et que domus seu hospitale Sancti Vincencii habet et que sunt sub eius dominio in regno predicto in predicta diocesi dertusensi, in quibus, quidem, dictam concessionem servari non volumus nec teneri, immo retinemus quod habeat medietatem decimarum, prout hactenus eam medietatem recipere consuevit; promittentes per nos et nostros successores in bona fide et legalitate nostra predicta omnia et singula attendere et complere et firma ac rata semper habere atque tenere et nunquam in aliquo aliqua ratione contravenire, modo vel causa, ullo tempore, quoquo modo. Mandantes firmiter universis militibus et religiosis dicti regni et diocesis dertusensis predicte et procuratoribus, baiulis, alcaldis et collectoribus decimarum

et universis aliis officialibus et subditis nostris, tam presentibus quam futuris, quod permitant et faciant vos et vestros et baiulos vestros ac alios quos volueritis loco vestri habere et recipere in pace et integritate duas partes dictarum, decimarum, ut superius continetur, et compellant contradicentes dare ipsas decimas ad dandum eas et predicta firma habeant et teneant et non contraveniant nec aliquem vel aliquos contravenire permitant.

Ad hec nos, Arnaldus, Dei gracia dertusensis episcopus antedictus, et Petrus de Podio, prior, et totum capitulum ecclesie dertusensis, de consilio et assensu speciali venerabilis patris, domini archiepiscopi terrachonensis predicti et, habita deliberacione ac ex certa sciencia et consulte, recipientes a vobis, dicto domino rege, concessionem predictam, ut superius continetur, et cognoscentes utile ac bonum esse ecclesie dertusensi, vos prefatum dominum regem in decimis villarum et locorum vestrorum et milites ac religiosos iam dictos in decimis villarum et locorum suorum terciam partem habere, ut superius continetur, per nos et nostros successores absolvimus et diffinimus ac remittimus vobis, dicto domino regi, et per vos militibus ac religiosis nostre diocesis antedictae, in quantum eadem diocesis protenditur in eodem regno, terciam partem dictarum decimarum locorum, scilicet, vestrorum et locorum militum ac religiosorum, et quidquid etiam iuris et rationis contra vos et ipsos milites ac religiosos habemus et habere possumus seu debemus de iure comuni seu racione supradictae carte a vobis, dicto domino rege, factae olim episcopo et ecclesie dertusensi, ut superius continetur, aut alia qualibet racione, ita, videlicet, quod occasione illius tercie partis iam dictarum decimarum non possimus nos vel nostri successores movere vel facere vobis, dicto domino regi, nec dictis militibus et religiosis nec vestris vel eorum successoribus petitionem aliquam seu demandam iure aliquo seu racione; promittentes, etiam, vobis, dicto domino regi, predicta omnia et singula firma habere semper atque tenere et nunquam contravenire modo aliquo nec aliquid facere, procurare, machinare vel consentire contra predicta vel aliquid eorumdem, immo promittimus facere et procurare pro posse nostro quod dominus papa predicta confirmet ac rata et firma habeat.

Ad maiorem autem predictorum securitatem nos, episcopus predictus, facimus iurari in animam nostram per Geraldum Guiot, canonicum dertusensem. Et ego, dictus prior, et alii de capitulo ecclesie dertusensis predictae iuramus ad sancta Dei evangelia, predicta omnia et singula attendere et complere ac etiam observare, ut superius continentur, et non contravenire in aliquo, ullo tempore, quoquo modo; sic Deus nos adiuvet et hec sancta Dei evangelia et crux Domini coram nobis posita. Ad hec ego, Geraldus Guiot, canonicus dertusensis predictus, et de mandato dicti domini episcopi et, ipso presente, iuro ad sancta Dei evangelia coram me posita, in animam eiusdem domini episcopi, predicta omnia et singula attendere et complere et nunquam contravenire.

Datum Ilerde, sexto kalendas aprilis, anno Domini millesimo ducesimo septuagesimo tercio.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Raymundus de Montecatano, dominus de Fraga. Geraldus Raymundi de Montecatano. Periconus de Montecatano. Geraldus de Angularia. Berengarius Arnaldi de Angularia.

Ego Bernardus, terrachonensis archiepiscopus, suscribo. Ego Arnaldus, episcopus dertusensis, suscribo. Ego Petrus de Podio, dertusensis prior, suscribo. Ego Poncius de Ulmo, sacrista dertusensis, suscribo. Ego Berengarius Galdi, dertusensis infirmarius, suscribo. Ego Geraldus Guiot, canonicus dertusensis, suscribo. Ego Benedictus Nominis Dei, precentor dertusensis, suscribo. Ego Poncius de Pereixena, prior claustralis, suscribo. Ego Benedictus de Bonifar, decanus dertusensis, suscribo. Ego Dominicus, camerarius, suscribo. Ego magister Geraldus, canonicus dertusensis. Ego Geraldus Iordani, canonicus dertusensis, suscribo. Sig(*signo*)num Benedicti, archidiaconi. Ego Geraldus de Tamarito, hospitalarius, suscribo.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, scriptoris domini regis predicti et publici notarii, qui, de mandato domini regis et episcopi ac capituli predictorum, hec scribi fecit et clausit, loco, die et anno prefixis.

1273, abril 5. Lérida.**1924**

Jaime I, rey de Aragón, recibe del maestro del Temple un préstamo de trece mil quinientos ochenta y tres sueldos.

ACT.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.399.

Noverint universi quod nos, Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, recognoscimus et confitemur debere vobis, venerabili et religioso viro, fratri Arnaldo de Castronovo, magistro milicie Templi in Aragone et Catalonia, decem mille solidos iaccenses, quos nunc nobis mutuastis, ad faciendam solutionem, quam Periconus de Montecathano facere debebat Raimundo de Montecathano, avunculo suo, pro parte, quam ipse Raimundus habebat in castro et villa de Aytona, quam dictus Periconus emerat ab eodem. Et debemus vobis tria mille quingentos octuaginta tres solidos et quatuor denarios iaccenses pro quingentis morabatinis in auro, quos nobis modo mutuastis in Ilerda similiter et persolvistis pro nobis Elicsende, uxori dicti Periconi de Montecathano, cui ipsos debemus et dare promiseramus in auxilium sue dotis cum albarano nostro, quem vos nobis reddidistis. Et sic debemus vobis inter omnes denarios supradictos tresdecim mille quingentos octuaginta tres solidos et quatuor denarios iaccenses; ad quorum denariorum solutionem vobis faciendam assignamus vobis habendos et percipiendos illos duodecim mille solidos iaccenses, quos venerabilis episcopus dertusensis dare tenetur ad unum mensem post proximum festum Pasce. Residuos, autem, mille quingentos octuaginta tres solidos et quatuor denarios assignamus vobis habendos et percipiendos in questis, quas modo pro nobis colligit Dominicus de Vaillobar in Ilerda et locis baiulie Illerde.

Datum Ilerde, nonis aprilis, anno Domini millesimo CC LXX tercio.

1273, abril 6. Lérida.**1925**

Jaime I, rey de Aragón, sentencia a favor de Almudévar contra los judíos de Huesca,

AM. Almudévar. *Legajo I. documento 6. Signo Q, nº 1.*

Publ.: ALIOD, J. L. y GALIEL, F. de Asís, *Nueva reseña de los documentos del Archivo de Almudévar*, pgs. 33-34.

Noverint universi quod cum causa verteretur coram Petro Martini, iusticia, et Eneco Lupi, çavalmedina Osce, inter Vitalem Ablatroner, Alazar Aborrabe, Jacob Avincevis et Rabi Bahiel, iudios Osce, ex una parte, et Simonem Senes et Guillermmum de Lavata, vicinos de Almudevar, et Michaelem de Silbe, vicinum de Torralba, aldea de Almudevar, ex altera. super facto eiusdem debui ducentorum solidos quod Petrus Don Balentin debebat cum carta Abraym Avincevis, in quo debito erant obligati si devissorio nostre Ferrandus, filius Domini Balentini, et Michaelis de Silba, predictis vicini de Torralba, et in dicta causa ostensa fuesset decem instrumenta debitorum ex parte duorum iudeorum inter quam erat carta predicta debitu ducentorum et octo solidos prestatu Petri Don Balentin; et etiam fuisset ostensu quoddam instrumentum in quo Martinus Lupi de Bolas, notarius domini infantis Petri, illustris regis Aragonum filii, et pro domino rege pro dicto collector debitorum iudeorum in partibus Osce, confitebatur dedisse predictae iudeis, de expresso mandato dicti domini regis, quadragentos octuaginta et duos solidos pro quibus posuit et dedit eis in paga et solutione dicta decem instrumenta, ut in actis inde confectis plenius continetur. Ex parte similiter predictorum hominum de Almudevar et de Torralba fuisset ostensum quoddam in sentenciam in quo continetur:

Nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, concessisse, dedisse, remisisse, deffinisse et absolvisse vendise omnes et singulis hominibus de Almudevar et omnem aldearum eiusdem quod non teneantur unquam aliquo ipse aliquo modo vel aliqua ratione solvunt aliquibus personis christianis vel iudeis aliqua debita in quibus erant per se ipsos vel pro aliquibus aliis

aliquibus iudeis obligati cum instrumentis vel fuit in instrumentis usque ad diem quam nos tulimus sententiam contra judeos Aragonum super pacto degitorum que eis debebantur et per si aliqua instrumenta debitorum predictorum apparerent in posterum nullius essent valori, prout omnia in dicto instrumento latius sunt contenta et dictus iustitia Osce sententiam tulisset in dicta causa, et homines predictos de Almudevar et de Torralba comdempnasset ad solvendum medietatem predicti debiti ducentorum et octo solidos ratione dicti instrumenti prefati Martini Luppi, iudeis predictis, ut nos ipsam medietatem recipere debebamus; a qua sententia prefati homines ad nostram presentiam appellarunt et dicto iusticia assignaset diem partibus ad per sequendam dictam appellationem videbit ad decem dies posteriores nos essemus in Aragonum pro ut omnia in dictis actis, similiter sunt notata et pro eo quia nos mandaveramus multociens per nostras cartas venuistis iusticiis Aragonum per omnes appellationes ad nos facte mittent inveni fecisse ante nostra presencia ubicumque essemus infra etiam nostram et pars dictorum hominum de Almudevar et de Torralba ante presentiam nostram, nunc, apud Ilerdam, comparuisset cum sententia et actis predictis. Nos etiam partem adversam iudeorum spectati fecimus non tantum per tres dias secundum usum curie nostre imo per mensem et ultra que pars dictorum iudeorum non comparuerit per se vel procuratorem suum infra dictum temporem. Unde nos Iacobus, Dei gratia rex predictus, visis et intellectis instrumentis et aliis in dictis actis contentis et visa sententia similiter data per dictum iustitiam in dicta causa, viso etiam et intelecto in dictis actis que predictum instrumentum dicte absolutionis per nos factum prefatis hominibus de Almudevar et aldearum eiusdem fuit factum bene, sunt quindecim anni elapsi et per de predicto debito non fuit facta petitio, dictis hominibus dum vivebat Martinus Luppi predictus nec etiam postea usque modo vel ab uno anno circa, viso etiam que dictum instrumentum absolutionis factum fuit, primo quam dictus Martinus Lupi predictam solutionem fecisset de dictas decem cartas iudeis antedictis ut apparet per instrumentum quod idem Martinus Lupi fecit; inde ipsis iudeis tam predictis rationibus quam etiam ratione contumacia dictorum iudeorum

predictos homines de Almudevar et de Torralba, a predicta petitione, duximus propio sententialiter absolutiones non obstante predicta sententia data per dictum iustitiam contra homines antedictos quem nos ipsum de certa sciencia revocamus. Retinemus etiam per se in libro computi quod nobis dedit de predictis debitis dictus Martinus Lupi inveniret poterit per nos debebamus predictos dineros iudeis predictis et non iniunctatur in dicto libro per idem Martinus Lupi seu aliquis aliis pro ipso habuit vel percepit illam medietatem nostram de predictis ducentis octo solidos quos dictos Petrus Don Balentin debebat dicto iudeo set per ipsam medietatem dedit ut predicatur dictis iudeis in salvatione sua predicta perexint dictos Petrum vel herederos suis seu fidanciis sue ipsam medietatem nostram dicti debiti ducentorum octo solidos eisdem iudei solvere teneantur dicto etiam in securum absolutionis super omnibus aliis debitis in suo robore permanente.

Data fuit hoc sententiam in castro de Ilerde, VIII^o idus aprilis anno Domini millesimo CC^o septuagesimo tertio.

Presentibus testibus: Alberto de Lavania, iudice illustris regis Aragonum. Garcia de Castroaciolo. Sancio Eximeni, priore de Sancte Cristine, et pluribus aliis.

1273. abril 16. Lérida.

1926

Jaime I, rey de Aragón, revisa y confirma la sentencia dada en un pleito entre el monasterio de Poblet y los hombres de Puigcerdá, sobre la utilización de los pastos del valle de Meranis.

AHN. Clero. Carp. 2279, núm. 4. Traslado de 13 de agosto de 1294.

Hoc est translatum fideliter sumptum a quodam originali cum sigillo domini regis cereo pendente, cuius tenor talis est:

Noverint universi quod cum nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, comissemus infanti Iacobo, filio nostro, causam seu questionem

que vertebatur inter abbatem et conventum monasterii Populeti ex una parte, et Petrum Ferrandi, Bonum Mancipium de Ysogal, Bernardum Ysogol et Andream de Ysogol et Ricardum, filium suum, et Arnaldum Girona de Astavar et Palasol et quosdam alios et consiliarios et universitatem Podii Cerdani ex altera, qui immitebant bestiarium suum, ut dicebatur, ad pascendum in valle de Meranis et suis terminis, contra voluntatem abbatis et conventus dicti monasterii; in qua, ut dicebatur, nullum ius habebant suum bestiarium immitendi ad pascendum. Idem infans Iacobus, Guillermmum Parador, iurisperitum, constituit seu subdelegavit in predictis, qui Guillermmus Parador, cognito de cause meritis ac receptis testibus, in eadem causa sententiam promulgavit; in qua pronunciavit dictam vallem de Meranis cum suis terminis pertinere, tam ratione possessionis quam proprietatis, monasterio Populeti antedicto; et dictos Petrum Ferrandi et Bonum Mancipium de Ysogol et alios predictos non habere ius immitendi bestiarium in valle predicta pro ut hec in dicta sententia plenius continetur. A qua sententia, Guillermmus de Marnocho, nomine dictorum hominum quorum deffensor erat, ad nos appellavit; et cum partes predictae, de mandato nostro, postmodum essent apud Montempesulanum coram nostra presentia constituto, fuit tractatum de compositione per nos inter dictas partes ita quod homines Podii Cerdani haberent dictam vallem ad usus suos et darent dicto monasterio, pro ipsa valle, decem mille solidos malgriter, de quibus nos duo mille solidos solvere promisimus atque dare; unde cum intellexerimus pro certo quod dicti homines Podii Cerdani nolunt stare compositioni predictae, per nos et nostros visa sententia predicta, lata per dictum Guillermmum Parador ipsam tanquam bene et iuste latam de certa sciencia laudamus, concedimus et confirmamus pro ut in ipsa sententia plenius continetur. Mandantes vicario, baiulis et aliis officialibus nostris Ceritanie, presentibus et futuris, quatenus dictam sententiam et hanc confirmationem nostram firmam habeant et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant modo aliquo vel ratione si de nostra confidunt gracia vel amore.

Datum Ilerde, XVI^o kalendas madii anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

Sig(*signo*)num mei, fratris R. Borrelli, qui hoc transumptum approbavi.

Ego frater Raymundus de Cumba, monachus Populeti, de mandato fratris Raimundi Borrelli, notarii publici eiusdem monasterii, hoc translatum scripsi idus augusti anno Domini M^o CC^o nonagesimo III^o et meum sig(*signo*)num feci.

1273, abril 22. Lérida.

1927

Jaime I, rey de Aragón, permite acuñar millareses en Mallorca.

ACA. *Cancillería. Registro 21, f. 129.*

Publ.: CAMPANER. *Numismática balear, pg. 263.*

HUICI, A., *Colección diplomática, núm. 1.400.*

Nos Iacobus etc. per nos et nostros damus et concedimus vobis, Vincencio de Ascasia, speciario Ilerde, et Bernardo de Turribus quondam, quod per quinque annos primos venturos et continue completos possitis cudere et facere cudi in insula Maioricarum, in quocumque loco volueritis, tam scilicet intus civitatem Maioricarum quam extra, monetam miliarensium seu alquilatorum, ad legem, scilicet, illam, quam voluerint mercatores, qui ipsam emere voluerint, ita, tamen, quod ipsam monetam ad marcham et marchas vendatis et non aliter per minutum et quod in predictis habeatis vos fideliter atque vestri; concedentes vobis quod, vobis videntibus ipsam monetam ad marcham et marchas et non aliter per minutum, ut est dictum, et facientibus ipsam monetam ad legem, quam voluerint mercatores, qui eam emere voluerint, non possimus vobis petitionem aliquam facere seu demandam, postquam in manum assagiatoris nostri dicte monete et custodis nostri eiusdem monete, qui ad hoc constituti fuerint, transierit dicta moneta et vobis fuerit liberata. Predictam, autem, concessionem vobis facimus, tali modo quod de unaquaque marcha ipsius monete argenti operata, donetis nobis et nostris vel cui voluerimus, loco nostri, octo denarios regalium. Concedimus, insuper, vobis quod ad dictam monetam cudendam et operandam

possitis habere operarlos et monetarios, quoscumque volueritis, bonos, scilicet, et fideles per totum tempus predictum, et nullus alius, preter vos tantum, possit interim in dicta civitate vel insula Maioricarum de predicta moneta miliarensium sive alquilatorum cudere vel operari aut facere operari vel cudi. Promittentes, etc. Mandantes, etc.

Datum Ilerde, decimo kalendas madii, anno Domini millesimo, ducentesimo septuagesimo tercio.

1273, mayo 4. Lérida.

1928

Jaime I, rey de Aragón, concede al concejo de Morella que pueda canalizar agua desde la fuente de Vinachos a la población y construir molino o molinos por los que pagarán censuales una mazmudina jucifia por cada uno que hagan.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 142v.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia et cetera, per nos et nostros concedimus vobis, iuratis et concilio ville Morelle et universis et singulis eiusdem concilii, tam presentibus quam futuris, quod possitis adducere ad villam Morelle aqua de fonte de Vinachos et subtus illam aquam quam adducetis ad dictam villam, ut dictum est, et quam etiam in bassa que est in villa predicta et deputetis vel aliunde poteritis agregare, positis construere et facere molendinum sive molendina que sint dicti concilii, quorum redditus ponantur et expendantur in custodia et observacione dicte aque et aqueductus eiusdem et aliarum expensarum dicti concilii. Et nullus alius preter dictum concilium possit molendinum vel molendina facere que veniant de dicta aqua. Ita tamen quod vos, dictum concilium, teneamini procurare et facere nobis et nostros semper unam mazmodinam iucifiam et boni auri censualem pro unoquoque molendinorum que subtus dictam aquam facietis singulis scilicet annis in unoquoque festo Natalis Domini, postquam vestra molendina fuerint ibi facta. Et sic habeatis et teneatis de cetero dictam aquam et molendina que ibi facietis, ut dictum

est, ad usus vestros et vestrorum libere et sine aliqua servitute, salvis nobis et nostris singulis mazmodinis in unoquoque molendinorum que subtus dictam aquam facietis, ut superius continetur.

Mandantes firmiter baiulis, curiis, iusticiis, alcaydis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta omnia firma habeant et observent et faciant observari nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum Ilerde, III^o nonas madii anno Domini M^o CC^o LXX^o III^o.

1273, mayo 4. Lérida.

1929

Jaime I, rey de Aragón, exime a los vecinos de Morella y sus aldeas del pago de herbaje si sus ganados pacen por términos de las mismas, debiendo pagarlo si lo hacen fuera de Morella en pastos de castillos y lugares reales.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 142v.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia et cetera, per nos et nostros successores concedimus vobis, universis et singulis hominibus ville et aldearum Morelle, presentibus et futuris, quod pro aliquibus bestiariis vestris, minutis seu grossis, non teneamini dare nec detis nobis vel baiulo nostro aut alicui alii persone sive personis herbagium vel aliquid racione herbagii per terminis ville seu aldearum Morelle, seu herbis ipsorum terminorum. Et possint ipsa bestiarum vestra pascere et pascantur in terminis omnibus ville et aldearum Morelle libere atque franche et sine aliquo herbagio quod nobis vel nostris vel alicui alii non teneamini inde dare. Concedimus etiam per nos et nostros vobis et vestris quod pro illo bestiarum vestro seu vestrorum quod exivernabat seu stabat aut tenebatur in termino cuiuslibet castri terminati ordinis scilicet vel ecclesie aut militum, non teneamini dare nec detis vel faciatis herbagium nec aliquid racione herbagii. Hoc tamen retento quod si illud bestiarum pasceret de herbis nostris seu nostrorum castrorum aut locorum extra terminos Morelle, quod tunc teneamini inde

dare nobis et nostris herbagium pro rata temporis per quod stabit in terminis ipsis castrorum et locorum nostrorum et pascat herbas nostras extra terminos Morelle, quod herbagium teneamini inde dare nobis ad rationem herbagii quod homines Turolii donant ipsum in regno Valencie.

Mandantes firmiter baiulis, alcaydis, iusticiis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta firma habeant et observent ac faciant observari, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione.

Datum Ilerde, III^a nonas madii anno Domini M^o CC^o LXX^o III^o.

1273, mayo 5. Lérida.

1930

Jaime I, rey de Aragón, concede al concejo de la villa y aldeas de Morella que estén en la junta del concejo de Teruel y no en la de Alcañiz, por lo que no deberán responder ante el sobrejuntero de esta última localidad.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 143r.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia et cetera, per nos et nostros concedimus vobis, concilio ville et aldearum Morelle, presentibus et futuris, et volumus et statuimus quod sitis de cetero in iunta cum concilio Turolii et de eadem iunta Turolii et non de iunta Alcanicii, nec teneamini de cetero supraiuntario Alcanicii in aliquo respondere.

Mandantes firmiter supraiuntario Alcanicii et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta firma habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione.

Datum Ilerde, III^o nonas madii anno Domini M^o CC^o LXX^o III^o.

1273, mayo 5. Lérida.

1931

Jaime I, rey de Aragón, exime a los vecinos de la villa y aldeas de Morella del pago de la mitad de la leuda.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 142v.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia et cetera, per nos et nostros concedimus vobis, universis hominibus ville et aldearum Morelle, tam presentibus quam futuris, et statuimus in perpetuum quod in Morella non detur vel accipiat ab aliqua persona vel personis que ibi lezdam dare debent pro aliquibus rebus vel mercaturis nisi lezdam tantum. Recognoscentes quos Salvator Rubei et Petrus Merades et alii homines Morelle pro toto concilio asecuraverunt nobis quod hinc ad X annos proxime venturos et continue completos valebit vel facient valere nobis dictam mediam lezdam tantum quantum hoc (*ilegible*) vendita fuit tota ipsa lezda.

Mandamus itaque et cetera.

Datum Ilerde, III^o nonas madii anno Domini M^o CC^o LXX^o III^o.

1273, mayo 6. Lérida.

1932

Jaime I, rey de Aragón, reconoce deber al monasterio de Poblet mil morabetinos, legados a éste por los condes de Urgel en sus testamentos.

AHN. Clero. Poblet. Carp. 2.279, núm. 8.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum, et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros recognoscimus et confitemur debere vobis, venerabili fratri A., abbati, et conventui monasterii Populeti, mille morabetinos alfonsinos et recti ponderis quos vobis diximus et solvere promisimus pro Iacobo de Cervaria et aliis manumissoribus nobilis Alvari, quondam comitis Urgelli, qui eos vobis dare debebant ratione dicti comitis, videlicet quingentos morabetinos quos dictus comes vobis in suo testamento legavit; et alios

quingentos morabetinos quos Poncius, quondam comes Urgelli, pater suus, dicto monasterio similiter in suo testamento legavit. Quos omnes mille morabetinos, boni auri et recti ponderis, promittimus persolvere vobis et vestris in pace ad vestram voluntatem.

Datum Ilerde, II nonas madii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, mayo 22. Valencia.**1933**

Jaime I, rey de Aragón, permite al obispo de Valencia construir un horno dentro o fuera de sus casas de Valencia.

ACV. Perg. 1234.- *Libro de la Bisbalia*, 290.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 982.

Noverint universi quod nos Iacobus... damus licenciam et plenum posse vobis... fratri Andree... episcopo valentino construendi et edificandi furnum intus domos vestras Valencie vel extra, iuxta ipsas domos, in honore vestro; in quo quidem furno vos et successores vestri possitis decoquere panes vestros et omnia alia eciam in furnis decoquere consueta. Volentes nichilominus et concedentes vobis et vestris successoribus imperpetuum quod omnes et singuli cives et habitatores Valencie volentes in dicto furno decoquere panes suos et alia eciam in furnis decoqui consueta, possint hoc facere libere et absque impedimento persone alicuius de speciali licencia nostra...

Datum Valencie, XI kalendas iunii, anno Domini M CC LXX tercio.

Sig(*signo*)num Iacobi...

Testes sunt: P. Ferrandi. Gueraldus, vicecomes Caprarie. R. de Urgio. Carrocius, dominus Rebolleti. Blaschus de Maça.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta qui... hoc scribi fecit.

1273, mayo 29. Valencia.**1934**

Jaime I, rey de Aragón, hace donación de un albacar en Segorbe a Fernando de Ablitas para construir casas.

ACA. *Cancillería. Registro 21*, f. 150v.

Publ.: GARCÍA EDO, V., *Segorbe en el siglo XIII*, Segorbe 1987, doc. 16.

Per nos et nostros damus, et cetera, tibi, Fernando de Oblitis, et tuis imperpetuum ad opus domorum, quoddam albacare quod est apud Sogorp, sicut affrontat ex una parte in muro ville de Sogorp et ex alia in turre domorum ecclesie dicte ville et de terciá in domibus Iohannis Andree et de quarta parte in turre que est coram domos Iohannis Andree. Quod albacara pro ut predictis affrontacionibus terminatur, cum introitibus et exitibus et melioramentis ceterisque suis pertinenciis, habeatis tu et tui ad construendum ibi domos et ad dandum, vendendum, impignorandum, alienandum et ad omnes tuas et tuorum voluntates inde cui et quibus volueritis tu et tui perpetuo faciendas, exceptis militibus et clericis ac personis religiosis.

Datum Valencie, III° kalendas iunii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, junio 5. Játiva.**1935**

Jaime I, rey de Aragón, confirma a Romeo Zacirera sus posesiones de Denia.

ACA. *Cancillería. Registro 21*, f. 151v.

Publ.: CHABÁS, R. *El Archivo*, II, 353.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.401.

Noverint universi quod nos Iacobus etc., per nos et nostros laudamus et concedimus ac confirmamus tibi, Romeo Za Cirera de Denia, in donacionem, quam Simon Guasch, baiulus noster Denie, fecit tibi et tuis de quodam trocio terre ad opus vestri, sito in ravallo Denie, affrontante ex una parte in via publica et ex alia in honore fratrum Mercedis et de duabus partibus

in honore Dulcie, carnicere, et Scavicerii de Tornafuilles et de alia in Saladario valli. Item, per nos et nostros damus et concedimus tibi et tuis, in perpetuum, mediam iovatam terre apud oratorium moresch de Denia, in illo spacio terre quod affrontat cum mare et cum muro ville et ravalli Denie; quem trocium terre superius affrontatum et mediam iovatam terre predictae habeatis ad tenendum in pignore ac alia ad omnes tuas et tuorum voluntates inde cui et quibus volueritis tu et tui penitus franche et libere faciendas, exceptis militibus et clericis et personis religiosis. Tu, vero, et tui faciatis nobis et nostris pro predictis, que tibi damus, sicuti alii homines Denie faciunt nobis pro hereditatibus suis.

Datum Xative, nonas iunii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, junio, 6. Játiva.

1936

Jaime I, rey de Aragón, otorga a Simón Guasch, baile y alcaide real de Denia, licencia para que haga y repueble, en término de Denia, en el lugar del Palmar; una nueva población llamada Villanueva del Palmar, cuyos pobladores serán francos de cualquier demanda real durante cinco años.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 141r.

Publ.: CHABÁS, R., "Orígenes de Gandía", *El Archivo*, I, pg. 283, nota 1, parcialmente.

GUINOT, E., *Cartes de poblament*, núm. 159.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, etc, damus et concedimus tibi, Simoni Guasqui, baiulo nostro Denie, plenam licentiam et potestatem quod in termino Denie, in loco vocato Palmar, possitis nomine nostro et pro nobis facere populationem et dividere terras que ibi sunt dividendi populatoribus eiusdem, et patua dare [ad opus] domorum pro ut vobis videbitur faciendum ad utilitatem nostram. Nos, autem, cum presenti carta nostra infranquimus ipsos populatores qui ibi populabunt hinc ad quinque annos proximos venturos continue completos ab omni

peita sive questia et exercitu ac cavalcata et redemptionibus eorumdem et a monetatico et qualibet alia exactione sive demanda regali. Ita videlicet quod per predictos quinque annos non teneamur nobis vel nostris dare aliquid pro predictis, set sint inde per dictos quinque annos liberi [...] ac penitus perpetuo absolute. Promittentes etiam quod divisionem, assignationem ac donationem seu donationes, quam seu quas vos de patuis ad opus domorum et de terris facietis, ut bona est populatoribus dicti loci habebimus firmas, dum modo vos eas ad nostram faciatis utilitatem. Volentes etiam quod dictus locus populatio vocetur Villa Nova de Palmar.

Datum Xative, VIII idus iunii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, junio, 6. Játiva.

1937

Jaime I, rey de Aragón, otorga al baile y alcaide real de Denia licencia para que repueble con cristianos, judíos y moros las casas, obradores, plazas y tierras de las villas de Calpe y Denia con todos sus términos.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 141v.

Publ.: *El Archivo*, II, doc. 50.

Noverint universi quod nos Iacobus, etc, cum presenti carta damus et concedimus Simoni Guasch, baiulo et alcaydo nostro Denie, licentiam et potestatem donandi et dividendi ac stabiliendi pro nobis quibuslibet christianis, iudeis et sarracenis ad utilitatem nostram, domos et operatoria et plateas et alias terras que et quas in Denia et in Calpi et in terminis suis inveneris ad donandum [etc]. Et nos promittimus habere firmum quicquid inde facies dum modo illud ad utilitatem nostram faciatis ut est dictum.

Datum Xative, VIII idus iunii, anno Domini M° CC° LXX°.

1273, junio 6. Játiva. 1938

Jaime I, rey de Aragón, nombra a Simón Guasch repartidor de Denia.

ACA. *Cancillería. Registro 21*, f. 141v.

Publ.: CHABÁS, R. *El Archivo*, II, 354.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.402.

Noverint universi quod nos Iacobus etc. cum presenti carta damus et concedimus tibi, Simoni Guasch, baiulo et alcaydo nostro Denie, plenam licenciam et potestatem donandi et dividendi ac stabiliendi pro nobis quibuslibet christianis, iudeis et sarracenis, ad utilitatem nostram, domos et operatoria et plateas et alias terras, que et quas in Denia et in Calpe et in terminis suis inveneris ad donandum. Et nos promittimus habere firmum quicquid inde facies, dum modo illud ad utilitatem nostram facias, ut est dictum.

Datum Xative, VIII idus iunii, anno Domini M CC LXX tercio.

1273, junio, 7. Játiva. 1939

Jaime I, rey de Aragón, otorga a la aljama de moros de Xátiva ocho obradores sitos junto a su cementerio, a fin de que sirvan para el mantenimiento de la mezquita.

ACA. *Cancillería, Registro 21*, f. 151v.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis aliame sarracenorum Xative et vestris successoribus imperpetuum, ad opus mesquite vestre, illa octo operatoria que modo construitis, sicut afrontant de tribus partibus in viis et de quarta parte in fossario vestro. Que octo operatoria, cum introitibus et exitibus et suis pertinentiis et redditibus eorundem, habitis vos aliama et successores vestri, imperpetuum, ad opus dicte mesquite vestre francha

et libera, a bisanciis que nobis pro ipsis operatoriis fieri et debent, etcetera. Mandantes et cetera.

Datum Xative, VIIº idus iunii, anno Domini Mº CCº LXXº.

1273, junio, 10. Castalla. 1940

Jaime I, rey de Aragón, dona a Domingo Abad casas y tierra en término de Rugat a cambio de contar con sus servicios.

ACA. *Cancillería, Registro 19*, f. 21v.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis, Dominico Abbati et vestris imperpetuum, ad hereditatem propriam, francham et liberam in emenda et compensacionem septem iovatarum terre quas vobis mandavimus dari in termino de Algezira, subtus cequiam novam, tria statica domorum in termino de Rogat, in raallo vocato Bimbiara, de domibus que non sunt date alicui vel assignate, et septem iovatas terre in eodem termino prope aliam hereditatem vestram de portello et Dominici Petri de turri de terra, videlicet que non possit data alicui vel assignata. Predictas autem domos et hereditatem damus et concedimus vobis et vestris imperpetuum cum introitibus, exitibus, afrontationibus et pertinentibus universis francas et liberas ad habendum, tenendum, possidendum ad dandum etiam vendendum, impignorandum et quocumque alio modo volueritis alienandum et ad omnes vestras et vestrorum voluntates cui et quibus volueritis perpetuo libere faciendas, exceptis militibus, sanctis et personis religiosis. Sub tali condicione quod vos et vestri serviatis et teneamini servire nobis et nostris semper pro dicta hereditate secundum quod servient alii habitatores termini de Rogat.

Datum in Castalla, quarto idus iunii, anno predicto [Mº CCº LXXº].

1273 junio 11. Biar.**1941**

Jaime I, rey de Aragón, confirma a Bernardo de Roca, vecino de Denia, diez jovadas de tierra sitas en término de Sagarria.

ACV. Perg. 1235. Libro de la Bisbalia, 298.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 983. En parte.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, por nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus vobis Bernardo de Rocha, vicino Denie, et vestris imperpetuum, illas decem iovatas terre quas habetis in termino de Sagarria, in duobus locis, pro ut eas modo tenetis et possidetis ita quod vos et vestri habeatis predictas decem iovatas terre franchas et liberas, eo modo et conditione quo sive qua alii vicini de Denia habent aliam suas hereditates. Predictas decem iovatas terre confirmamus vobis et vestris cum introitibus, exitibus, affrontacionibus et pertinentiis universis ad habendum, tenendum, possidendum, ad dandum, vendendum, impignorandum, comutandum, alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates cui et quibus volueritis perpetuo libere faciendas ut superius continetur, exceptis militibus, clericis et sanctis et personis religiosis.

Datum apud Biar, tercio idus iunii, anno Domini millesimo ducesimo septuagesimo tertio.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Blaschus Maça. Petrus Iordani. Egidius de Rada. Guillelmus Çacort et Hugo de Baucio.

Sig(*signo*)num Simoni de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1273, junio 14. Játiva.**1942**

Jaime I, rey de Aragón, dona a Poncio de Malferit una torre redonda y otras dos contiguas y el muro que hay entre ellas, junto a la muralla de Játiva, para edificar.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 83v.

Noverint universi et cetera, per nos et nostros damus et concedimus vobis Poncio de Malferit et vestris, in perpetuum, ad hereditatem propriam, francham et liberam, illam turrim rotundam cum duabus aliis turribus suis contiguas et cum muro qui est inter dictas tres turre, que sunt in muro ville Xative prope domos que fuerunt Eximinii Petri de Peralta. Ita quod in dictis turribus et muro quod est in medio possitis libere hedificare, operari et meliorare et habeatis vos et vestri predicta omnia ad habendum, tenendum, posidendum, ad dandum, vendendum, impignorandum, comutandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates perpetuo libere faciendas, exceptis militibus et sanctis ac etiam personis religiosis. Mandantes baiulis, iusticiis, iuratis et universitatis Xative, presentibus et futuris, quod hanc donationem nostram firmam habeant et observent et contra ipsam non veniant nec aliquem venire permittant.

Datum Xative, XVIII° kalendas iulii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, junio 15. Alcira.**1943**

Jaime I, rey de Aragón, permite a Jahudá de la Cavallería abrir una puerta en el muro de la ciudad de Valencia.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 18.

Pub.: BOFARULL, P. "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 919.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.403.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis Iafudano de Cavalleria, baiulo nostro Cesarauguste, plenam licenciam et potestatem quod in qualibet

via sive quallicio, in qua vel quo vobis conveniens fuerit, possitis perforare murum maiorem civitatis Valencie et facere portam ibi competentem, sine impedimento et contradiccione alicuius persone, per quam intretis barbacanam ipsius muri; et in ipsa barbacana facere scalam, per quam possitis ascendere vos et vestri succesores et quos vos volueritis ad domos, quas fecistis ex concessione nostra supra portam vocatam de la Exerea. Mandantes etc.

Datum Algezire, XVII kalendas iulii, anno Domini MCC LXX tercio.

1273, junio 16. Valencia.

1944

Jaime I, rey de Aragón, concede al prior del monasterio de Santa María de Agua Viva y a su orden que todos los hombres de su término sean francos y libres de impuestos en todos los lugares de su tierra y jurisdicción.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 21v.

Per nos et nostros, ad honorem Dei et Beate Virginis Marie, matris eius, et ob remedium anime nostre et animarum parentum nostrorum, damus et concedimus vobis fratri Raymundo, priori domus Beate Marie de Aqua Viva ordinis heremitarum Sancti Augustini, et eidem ordini imperpetuum, quod universi et singuli homines habitantes in termino Aque Vive, tam presentes quam futuri, cum omnibus mercibus et rebus suis propriis sint franchi et liberi in quibuslibet civitatibus, villis et castris ac locis nostris terre et iurisdiccioni nostre ab omni pedagio atque lezda et mensuratico atque penso. Ita videlicet quod pro aliquibus mercibus vel aliis rebus suis propriis, quas vendent et quas etiam ement ad opus sui in quibuslibet civitatibus, villis et locis nostris, vel quas portabunt per terram nostram, non teneantur dare aliquod pedagium sive lezdam nec mensuraticum sive pensum ne aliquid ratione eiusdem, set sint franchi et liberi ac immunes ab omnibus et singulis supradictis cum omnibus mercibus et aliis rebus

suis propriis, ut dictum est, in eundo, stando et redeundo per omnia loca terre et iurisdiccioni nostre.

Mandantes firmiter baiulis, curiis, iusticiis, alcaydis, lezdariis et pedagiariis ac aliis officialibus et subditis nostris, tam presentes quam futuri, quod predicta firma habeant et observent ac observari faciant et non contraveniant, et cetera, ipsis tamen hominibus \termini/ Aque Vive cuius predicti res vel merces fuerint, iurantibus ad sancta Dei evangelia quod ipse merces et res sint sue proprie et non alicuius alterius.

Datum Algezire, XVI° kalendas iulii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, junio 17. Alcira.

1945

Jaime I, rey de Aragón, concede a Pedro de Serra, de la casa del infante Jaime, y a Pedro Íñiguez, también llamado Navarro, alcalde de "Exessa", dieciseis jovadas de tierra de secano en Burriana imponiéndoles las obligaciones generales.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 21v.

Quod nos Iacobus per nos et nostros damus et concedimus tibi Petro de Serra, de domo karissimi filii nostri infantis P[etri], et tibi Petro Eneci, vocato aliter Navarro, alcaydo nostro Exesse et vestris imperpetuum, per hereditatem propriam, sexdecim iovatas terre, scilicet, octo iovatas unicuique vestrum in populacione nostra Burriane, sicut afrontant ipse sexdecim jovatas terre in rivo Ceco de Burriana et cum cequia et cum brazallo Burriane et cum hereditate Guillelmi de Monte Rubeo et cum terra que adhuc dividenda est. Quas quidem sexdecim jovatas terre, cum introitibus et exitibus et melioramentis ac suis pertinenciis universis, habeatis vos P. de Serra et P. Eneci predicti et vestri per medium et equales partes ad dandum, vendendum, impignorandum ac alienandum et ad omnes vestras et vestrorum voluntates inde quibus volueritis vos et vestri perpetuo faciendas, exceptis militibus et clericis ac personis religiosis et retento quod vos in dicta populacione

faciatis residenciam personalem et quod hinc ad decem annos non possitis vendere hereditatem predictam.

Datum Aliezire, XV kalendas iulii, anno Domini M CC LXX tercio.

1273, junio 19. Alcira.

1946

Jaime I, rey de Aragón, confirma a los habitantes de Puigcerdá todos los términos, pastos y dehesas que su abuelo Alfonso II les concedió.

AMP, *Llibre vert*, f. 4v. Copia de 1298.

Publ.: MARTÍ SANJAUME, *Dietari de Puigcerdá*, pgs. 582-583, núm. 53.

De laudatione terminorum et devesiarum et pasturarum.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum, Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus vobis, universis et singulis hominibus habitatoribus Podiicerdani, et vestris successoribus, presentibus et futuris, in perpetuum, omnes terminos, deffesias et pasturas ubicumque sint et quemcumque vel quos vel quas nos et illustris rex Ildefonsus condam, bone memorie avus noster, et alii antecessores nostri, vobis et vestris antecessoribus dedimus et concessimus cum cartis quas inde habetis, prout in ipsis cartis melius et plenius continetur; et etiam omnes alios et alias, quos et quas vos tenetis et possidetis et habere et possidere debetis iusto titulo, non obstantibus aliquibus privilegiis, concessionibus, donationibus, litteris aut etiam comissionibus alicui vel aliquibus in contrarium per nos factis vel concessis super hiis que vobis confirmamus ab illo tempore citra quo nos et predicti antecessores comissiones nostri vobis dedimus et concessimus predicta; que privilegia, concessionibus, comissiones et alia per hoc presens instrumentum vel confirmationem, expresse et ex certa scientia revocamus, quamvis etiam aliquis processus sit habitus per dictas comissiones, ab illo videlicet tempore citra quo nos et predicti antecessores

nostri vobis dedimus et concessimus predicta, ut superius iam dictum est. Excipimus tamen de istis illa super quibus contendebatis cum monasterio Populeti de quibus nos fecimus compositionem inter vos et dictum monasterium.

Mandantes vicariis, baiulis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod omnia supradicta et singula firma habeant et observent et in aliquo non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione; ymmo vos et vestros et quemlibet vestrum custodiant, protegant, manuteneant et defendant in possessione et iure omnium predictorum si de nostra confidunt gratia et amore.

Datum Algezire, XIII kalendas iulii, anno Domini millesimo ducesimo LXX^o tercio.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Petrus Martini de Luna. Ferricius de Liçana. Ugo de Balcio. Blasco Maça. Egidius de Rada.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1273, junio 21. Alcira.

1947

Jaime I, rey de Aragón, concede el reglamento de la nueva acequia de Alcira.

ARV. *Priv. y ord.* vol. 630, f. 240v. *Lib. 1 de Enagenaciones*, f. 109.

Publ.: BRANCHAT, II, pg. 311.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 984.

Noverint universi quod, cum nos Iacobus... ad preces tocius universitatis Algezire, tam militum, clericorum quam aliorum habitantium dicte ville et sui termini, per nos et successores nostros dedissemus, concessissemus dictis militibus, clericis et toti universitati eiusdem ville cequiam, que exit de flumine Xuquaris, causa irrigandi omnes hereditates de Algezira,

que sunt in dicto flumine Xuquaris usque in termino de Almuçafis, et inde facta esset carta nostra bulla bullata, super quibus convencionibus inter nos et dictam universitatem esset orta materia questionis, videlicet, quod dicebamus universitatem iamdictam, sive homines dicte universitatis irrigantes de aqua dicte cequie teneri, conferre sive solvere secundum terram quam irrigarent, in purgacione sive mundacione cequie iamdicte; ipsi homines dicte universitatis in contrarium dicebant se minime teneri ad dictam collacionem sive solucionem faciendam in dicta inundacione sive purgacione cequie iamdicte, immo nos ad dictam purgacionem sive mundacionem faciendam tantum teneri dicebant secundum convenciones contentas in dicta carta. Unde universitas et homines dicte universitatis recedentes a convencionibus iamdictis nobis humiliter supplicarunt quod convenciones infrascriptas ex gracia eis concedere deberemus, quibus incomote et firmiter perpetuo stare volebant. Unde nos, rex iam dictus, eorum precibus condescendentes, volentes novas et claras et indubitatas convenciones super dicta cequia et irrigacione aque cequie iamdicte cum hominibus dicte universitatis inire sive facere, per nos et successores nostros convenimus et promittimus vobis dicte universitati et hominibus dicte universitatis recipientibus pro vobis et successoribus vestris, quod nos dictam cequiam iam per nos incoatam et in ea multum, processum, tenebimus condirectam et açutum dicte cequie et scolladors et partidors et pontes in dicta cequia, facientes, et procurantes sic quod dicta cequia veniat ad acabamentum sive perfeccionem et illud quod necesse fuerit in cequia et in açuto et in partidors et scolladors bona fide fieri faciemus. Item, dictam cequiam una vice in anno de solo solum et alia de herbis, nostris propriis expensis, si necesse fuerit, ad cognicionem bonorum virorum mundari faciemus. Item, dabimus vobis complementum et abundanciam aque ad irrigandum hereditates vestras sufficienter. Et si forte nos dictum complementum aque sufficienter vobis dare non possemus, quod vos habentes hereditates, que debent irrigari de dicta cequia, non teneamini dare cequiaticum nobis, nisi pro tanta terra quantam irrigabitis. Item, non impediemus nec impedire faciemus, quin braçallos possitis extrahere sive accipere de dicta cequia

in quo loco volueritis, nec impediemus sive prohibebimus quin aqua currat per dictos braçallos continue. Item, si contingeret quod aqueductus vel ruina trencaret sive frangeret dictam cequiam maiorem vel eius açutum vel scolladors vel caxas vel partidors vel pontes, que in dicta cequia erunt in toto vel in parte, nos nostris propriis expensis abtari sive refici quam cicius poterimus et cum utilius et conveniencius fieri poterit illud, quod in eisdem ruptum fuerit, faciemus.

Vos, tamen, a partitores inferius reficere teneamini, scilicet braçallos et fileras vestris propriis expensis, ita quod illud faciendum minime teneamur. Item, in dicta cequia ponemus cequiarium causa custodiendi dictam cequiam nostris propriis expensis. Veruntamen, vos, homines dicte universitatis, possitis, si volueritis, ponere ibi unum hominem vestris expensis, qui videat, si cequiarius, quem nos ponemus, bene vel male se habeat in eadem. Item, concedimus et volumus quod vos, homines dicte universitatis, possitis ponere cequiarios vel cequiarium vestris propriis expensis, qui custodiat braçallos et dividat aquas, postquam exiverint de cequia iamdicta. Vos, autem, homines dicte universitatis, irrigantes de aqua dicte cequie, dabitis nobis et nostris annuatim in festo sancti Michaelis septembris de qualibet iovata terre vel vinearum quas irrigabitis duos solidos et dimidium regalium Valentie et nullum aliud tributum vel servicium pro dicta cequia nobis nec nostris teneamini facere; volentes eciam quod racione dicti cequiatici unus vestrum pro alio non teneatur nec eciam pignoretur. Reservamus, tamen, nobis et nostris quod in aqua dicte cequie, si voluerimus, possimus facere molendina. Item, volumus et concedimus vobis quod vineis que non irrigabuntur non detis nobis cequiaticum; verum si aliquis vestrum irrigabit suam vineam vel vineas de aqua dicte cequie quod extunc dictum cequiaticum nobis et nostris solvere teneatur. Item, volumus et concedimus vobis quod terre alte, que non irrigabuntur de aqua dicte cequie, nobis et nostris pro eis non teneantur solvere cequiaticum. Item, concedimus vobis hominibus dicte universitatis quod, si vos vel vestri irrigabitis de aliqua alterius cequie antique, que non sit de dicta cequia maiori, non teneamini nobis vel nostris dare cequiaticum supradictum. Item, volumus et concedimus

quod si aliqua clausula vel verbum fuerit positum vel posita in hac carta quod sit obscurum vel dubium, quod illa clausula vel verbum intelligatur secundum bonum et sanum intellectum. Ad hec nos, milites et homines dicte universitatis, videlicet, Blasconus Petri de Tirasona et Luppus Ortici de Varasso et Petrus Didaci et Raymundus Falconerii, baiulus Algezire, et Guillelmus de Comadolms, iusticia Algezire, Petrus de Sancta Cruce, Martinus de Oscha, Guillelmus de Rossell, Guillelmus Columbi, Martinus Galindo, Berengueronus Pellicerii, Bernardus Mir de Lunell, Guillelmus de Podio Alto, Michael Molinerii, Raimundus Morischa, Arnaldus Serra, Raymundus Esquerre, Martinus de Esparça, Bernardus de Solerio, Arnaldus Gilaberti, per nos et omnes alios homines dicte universitatis irrigantis de aqua cequie supradicte cum graciaram accione predicta omnia recipimus...

Datum Algezire, XI kalendas iulii, anno Domini M CC LXX tercio.
Signum (*signo*) Iacobi...

1273, junio 24. Valencia.**1948**

Jaime I, rey de Aragón, concede a los hermanos Jucef y Salomón Abinbrucho un hondón sito en el Coso de Zaragoza.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 24v.

Publ.: CANELLAS, A., *Colección diplomática del concejo de Zaragoza*, pgs. 238-239, doc. 142.

[Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani,] damus et concedimus vobis Iucefo Abinbrucho et Salamoni Abinbrucho, fratri vestro, et vestris in perpetuum ad hereditatem propriam, francham et liberam, illam talliatam que est extra murum Cesarauguste per qua discurritur aqua de corrallo vestro de Baldroseria, ut affrontat dicta tallyata cum dicto corrallo vestro et cum muro veteri de petra civitatis predictae et cum via publica Cursi et cum molino olei Poncii Baldovini; ita quod dictam tallyatam possitis claudere et applicare dicto corrallo tuo; et in eadem etiam operari,

hedificare, plantare et omnia facere que vobis melius videbitur facere ad commodum et utilitatem vestram; et habeatis eam vos et vestri ad habendum, [tenendum, possidendum, explectandum, et ad dandum, vendendum, impignorandum, comutandum vel aliter alienandum, et ad omnes vestras vestrorumque voluntates libere tui et quibus volueritis perpetuo faciendas, sicut melius dici vel intelligi potest, ad vestrum vestrorumque bonum et sincerum intellectum.]

Datum Valentie, VIII° kalendas iulii, anno Domini M° CC° LXX° tercio.

[Sig(*signo*)num Iacobi, Dei gratia, regis Aragonum, Maioricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.]

1273, junio 27. Valencia.**1949**

Jaime I, rey de Aragón, confirma el acuerdo establecido entre el comendador de Cervera, la Orden de San Juan de Jerusalén y los hombres de Cervera por una parte y el baile real, Astruch Jacob Sixo, sobre el comercio de la sal de Peñíscola.

AHN. Clero. Carp. 483, núm. 125R.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus vobis fratri Raymundo Alberti, ordinis Sancti Johannis Iherosolomitani, comendatori Cervarie, et dicto ordini et universis hominibus castri Cervarie predicti et terminorum eiusdem et successoribus suis, conposicionem seu transactionem factam cum publico instrumento inter fratrem Gaucerandum Alberti, comendatorem quondam dicti castri Cervarie, pro fratribus Hospitalis ordinis predicti et universis hominibus termini Cervarie ex una parte, et inter Astruchum Jacob Sixon, baiulum nostrum ex altera, super facto salis Paniscole, qualibet videlicet fratres et homines Cervarie et eius termini, de dicto sale emere debeant atque uti, ut in instrumento ipsius conposicionis

plenus continetur. Ita tamen quod in vendicione vel empcione dicti salis fraus aliqua non fiat.

Mandantes firmiter baiulus, iusticiis, iuratis et custodibus predicti salis et universis aliis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris quod contra hoc non veniant nec aliquem contravenire permitant modo aliquo vel ratione.

Datum Valencie, V^o kalendas iulii anno M^o CC^o LXX^o tercio.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

(1^a col.) Testes sunt: Petrus Martini de Luna. (2^a col.) Ferricius de Liçana. Rogerius de Loria. (3^a col.) Hugo de Balcio et Egidius de Rada.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis

1273, junio 28. Valencia.

1950

Jaime I, rey de Aragón, manda que Juan de Monzón, alcaide de Benicadell, tenga para custodia del mismo cinco hombres, un perro y una acémila y le da la financiación suficiente para ello.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 25v.

Iacobus, Dei gratia et cetera, fideli suo Iohani de Monso, alcydo de Penacadel. Salutem et gratiam. Mandamus vobis firmiter quatenus de cetero teneatis in custodia castris de Penacadel quinque homines tantum et unum canem et unam azemilam. Et promittimus vobis dare centum viginti solidos pro unoquoque hominem in anno et sexsaginta solidos pro missione canis in anno et centum solidos pro azemila et porcionem vel ad unam bestiam.

Datum Valencie, quarto kalendas iulii anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio

1273, julio 1. Valencia.

1951

Jaime I, rey de Aragón, concede a Ramón, hijo del prior de Gissona, una casa, un huerto y ocho jovadas de tierra en Burriana y su término con obligación de residir en dicha población y prohibición de vender dichas heredades antes de diez años.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 25v.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis, Raymundo, filio prioris de Gissona, et vestris imperpetuum ad hereditatem propriam, francham, et liberam, domos, ortum et octo iovatas terre in populacione Burriane et eius termino; et domus affrontant ex duabus partibus cum viis publicis et cum domibus Mathei, fratris vestri, et cum solare quod non est datum; octo enim iovate terre afrontant cum hereditate P[etri] Marin et cum hereditate Mathei, fratris vestri, et cum orta Burriane et cum terra que non est data; et ortus afrontat cum orto menescalli Valencie et cum orto Mathei, fratris vestri, et cum ortis nostris. Predicta itaque omnia damus et concedimus vobis cum introitibus, exitibus, afrontacionibus, melioramentis et pertinenciis universis ad dandum, vendendum, inpignorandum, alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates cui et quibus volueritis perpetuo libere faciendas, exceptis tamen militibus, sanctis et personis religiosis, sub tali vero condicione quod in dicto loco faciatis residenciam personalem et hinc ad decem annos proxime venturos non possitis vendere nec aliter alienare aliquid de predictis.

Datum Valencie, kalendas iulii anno Domini M CC LXX tercio.

1273, julio 1. Valencia.

1952

Jaime I, rey de Aragón, concede a Mateo, hijo del prior de Gissona, unas casas, un huerto y ocho jovadas de tierra en Burriana y su término con obligación de residir en dicha población y prohibición de vender dichas heredades antes de diez años.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 25v.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis, Matheo, filio prioris de Gissona, et vestris imperpetuum ad hereditatem propriam, francham, et liberam, domos, ortum et octo iovatas terre in populacione Burriane et eius termino; et domus affrontant cum domibus R., fratris vestri, et ex duabus partibus cum viis publicis et cum solare que non est datum; et octo iovatas terre affrontant cum hereditate R., fratris vestri, et cum hereditate Petri Marin et cum hereditate Michaelis de Oscha et Iohannis Garcie; et ortus affrontant cum via qua itur ad ortos et cum orto R., fratris vestri, et ex aliis partibus, cum ortis qui non sunt dati. Predicto itaque omnia damus et concedimus vobis et vestris cum introitibus et exitibus, affrontacionibus, melioramentis et pertinenciis universis ad dandum, vendendum, inpignorandum, alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates cui et quibus volueritis perpetuo libere faciendas, exceptis tamen militibus, sanctis et personis religiosis, sub tali vero condicione quod in dicto loco faciatis residenciam personalem et hinc ad decem annos proxime venturos non possitis vendere nec aliter alienare aliquid de predictis.

Datum Valencie, kalendas iulii anno Domini M CC LXX tercio.

1273, julio 3. Valencia.

1953

Jaime I, rey de Aragón, concede a Pedro de Pocullull diez jovadas de tierra de secano y un solar para uso de casa y huerto en Burriana, con la condición de residir en dicha población y no poder vender la propiedad hasta pasados diez años.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 33v.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi Petro Pocullulli, in populacione Burriane, decem iovatas terre et patium ad opus domorum et orti. Que decem iovates affrontant cum hereditate Arnaldi de Tamarito et suorum sociorum et cum hereditate Fusteroni et cum cequia veteri et cum terra

qui danda est. Et patium domorum afrontat cum patuo Iacobi Marques et cum carraria et cum eo quod dandum est. Et ortus afrontat in cequia nova et cum orta d'en (*ilegible*) et cum eo que dandum est. Quas quidem decem iovatas et patium domorum et ortum habeatis tu et tui de celo in habissum, cum introitibus et exitibus et melioramentis ac suis pertinenciis universis ad dandum scilicet vendendum, inpignorandum ac alienandum et ad omnes tuas et tuorum voluntates inde cuilibet perpetuo faciendas, exceptis militibus et clericis ac personis religiosis. Retinemus tamen quod in dicta populacione faciatis residenciam et non possis vendere predicta hunc ad decem annos.

Datum Valencie, quinto nonas iulii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, julio 5. Valencia.

1954

Jaime I, rey de Aragón, concede a Guillermo de Torrellas, trotero real y a su mujer María Pérez, casas, un huerto y cinco jovadas de tierra en Burriana con la condición de residir en la población y no poder vender la heredad hasta pasados diez años.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 28r.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi Guillermo de Turrillis, troterio nostro, et Marie Petri, uxori tue, et vestris imperpetuum, ad hereditatem propriam, francham et liberam, domos, ortum et quinque iovatas terre in populacione Burriane. Et domus affrontat scilicet ex duabus partibus in viis publicis et cum domibus Catalani et cum domibus que non sunt date; et ortus affrontant cum orto Francischi et ex tribus partibus cum ortis que non sunt dati; et quinque iovate terre affrontant cum hereditate Dominici de Stadela et Francischi et ex duabus partibus cum terra que non est data. Predicta itaque omnia damus et concedimus vobis et vestris cum introitibus et exitibus, affrontationibus, melioramentis et pertinenciis universis ad dandum, vendendum, inpignorandum, comutandum ac etiam alienandum et ad omnes vestras et vestrorum voluntates cuicumque et

quibuscumque perpetuo libere faciendas, exceptis militibus et sanctis et personis religiosis, sub tali vero condicione quod faciatis in dicta populacione residenciam personalem et quod etiam hinc ad X annos primos venturos et continue completos aliquid predictarum non possitis vendere nec aliter alienare.

Datum Valencie, tertio nonas iulii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, julio 6. Valencia.

1955

Jaime I, rey de Aragón, confirma a Ramón de Riusec la compra de Perpunchén.

ARV. Lib. IV. Enagenaciones, f. 16.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 985.

Noverint universi quod nos Iacobus..., fatentes et recognoscentes re vera vobis Raymundo de Rivosico, civi Valencie, vos de voluntate et sciencia ac assensu nostro, ex premissis a nobis primitus requisitis, emisse a manumissoribus nobilis Egidii Garçes de Açagra quondam castrum et villam de Perpuxen cum alchareis et terminis ac pertinenciis suis omnibus, quod idem Egidius Garces in ultima voluntate sua vendi mandavit pro suis debitis persolvendis. Idcirco per nos et nostros, viso et intellecto testamento prefati Egidii Garçes quondam, ex certa sciencia laudamus, concedimus et confirmamus auctoritate regia vobis Raymundo de Rivosico predicto et vestris in perpetuum iamdictum castrum et villam de Perpunchem, cum alqueriis et terminis et redditibus aliis, cum iuribus et pertinenciis suis omnibus, prout ipsum melius emistis a dictis manumissoribus cum carta publica scripta per Arnaldum Astruch, notarium publicum Valencie, ut in ea plenius continetur. Volentes et concedentes vobis quod iamdictum castrum et villam de Perpunchen, cum omnibus alqueriis et terminis suis, heremis et populatis et cum omnibus hominibus et mulieribus christianos et sarracenis ibi habitantibus et habitaturis et cum redditibus, iuribus et exaccionibus aliisque omnibus, ad dictum vel ad prefatum Egidium Garçes

quondam, ratione eiusdem castri pertinentibus vel pertinere volentibus seu debentibus, quocumque modo, iure, racione vel causa habentis, vos et vestri successores seu quos volueritis vos et vestri, et teneatis, possideatis et explectetis franche, libere et quiete, et sicut dictus Egidius Garçes ipsum melius habebat et possidebat ad dandum, vendendum, impignorandum ac alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates inde quibuslibet personis libere penitus perpetuo faciendas sicut melius, sanius et utilius dici, scribi et intelligi potest ad utilitatem et bonum ac sincerum intellectum vestrum et vestrorum omnium successorum et in carta vestra empconis dicti castri melius et plenius continetur. Nichilominus eciam recognoscimus et confitemur vobis dicto Raymundo de Rivosico quod vos de mandato et voluntate nostra expresis, pro eo quia dicti manumissores non poterant recuperare dictum castrum de Perpunchen a Sancio Petri de Lenda, qui ipsum castrum tenebat obligatum, nisi prius eidem persolverent Sancio Petri de precio dicti castri sexaginta et septem millia solidos regalium Valencie in solutum dicte pecunie pro qua, ut dictum est, dictum castrum obligatum tenebat.

Mandamus itaque firmiter baiulis, curiis, iusticiis, procuratoribus et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta firma habeant et observent et observari faciant et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Datum Valencie, II nonas iulii, anno Domini M CC LXX III.

Signum (*signo*) Iacobi ...

Testes sunt: Petrus Martini de Luna. Ferricius de Liçana. Hugo de Balcio. Blasco Maça. Petrus Iordani de Roden.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui mandato domini regis predicti hoc scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1273, julio 10. Valencia. 1956

Jaime I, rey de Aragón, confirma a Valerio Calvo, vecino de Zaragoza, la venta que Jahudá de la Cavallería le hizo de unas casas sitas en dicha ciudad.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 33v.

Per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus tibi Valerio Calvo, vicino Cesarauguste, quam Jahudanus de Cavalleria, baiulus noster Cesarauguste, fecit tibi de quibusdam domibus sitis in Cesarauguste que fuerunt Laurencii Canadoro ratione scilicet pene homicidii sive mortis fratris ipsius Laurencii quem rationem Laurencii interfecit. Ita videlicet ut tu et tui habeatis dictas domos ad vestras voluntates prout in carta vendicionis tibi facte a dicto Jahudano plenius continetur.

Mandantes et cetera.

Datum Valencie, VI° idus iulii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, julio 10. Valencia. 1957

Jaime I, rey de Aragón, concede al obispo de Tortosa que ante cualquier requisitoria sólo deba responderle a él o al procurador general de Valencia y no a sus oficiales.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 36v.

Per nos et nostros concedimus vobis A. per eandem Dertusie et dertusense Ecclesie quod super aliqua querimonia quam nos habeamus de vobis non teneamini respondere alicui baiulo vel iusticia vel alcaydo nostro nisi nobis vel procuratori nostro generali regni Valencie qui pro tempore fuerit loco nostri.

Mandantes firmiter, et cetera.

Datum et (*sic*) Valencie, VI° idus iulii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, julio 18. Valencia. 1958

Jaime I, rey de Aragón, confirma a Mateo de Almunien la tierra heredada de su padre en término de Burriana, con la condición de residir en dicha población y no venderla hasta pasados diez años.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 34r.

Cum intelleximus quod Dominicus de Almunien, quondam pater tui Mathei de Almunien, habuit et tenuit ac laboravit quendam terram que potest esse usque ad quinque iovatas terre in termino Borriane, inter rivum Siccum et unum cabecum qui est versus Valenciam et terram quam laborabat Berengarius de Clareto et per quas etiam iovatas trassit viam per quam itur aput Bexinum, et tu etiam dictus Matheus tenuisti et laborasti ipsam terram. Idcirco cum cuilibet licitum sit secundum forum Aragonum scaliare de terra herema, per nos et nostros predictas quinque iovatas terre in loco predicto laudamus, damus, concedimus et confirmamus tibi Matheo et tuis inperpetuum, ita scilicet quod ipsas quinque iovatas cum introitibus et exitibus et melioramentis ac suis pertinenciis universsis habeatis tu et tui penitus perpetuo faciendas, exceptis militibus et clericis et personis religiosis, non obstante asignacione alii inde facta. Taliter tamen pacto quod tu in poblacione nostra Burriane facias residenciam et hunc ad decem annos non possis vendere dictam hereditatem.

Datum Valencie, XV kalendas augusti anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, julio 18. 1959

Jaime I, rey de Aragón, entrega a Arnaldo de Areny cuatro tahullas de tierra en término de Mogente a cambio de ciertos solares que le había dado en Valencia.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 36v.

Per nos et nostros, in emendam cuiusdam patii domorum quod tibi dederamus in Valencia et a te recuperavimus, damus [et] concedimus tibi Arnaldo d'Areyn, tibi et tuis inperpetuum per hereditatem propriam, francham et liberam, quatuor tafulles terre que fuerunt de Mubarich, sitas in termino de Caramoxen; que afrontant de duabus partibus cum terra que danda est et cum rivo discurrente a Fonte de la Figera et cum hereditate de Cotay sarraceni. Quas quidem quatuor tafullas terre cum introitibus et exitibus et melioramentis ac suis pertinenciis universis habeatis tu et tui ad dandum, vendendum, inpignorandum ac alienandum ad omnes tuas et tuorum voluntates inde tibi et quibus volueritis tu et tui penitus faciendas, exceptis militibus et clericis ac personis religiosis, dum modo alii non possis vendere predictam hereditatem quam tibi damus.

Datum XV kalendas augusti anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, julio 19. Valencia.

1960

Jaime I, rey de Aragón, concede a Bernardo Escribá mil sueldos anuales sobre sus réditos e ingresos de Uxó.

ACA. Cancillería, Registro 19, f. 60r.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis Bernardo Scribe in tota vita vestra in beneficium personale M solidos anuales in redditibus et exitibus nostris de Uxono postquam scilicet Atrugus Jacob Xixo, qui dictos redditus a nobis obligatos tenet, inde de suo debito quod in ipsis redditibus iam assignatum habet fuerit persolutus. Ita scilicet quod soluto dicto Astrugo Jacob de dicto debito, ut dictum est, habeatis et recipiatis vos et quem volueritis loco vestri, in tota vita vestra, in dictis redditibus et exitibus nostris de Uxono, predictos M solidos annuatim toto tempore vite vestre.

Mandantes firmiter alcaido de [U]xono et receptori reddituum eiusdem loci, tam presentibus quam futuris, quod soluto dicto Astrugo, ut dictum est, donent et solvant vobis ex tunc singulis annis in vita vestra, de dictis

redditibus, M solidos antedictos. Et predicta firmiter habeant et observent et non contraveniant.

Datum Valencie, XIII kalendas augusti anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, julio 21. Valencia.

1961

Jaime I, rey de Aragón, concede al caballero Juan de Benasque un solar para edificar, tres fanegas de tierra para huerto y una jovada para viña en Villarreal.

ACA. Cancillería, Registro 19, f. 46r.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis Iohani de Benasch, militi, et vestris inperpetuum, in populacione nostra Burriane vocata Villa Regali, patuum ad opus domorum et tres fanecatas terre ad opus orti et unam iovatam ad opus vinearum. Et afrontat patuum domorum atque patuo R. de Concas et cum duabus viis et cum eo quod datum non est; et dicte tres fanecate orti affrontant cum cequia dicte populacionis et cum turre diruta que est in ortis dicte populacionis et cum orto magistri Parisii et cum eo quod datum non est. Et dicta iovatata terre affrontat cum ortis dicte populacione et cum eo quod datum non est. Quod quidem patuum domorum et dictum ortum et dictam iovatam terre prout predictis afrontationibus terminantur, cum introitibus et exitibus et melioramentis ac suis pertinentiis universis habeatis vos et vestri ad dandum, vendendum, inpignorandum et alienandum et ad omnes vestras et vestrorum voluntates inde cui volueritis penitus faciendas, exceptis clericis et personis religiosis.

Datum Valencie, XII kalendas augusti, anno Domini M CC LXX tercio.

1273, julio 24. Valencia.**1962**

Jaime I, rey de Aragón, concede a Bernardo Albert de Marsella ocho jovadas de tierra y un solar para edificar en Villarreal en sustitución de la heredad que tuvo en Alcira y ahora ha vuelto a poder real.

ACA. Cancillería, Registro 19, f. 36v.

Per nos et nostros, in emendam hereditatis quam tibi Bertrando Alberti de Marsilia, dederamus in Aliazira cum carta nostra quam a te recuperavimus, damus et concedimus tibi, dicto Bertrando Alberti, et tuis imperpetuum, per hereditatem propriam, in populacione nostra Burriane, vocata Villa Regali, octo iovatas terre, subtus cequiam novam predictae populationis, et patuum ad opus domorum; sicut affrontant dicte iovate terre cum hereditate magistri Parisii, arienterii, et cum hereditate Berengarii de Porta et, de duabus partibus, in terra que danda est. Quas quidem octo iovatas terre et domos, de celo in abissum, cum introitibus et exitibus et melioramentis ac suis pertinenciis universis habeatis tu et tui ad dandum, vendendum, impignorandum ac alienandum et ad omnes tuas tuorumque voluntates inde cui et quibus tu et tui volueritis faciendas cuilibet, exceptis militibus et clericis ac personis religiosis. Retento tamen quod in dicta populacione facias residenciam et quod hinc ad decem annos non possis vendere predictam hereditatem.

Datum Valencie, IX^o kalendas augusti anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

1273, julio 27. Valencia.**1963**

Jaime I, rey de Aragón, concede a Pedro Porquet seis jovadas de tierra y un solar para edificar en Burriana con la condición de hacer en ella residencia personal y no enajenar lo donado hasta pasados diez años.

ACA. Cancillería, Registro 19, f. 40r.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi, Petro Porquet, et tuis inperpetuum, in populacione nostra Burriane, sex iovatas terre et patium ad opus domorum et ortum. Que sex iovate predictae affrontant cum torrente et Dominici d'Estadela et cum hereditatem P. Palma et cum hereditate Petri d'Inse et cum terra que danda est; et patium domorum affrontat cum patua domorum Dominici Cabrer et cum duabus carrariis et cum terra que danda est; et hortus afrontat cum orto magistri Parisii, argenterii nostri, et cum carrerono que itur aput ortos et cum terra que dividenda est. Quas quidem sex iovatas et patium domorum et ortum, cum introitibus et exitibus et affrontacionibus et melioramentis ac suis pertinenciis universis habeatis tu et tui ad dandum, vendendum, impignorandum ac alienandum et ad omnes tuas et tuorum voluntates, inde cui et quibus volueritis tu et tui penitus faciendis, exceptis militibus et clericis ac personis religiosis. Retento tamen quod ibi residenciam facias personalem et quod hinc ad decem annos non possis vendere predictam hereditatem quam tibi damus.

Datum Valencie, VI^o kalendas augustii (*sic*) anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

1273, agosto 3. Siete Aguas.**1964**

Jaime I, rey de Aragón, absuelve a los de Perpiñán por uso de moneda melgariense.

ACP. *Livre Vert Mineur*, f. 24.- *Livre Vert Majeur*, f. 45v.

Publ.: ACH. COLSON. *Recherches sur les monnaies en Roussillon*, pg. 246.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.404.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros, cum presenti carta, de speciali gracia, absolvimus et diffinimus ac remittimus vobis, probis hominibus et universitati ville Perpiniani

et universis et singulis eiusdem universitatis, tam presentibus quam futuris, omnem petitionem et demandam ac penas civiles et criminales, quas contra vos vel res vestras habebamus et habere, imponere seu infligere poteramus usque in presentem diem, quo presens scribitur carta, ratione monete malgoriensis, per vos vel aliquem vestrum recepte, contra prohibitionem nostram factam sub pena a nobis vel ab alio loco nostri, imposita scilicet, quod moneta malgoriensis nos recipiatur sed Barchinonensis tantum vel ratione inquisitionis inde facte, ita, videlicet, quod ratione dicte monete malgoriensis per vos recepte contra nostram prohibitionem, ut dictum est, non possimus nos vel nostri facere seu movere vobis seu vestris petitionem aliquam vel demandam nec penam aliquam civilem vel criminalem in personas vel res vestras imponere seu infligere ullo modo. Vos, vero, nec vestri de cetero, dicta moneta malgoriensi non utamini, nisi Barchinonensi moneta tantum; et si faciatis, baiulus noster Perpiniani inde possit inquirere veritatem et contravenientes debite punire. Nichilominus, eciam, cum iam statuimus et modo eciam statuamus quod in Perpiniano et in tota terra Rossilionis currat moneta Barchinonensis et non malgoriensis vel alia moneta et quod empiones et vendiciones, soluciones et alii contractus et carte fiant ad Barchinonensem et non ad malgoriensem vel ad aliam monetam; volumus, tamen, et concedimus ac indulgemus vobis, universitati predictae et universis et singulis eiusdem universitatis, quod in quibuslibet solutionibus, que fient inter vos vel vobis a quocumque extraneo vel privato, ratione quorumlibet contractuum, possitis accipere ad cambium monetam malgoriensium vel aliam in solutum denariorum Barchinone vobis seu vestris debitorum aut qui vobis de cetero debebuntur, et non possimus nos vel nostri ex hoc vobis vel vestris petitionem aliquam facere vel movere nec penam pro inde aliquam imponere seu infligere ullo modo. Et est sciendum quod in predictis omnibus intelligimus iudeos Perpiniani, sicuti christianos. Mandantes firmiter baiulis, curiis, vicariis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta firma habeant et observent ac faciant observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione.

Datum apud Septem Aquas, III nonas augusti, anno Domini M CC LXX tercio.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: Petrus Ferrandi. Petrus Martini de Luna. Blascus Maza. Bernardus Guillelmi de Entenza. Ferricius de Lizana.

Sig(*signo*)num Symonis de Santo Felicio, qui, mandato domini regis predicti, hec scribi fecit et clausit, loco, die et anno prefixis.

1273, agosto 3. Siete Aguas.

1965

Jaime I, rey de Aragón, concede exenciones a los habitantes de Perpiñán sobre el derecho de fadiga y sobre los puestos del mercado de dicha ciudad.

ACP. *Livre vert mineur*, f. 28.

Pub.: ALART, *Privilèges et Titres*, I. pg. 324.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.405.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros damus, concedimus et indulgemus vobis, probis hominibus et universitati ville Perpiniani, ac universis et singulis eiusdem universitatis, presentibus et futuris, in perpetuum, quod cum contigerit de cetero vos seu aliquem vestrum vel vestros successores, vendere alii domos vel alias hereditates seu possessiones in quibus nos faticam habeamus, nos vel nostri successores nec baiulus noster vel nostrorum Perpiniani non possimus retinere ipsas domos seu hereditates ad opus alterius persone; sed vendiciones, que inde fient inter vendentes et ementes, transeant et sint firme et nos vel baiulus noster eas firmare debeamus, soluto nobis nostro laudimio atque iure. Verumtamen, si nos vel nostri successores ad opus nostri vellemus retinere eas domos seu possessiones, ita quod ad opus aliorum eas non retineremus, eas retinere possimus pro eo precio, pro quo vendentur. Item,

laudamus et concedimus vobis et vestris successoribus imperpetuum omnes tabulas mercatalis sive platee Perpiniani, quas dominus Alphonsus, olim rex Aragonum avus noster, antecessoribus vestris concessit cum carta sua, ut in ea continetur, et que postmodum ibi facte sunt, exceptis tabulis tantum a XL annis citra ibi factis, que in dicta confirmatione nostra non intelligimus nec esse volumus intellectas, ita ut dictas tabulas, exceptis tabulis a XL annis citra ibi factis, habeatis vos et vestri ad vestras voluntates, sine contradiccione et impedimento alicuius persone, liberas atque franchas; salvo, tamen, nobis et nostris censu, si quis ex aliqua dictarum tabularum nobis fieri seu tribui debet aut consuevit.

Mandantes firmiter baiulo, vicario Perpiniani et universis aliis officialibus el subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta firma habeant et observent ac observari faciant et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Datum apud Septem Aquas, III nonas augusti, anno Domini M CC LXX tercio.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: P. Ferrandi. P. Martini de Luna. Blascus Maza. Bernardus Guillelmi de Entenza. Ferricius de Lizana.

Sig(*signo*)num Simonis de Santo Felicio, qui, mandato domini regis predicti, hec scribi fecit cum supraposito in IIII linea ubi dicitur, “ementes”, et clausit, loco, die et anno prefixis.

1273, agosto 3. Siete Aguas.

1966

Jaime I, rey de Aragón, concede a Pedro Balaguer, halconero del infante Jaime, ocho jovadas de tierra, un huerto y un solar para edificar en Burriana, con la condición de hacer en ella residencia personal y no enajenar lo donado hasta pasados diez años.

ACA. Cancillería, Registro 19, f. 38r.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus tibi, Petro de Balagerio, falconerio karissimi filii nostri infantis Iacobi, et tuis imperpetuum, octo iovatas terre in populacione nostra Burriane et patuum ad opus domorum et ortum. Sicut affrontant dicte iovate, de duabus partibus, in carrariis et de aliis duabus partibus in terra que danda est; et patuum domorum afrontat cum domibus Peretoni Palma et cum duabus carrariis et cum patuis que danda sunt; et hortus predictus afrontat cum orto Dominici de Lavata et cum cequia maiori et de duabus partibus cum eo quod dandum est. Predictas autem octo iovatas terre et patuum domorum et ortum habeatis tu et tui cum introitibus et exitibus et melioramentis ac suis pertinentiis universis, ad dandum, scilicet vendendum, impignorandum ac alienandum et ad omnes tuas et tuorum voluntates inde cui et quibus volueritis tu et tui penitus faciendas, exceptis militibus et clericis ac personis religiosis. Retinemus tamen quod in dicta populacione residenciam faciatis et quod hinc ad decem annos non possis vendere predictam hereditatem quam tibi damus.

Datum apud Septem Aquas, III^o nonas augusti anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

1273, agosto 4. Siete Aguas.

1967

Jaime I, rey de Aragón, concede a Pedro Balaguer, halconero del infante Jaime, doce dineros censales anuales por unas casas sitas en Perpiñán, con la condición de hacer en ella residencia personal y no enajenar lo donado hasta pasados diez años.

ACA. Cancillería, Registro 19, f. 38r.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus tibi, Petro de Balagarario, falconerio karissimi filii nostri infantis Iacobi, et tuis imperpetuum, illos duodecim

denarios censuales quos nobis facere et tribuere teneatis quolibet anno pro quibusdam domibus sitis in Perpiniano, contiguus cum domibus Iohanis falconerii et cum domibus d'en Fernalis. Ita quod dictas domos habeatis tu et tui imperpetuum franchas et liberas a dictis duodecim denariis censualibus et ab omni iure quod ratione ipsius census habebamus in ipsis.

Mandantes firmiter baiulo nostro Perpiniani presenti et futuris quod predicta firma habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione.

Datum apud Septem Aquas, II^o nonas augusti anno Domini M^o CC^o LX tercio.

1273, agosto 19. Valencia.

1968

Jaime I, rey de Aragón, concede nuevas adiciones al fuero de Mallorca.

ACA. Cancillería. Registro 29, f. 136.

Publ.: Lecoy, A., *Relations entre la France et Majorque I*, pg. 432.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 986.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus vobis probis hominibus et universitati civitatis et regni Maioricarum, ac universis et singulis eiusdem universitatis et regni, tam presentibus quam futuris, in perpetuum, quod in civitate vel regno Maioricarum non fiat vetitum bladi a nobis vel a nostris successoribus nec ab aliquo vicario vel baiulo vel locum nostrum seu nostrorum tenente, presentibus et futuris, nisi dum caristia fuerit in terra Maioricarum. Damus et concedimus vobis et vestris in perpetuum quod, quando aliquis alicui bladum vendet, et, mensurato ipso blado emptori, aliqua quantitas bladi remanserit in circuitu quartarie ubi mensurabitur, totum ipsum bladum quod, completo et soluto iure suo emptori, remanebit in circuitu seu circumstantiis quarterie ubi mensurabitur, sit illius qui ipsum bladum vendiderit,

et nos vel nostri vel baiuli aut officiales nostri vel emptores quartarie nostre ipsum bladum remanens in circuitu seu circumstantiis quartarie retinere non possimus, soluto, tamen, nobis et nostris iure nostro seu mensuratico consueto. Item, damus et concedimus ac indulgemus vobis et vestris successoribus quod de aliquo fructu viridi, qui vendatur in sistellis, non petatur vel accipiatur aliquod ius, nec nos vel nostri aut nostri officiales inde ius aliquod petere valeamus; set de omnibus fructibus siccis, qui vendentur, accipiatur ius quod est actenus inde recipi consuetum. Concedentes eciam et dantes vobis ac perpetuo statuentes quod gaytam civitatis Maioricarum faciant et teneantur facere probi homines et habitatores civitatis predictae, ita quod vicarius noster vel quem voluerit loco sui possit interesse et intersit ipsi gayte, si voluerit interesse; et nos nec nostri succesores vel vicarius aut alii officiales nostri ipsam gaytam alicui vel aliquibus non donemus vel vendamus, nec dare vel vendere valeamus, nec vos similiter ipsam dare vel vendere valeatis. Item, concedimus et damus vobis et vestris in perpetuum quod ab omni homine de quo querimonia habebitur sive fiet, recipiatur satisfactio seu fidancia de directo, iuxta querimoniae quantitatem et quod non capiatur aliquis pro querimonia alicuius, dum satisfactio voluerit vel dare fidanciam et satis dabit de directo, ut dictum est, excepto quando pro crimine lese magestatis vel si de morte fuerit accusatus vel conventus aut denunciatus. Statuimus eciam per nos et nostros quod, si vicarius vel baiulus aut alii officiales vel locum nostrum tenentes seu nostrorum successorum movebunt contra aliquem questionem aliquam vel demandam civilem vel criminalem, ipsa questio seu questiones terminentur infra quadraginta dies a die questionis mote, nisi ratione testium longinorum vel remotorum oporteret eam causam prorrogari; que prorrogatio fiat secundum locorum distanciam ubi testes fuerint. Concedentes eciam vobis et statuentes quod intersint examinationi ipsius questionis probi homines Maioricarum, qui non sint de parte vel in aliis causis consueverunt hactenus interesse. Item, concedimus vobis et vestris et statuimus in perpetuum quod si aliqui emphitheotes tenentes modo vel in posterum terras vel domos vel alias possessiones ad certum censum pro secundo domino non solverint

termino conducto vel statuto ipsum censum, ille secundarius dominus cui census debeatur, possit propria auctoritate et sine licencia curie et domini maioris ipsos emphiteotas pignorare et extrahere portas ipsarum domorum et aliarum possessionum, que ab ipso ad censum tenebuntur, pro censu qui sibi debebitur inde, donec, scilicet, idem census sibi fuerit persolutus. Item, concedimus et damus vobis et vestris perpetuo quod, si nos vel nostri successores aliquod mandatum fecerimus de cetero vicariis, baiulis seu aliis officialibus Maioricarum contra franchitates et privilegia vestra, et ille qui de mandato nostro senserit se gravatum voluerit venire ante nos seu nostros successores, ipsi vicarius, baiulus ac alii officiales teneantur subdere et subsedeant ab executione ipsius mandati nostri, [donec] veniret ante nos seu nostros ad diem competentem, que sibi ab ipso vicario, baiulo vel officiali nostro seu nostrorum fuerit assignata et nos seu nostri super eo nostrum fecerimus mandamentum. Item, concedimus vobis et vestris ac statuimus perpetuo quod christiani et iudei, qui capti detinebuntur in carcere Maioricarum non detineantur capti in eadem domo, sed christiani in una domo et iudei in alia detineantur capti. Et si aliquis honoratus homo seu mulier honorata captus seu capta detinebitur ibidem, non detineantur in domo ubi homines seu mulieres modici valoris detinebuntur, sed teneantur et custodiantur in domo alia separatim, in domo carceris antedicti. Nichilominus etiam damus et concedimus vobis et vestris in perpetuum quod nullus homo possit esse vicarius Maioricarum ex causa empcionis vel mutui, sed vicarius, qui ibi fuerit, statuatur per nos et nostros successores absque conditione vendicionis et mutui alicuius. Mandantes firmiter vicario et baiulo Maioricarum et aliis officialibus et subditis nostris, tam presentibus quam futuris, quod predicta omnia et singula firma habeant et observent ac faciant inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione.

Datum Valencie, XIV kalendas septembris anno Domini MCC LXX III.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Petrus Ferrandi. P. Martini de Luna. Ferricius de Lizana. Petrus Iordani de Roden. Bernardus G. de Entenza.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui, mandato domini regis predicti, hoc scribi fecit et clausit, loco, die et anno prefixis.

1273, agosto 20. Valencia.

1969

Jaime I, rey de Aragón, concede a Mallorca la ribera del muelle de su puerto.

ACA. *Cancillería. Registro 26, f. 159.*

Pub.: LECOY, A. *Relations de la France avec le royaume de Majorque I,* pg. 435.

AGUILÓ, E. *Bol. arq. lul.* (1894), pg. 409.

HUICI, A., *Colección diplomática,* núm. 987.

Noverint universi quod nos Iacobus... per nos et nostros, damus et concedimus vobis probis hominibus et universitati civitatis Maioricarum, et universis et singulis eiusdem universitatis et regni predicti Maioricarum, presentibus et futuris, in perpetuum, ad usus vestros et omnium adveniencium ibidem, ripariam seu plateam molli maris civitatis Maioricarum predictę; ita, videlicet ut nullus de cetero, ex concessione nostra vel nostrorum successorum, vel aliqua alia ratione vel causa, possit nec audeat facere operari sive construere domum vel domos nec operatoria vel aliquod aliud edificium in dicta riparia sive platea molli predicti, sed remaneat semper ipsa riparia sive platea libera et immunis et sine aliquo impedimento vobis et vestris successoribus perpetuo, ad usus vestros et adveniencium ad civitatem predictam. Mandantes firmiter vicario et baiulo Maioricarum et universis officialibus et subditis nostris, tam presentibus quam futuris, quod predicta firma habeant et observent ac faciant firmiter observari, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione.

Datum Valencie, XIII^o kalendas septembris anno Domini M ducentesimo LXX III.

Signum (*signo*) Iacobi...

Testes sunt: Petrus Martini de Luna. Petrus Ferrandi. Carrocius, dominus Rebolleti. Fericius de Lizana. Bernardus G. de Entenza.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui, mandato domini regis predicti, hec scripsit et clausit, loco, die et anno prefixis.

1273, agosto 20. Valencia.

1970

Jaime I, rey de Aragón, concede a los mallorquines que puedan elegir jurados anualmente.

Publ.: AGUILÓ, E. *Bol. arq. lul.* (1894), pg. 410.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 988.

Nos Iacobus ... volumus et concedimus vobis, probis hominibus et universitati Maioricarum, quod possitis eligere et habere et eligatis et habeatis iuratos in civitate Maioricarum singulis annis de cetero pro ut in carta quam inde a nobis habetis plenius continetur. Mandantes firmiter vicario et baiulo Maioricarum, presentibus et futuris, quod nullum vobis impedimentum vel contrarium faciant in predictis et predicta firma habeant et non contraveniant ullo modo.

Datum Valencie, XIII kalendas septembris, anno Domini millesimo ducesimo LXX tercio.

1273, agosto 20. Valencia.

1971

Jaime I, rey de Aragón, concede a Guillem Ramón de Moncada, señor de Nules, agua de la acequia de Villarreal para regar el término de Nules a cambio del pago de cequiaje; estableciendo, además, dos acequeros para que regulen dicha concesión.

ACA. *Cancillería. Registro 873*, ff. 194v-195r.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus vobis, nobili et dilecto Guillermo Raymundi de Moncada, domino de Nules, et vestris successoribus, imperpetuum, totam illam aquam que de cequia illa quam noviter extraximus de rivo de Millars ad opus populacionis nostre Burriane, que vocatur Ville Regalibus, superabit hominibus eiusdem populacionis et quam ipsi homines dicte populacionis necessaria non habuerint ad rigandum, ita videlicet quod ipsius aquam que eis superabit et ipsi necessariam non habuerint ad rigandum habeatis vos et vestri homines de Nules ad rigandum terminum et castri de Nules, quantumcumque scilicet inde rigare poterunt cum eadem. Ita quod ad unaquaque iovata terre que de dicta aqua rigabitur in termino de Nules teneamini dare et detis nobis et nostris duos solidos et medium regalium Valencie in unoquoque anno, quolibet festo sancti Michelis septembris, vos seu homines vestri de Nules qui de dicta cequia sive aqua rigabunt. Volentes et statuentes ac concedentes vobis quod homines dicte populacionis Ville Regalis statim cum rigaverint id quod rigare habuerint de dicta aqua qualibet die seu nocte tornent aquam ad matrem, scilicet ad cequiam maiorem dicte populacionis, et claudant presam dicte cequie; de qua aqua accipient ad rigandum, quod si non fecerint, donent sexaginta solidos regalium nobis pro pena, quandocumque scilicet et quocienscumque aquam illam cum qua rigaverint non tornabunt ad matrem et presam. De qua ipsam aquam accipient, permiserint ad claudendum nos autem et nostri teneamur facere vobis cequiam maiorem in termino de Nules, per quam dicta aqua discurrat et discurrere possit ad rigandum terminum de Nules predictum nostris propriis missionibus et expensis; et ipsam cequiam maiorem tenere condirectam in termino de Nules et mundare singulis annis nostris propriis missionibus et expensis, vobis tamen seu hominibus vestris solventibus nobis cequiaticum antedictum, ut superius continetur; et homines vestri teneantur mundare braçallos sive filas qui seu que de dicta cequia emanabunt.

Volumus etiam et constituimus quod in dicta cequia dicte populacionis nostre, quam nos facere debemus, sunt due cequiarii qui custodiant aquam

dicte cequie, ne aliquis eam devastet vel in vanum eiciat vel exsolvat de matre sive de cequia maiori, unus, scilicet, pro nobis, et alius pro vobis. Sed cequiarius vester non habeat in termino dicte populacionis aliquem districtum nos quod possit videre et custodire, ne aliquis ipsam aquam devastet. Cequiarius vero dicte cequie nostre vel baiulus dicte populacionis nostre possint compellere et pignorare homines vestros intus in villa de Nules et extra, singulis annis, quod solvendo cequiatico antedicto; et nos vel nostri non teneamur dare aliquid salarium cequiario vestro dicte cequie, nec vos nostro. Et sic, per nos et nostros promittimus attendere et complere predicta, ut superius continetur, et in aliquo non contravenire.

Ad hec, ego, Guillelmus Raymundi de Moncada predictus, recipiens a vobis, dicto domino rege, donacionem et concessionem aque predicte sub modis et condicionis supradictis et concedens ac laudans omnia et singula supradicta, promito vobis, dicto domino regi, quod ego seu homines de Nules, que de dicta aqua rigabunt, dabunt vobis et vestris, singulis annis, duos solidos et medium racione cequiatici pro unaquaque scilicet iovata terre, quam de dicta aqua rigabunt; pro quo cequiatico, cequiarius seu baiulus vester, iamdicte populacionis possint homines qui de dicta aqua rigabunt compellere et pignorare ut superius continetur. Et promitto etiam per me et meos predicta omnia et singula attendere et complere et in aliquo non contravenire nec permittere aliquo de hominibus de Nules contrafacere ullo modo.

Actum est hoc in Valencia, XIII kalendas septembris anno Domini M° CC° LXX° tercio.

Signum (*signo*) Jacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Sig(*signo*)num Guillelmi Raymundi de Moncada predicti, qui hoc concedo et firmo.

Testes sunt: Petrus Ferrandi. Bernardus Guillelmi de Entença. Petrus Martini de Luna. Carrocius, dominus Rebolleti. Ferrarius de Liçana.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio, qui, mandato domini regis et Guillelmi Raymundi de Moncada predictorum, hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

1273, agosto 22. Valencia.

1972

Jaime I, rey de Aragón, absuelve a Ferriz de Lizana y a los suyos de toda demanda y pena civil o criminal que contra ellos tenga a causa de los males que hubieren hecho contra él y los hombres de su tierra durante la guerra entre ellos sostenida.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 46r.

Per nos et nostros absolvimus et difinimus ac remitimus vobis, nobili Ferricio de Lizana et vestris, imperpetuum, quantum ad partem nostram omnem petitionem et demandam ac penas civiles et criminales quas contra vos vel res vestras habemus et habere, imponere seu infligere possemus ratione maleficiorum omnium et singulorum que vos seu milites et vassalli ac homines vestri fecistis nobis seu hominibus terre nostre in guerram quam nobiscum habebatis. Faventes super predictis omnibus et singulis vobis et vestris bonum finem et firmum pactum de non petendo, ita vicelicet quod ratione predictorum maleficiorum non possimus nos seu nostri facere seu movere vobis nec vestris, nec militibus, vassallis aut hominibus vestris petitionem aliquam seu demandam nec aliquas penas civiles seu criminales in personam vel res vestras imponere seu infligere ullo modo quantum ad partem nostram, set sitis inde vos et vestri ac ipsi milites et vassalli ac homines vestri liberi et immunes ac penitus perpetuo absolvi sicut melius et cetera.

Datum Valencie, XI° kalendas septembris anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, agosto 25. Valencia.**1973**

Jaime I, rey de Aragón, concede privilegios a los judíos de Mallorca.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 47r.

Pub.: BOFARULL, F. "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 920.-

BRAH. XXXVI, pg. 26.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.406.

Per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus vobis, aliame iudeorum Maioricarum et universis et singulis iudeis ipsius aliame, tam presentibus quam futuris, omnia privilegia a nobis vobis concessa et franchitates quas a nobis habetis cum cartis, prout in eis continetur. Et laudamus et concedimus et confirmamus vobis et vestris imperpetuum domos omnes et singulas, quas universi et singuli iudei ipsius aliame habetis in civitate Maioricarum ex empcone seu empconibus vestris propriis vel alio quolibet iusto titulo sive causa; dantes nichilominus et concedentes vobis et vestris plenam licenciam et potestatem emendi ad opus vestri de domibus christianorum vobis seu domibus vestris contiguis licite et sine aliquo impedimento et quod semper dicta loca ubi modo habitatis in dicta civitati Maioricarum sit habitacio iudeorum eiusdem civitatis et inde vos mutare non possimus nos nec nostri. Retinemus, tamen, et excipimus de concessione predicia quod aliquis christianus vel christiana non habitet vel mansionem habeat cum iudeo vel iudea infra unum portale seu portam eiusdem domus; concedentes vobis et vestris observantibus hec quod non possimus nos vel nostri racione dictarum domorum vestrarum aliquam petitionem vel demandam vobis seu vestris facere vel movere. Item, concedimus vobis et vestris imperpetuum quod possitis decollare et facere carnes ad usus vestros in macello christianorum, secundum quod hactenus facere consuevistis sine impedimento et contradiccione alicuius persone et quod persone sarracenorum et sarracenarum vestrorum, qui se babtizabunt, sint incurse nobis et sint nostre et eas baiulus Maioricarum capiat, cum

bablizati fuerint, et renuncient ad opus vestri et vestrorum. Mandantes etc.

Datum Valencie, VIII kalendas septembris anno Domini M CC LXX tercio.

1273, agosto 28. Valencia.**1974**

Jaime I, rey de Aragón, concede a Carroz un solar en Valencia.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 55.

Pub.: CHABÁS, R. *El Archivo* II, pg. 329.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.407.

Per nos et nostros damus vobis, Carrocio, domino Rebolleti et vestris imperpetuum quoddam patuum terre ad construendas domos in platea que est extra Valenciam, coram molendinos de Na Iaquesa, sicut affontant in via publica que transit coram dictis molendinis, per quam itur versus mare, et in orto Hospitalis et in rivo de Guadalaviar et in rambla Valencie et in via nova orti Hospitalis ... Vos, vero, non possitis vendere dictum patuum seu domos, quas ibi facietis, in tota vita vestra.

Datum Valencie, quinto kalendas septembris, anno Domini M CC LXX tercio.

1273, agosto 31. Valencia.**1975**

Jaime I, rey de Aragón, nombra a Salomón de Cavallería baile de Sagunto, Segorbe, Onda, Uxó y Almonacid.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 50v.

Pub.: BOFARULL, F., "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II pg. 921.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.408.

Iacobus etc. damus et concedimus tibi, Salomon de Cavalleria, filio Iaudani de Cavalleria, baiuli nostri Cesarauguste, baiuliam Muriveteris et Segorbi, Onde et Uxoni et de Almonecid dum nobis placuerit, ita, scilicet, quod tu sis baiulus dictorum locorum et percipias redditus et exitus ac iura nostra ipsorum locorum et baiuliarum suarum, dum nobis placuerit, ut est dictum, et habeas staticum tuum in castro Muriveteris, dum fueris baiulus locorum predictorum. Mandantes firmiter universis et singulis hominibus dictorum locorum, christianis, scilicet, et sarracenis, quod tibi, loco nostri, vel cui volueris loco tui, respondeant de redditibus et exitibus ac iuribus nostris omnibus, de quibus nobis respondere tenentur.

Datum Valencie, II^o kalendas septembris anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

1273, agosto 31. Valencia.

1976

Jaime I, rey de Aragón, dispone sobre procedimientos judiciales contra los judíos.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 50

Pub.: BOFARULL, F., "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II pg. 920.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.409.

Per nos et nostros, concedimus et indulgemus ac damus vobis, universis et singulis iudeis Barchinone et Villefranche, Terracone et Montisalbi et aliorum locorum ad collectam vestram spectantium, presentibus et futuris, imperpetuum quod si questio seu demanda fiet vobis, iudeis predictis, vel alicui vestrum aut vestris successoribus, criminaliter vel civiliter, et si vicarius seu baiulus aut alii officiales nostri aut aliqui alii ante sententiam vel eiam post sententiam, nisi tres sentencie in eodem facto fuerint date, vos gravarent vel procederent, contra vos, propter quod vos sentiretis gravatos, possitis ad nos vel nostros successores appellare et, facta ipsa appellacione, ipsi officiales vel alii contra vos non procedant nec vos gravare presumant, donec appellacio ad nos pervenerit et nos in eo, super quo ad nos appellatum

fuerit, nostrum fecerimus mandamentum. Super quod ipsi vicarius et baiulus vel officiales nostri ad comparandum coram nobis diem certum et competentem appellandibus assignent, ita, tamen, quod ille, contra quem questio criminaliter mota fuerit, teneatur captus, donec factum fuerit deffinitum, et si contra eum civiliter questio mota fuerit, teneatur satis dare idonee quod stet iuri. Mandantes etc.

Datum Valencie, II kalendas septembris anno Domini M CC LXX tercio.

1273, septiembre 7. Játiva.

1977

Jaime I, rey de Aragón, envía reclamación a Génova sobre corsarios.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 53v.

Pub.: GONZÁLEZ HURTEBISE, E., "Recull de documents", *I CHCA*, II, 1248.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.410.

Noverint universi quod, cum nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum etc. pluries rogaverimus per literas nostras capitaneos, consilium et comune Ianuense, ut rauberiam factam tibi, Petro Ferrandi de Colle, civi Barchinone, per Iohannem de Monterrubeo ianuensem et eius complices tibi restitui facerent atque reddi, cum nobis constet per literas religiosi viri, fratris Hugonis Revelli, magistri Hospitalis, et nobilis Olivarii de Terminis, qui veritatem inquisiverant super eis, dictam rauberiam tibi factam fore per dictum Iohannem de Monterrubeo et eius complices, ut est dictum, in mari Turquie ac eiam per testes, quos nos super hoc recipi fecimus, necnon eiam et eisdem esset plenarie manifestum, sic quod de duobus lignis armatis, quos tu ducebas tempore dicte raubarie tibi facte, qui erant dicti magistri Hospitalis, emendam fecerunt, et miserimus eiam ad eos super dicto facto nostros nuncios speciales, scilicet, F. de Apiaria, civem Valencie, G. Cimademar et P. Belloti, cives Barchinone, nec tibi restitutionem vel emendam

fecerunt nec facere voluerint usque modo; attendentes quod nostros tenemur deffendere et iuvare nec eisdem in iure eorum possumus defficere nec debemus; atendentes, eciam, quod, cum tu, dictus P. Ferrandi, occasione iamdicte raubarie tibi facte, pignorases res et bona hominum districtus Ianue, nos ipsa pignora eisdem fecimus restitui atque reddi, credentes quod dicti capitanei, consilium et comune ianuense tibi melius restitutionem fieri facerent seu emendam, et hoc postea minime facere voluerint, et ideo receperimus iuramentum a te super raubaria predicta tibi facta, quam per idem iuramentum aseruisti valere bene decem milia bisanciorum sarracenorum et amplius et de ipsis taxando deduxerimus duo milia bisanciorum sarracenorum; per nos et nostros constituimus tibi, predicto F., et damus licenciam et plenum posse quod de omnibus mercibus et rebus et denariis ianuensibus, qui tam in Maiorica quam in quibuslibet aliis locis terre nostre poteritis invenire, tam in mari quam in terra, leves et levare possis et habere sex denarios pro libra tandiu et tanto tempore donec sit tibi plenarie satisfactum de octo milibus bisanciis sarracenorum supradictis, occasione dicte raubarie tibi facte per dictum Iohannem de Monte Rubeo et eius complices, ut est dictum. Mandantes vicariis, baiulis, etc. quod ad dictos sex denarios pro libra habendos et recipiendos de predictis omnibus rebus, mercibus et denariis ianuensibus, tibi prestent auxilium et iuvamen tanto tempore, ut est dictum, quousque de predictis octo milibus bisanciorum sarracenorum fuerit tibi plenarie satisfactum et quod nullum tibi impedimentum vel contrarium faciant vel ab aliquo fieri permittant, immo hec omnia tibi observant et faciant ab aliis observari, si de nostri confidunt gracia vel amore.

Datum Xative, VII idus septembris anno Domini M CC LXX tercio.

1273, septiembre 16. Alcira.

Jaime I, rey de Aragón, funda el convento de las Magdalenas en Alcira.

1978

ACA. Pergs. Jaime I, núm. 2.169.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.411.

Quoniam quilibet fidelis christianus tenetur in hoc mundo edificare ad paradisi gloriam obtinendam, idcirco nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, cupientes saluti nostre anime providere, ad honorem omnipotentis Dei et beatissime genitricis eius et omnium sanctorum suorum et pro salute anime nostre et animarum parentum nostrorum, domum seu monasterium ordinis Beate Marie Magdalene intitulum seu vocandum de Beata Maria Magdalena et quod subsit domui beate Marie Magdalene de Montepesulano, site prope portale Sancti Egidii, in regno nostro Valencie apud Algeziram, in illo, scilicet, loco construi volumus et edificari, quem in populacione Algezire duximus assignandum; qui affrontat ex una parte cum camino, quo itur apud Alberich, et cum dornibus censualibus Petri Peyronella et cum via, que itur apud Cabanes, et cum terra, que nondum data est alicui et ex duabus partibus cum orto Tode, uxoris quondam Garcie de Olit, et cum presenti carta perpetuo valitura damus, concedimus et offerimus domino Deo et dicto monasterio et vobis Timbors, priorisse dicte domus Sancte Marie Magdalene de Montepesulano, et Bonafos et Guillelme et Aude, sororibus monialibus confratris ad ipsum promovendum monasterium destinatis et conventui eiusdem monasterii in perpetuum redditus et iura nostra, qui et que proxime subsequuntur, videlicet, redditus et censum et partem ac iura nostra que habemus et habere debemus in molendinis sitis in rivo Albayde, que fuerunt Ferrarii de Balçareyns, que a nobis ad medias tenentur; et in molendinis Guillelmi molinerii, que fuerunt d'en Figuera, sitis in dicto rivo Albayde, que a nobis tenentur ad medias; et in molendinis Guillelmi de Causadons, sitis in cequia de Meres, que a nobis ad medias tenentur similiter et in molendinis Petri de Monsone, que fuerunt Borracii quondam, et tenentur a nobis ad medias, sitis in rivo de Montesa, in cequia de Meres; et in molendinis d'en Seger, que ad medias tenentur a nobis, sitis in Rafana et in molendinis passus Enove, que Raymundus Messeguer tenet a nobis ad medias et in molendinis Riberti de Cassalibus, sitis in

Roseta Castellionis, que a nobis ad tercium tenentur; et in molendinis, que Guillelmus de Narbona tenet a nobis ad medias, sitis apud Benexire; et in molendinis de alcheria de les Olles, que Saurinus tenet a nobis ad medias, et in molendinis, que Petrus Gualbi, alcaydus Bolbayt quondam tenebat a nobis ad censum duorum kaficiorum bladi; et in molendinis, que Michael de Ayerbe tenet a nobis ad censum duorum kaficiorum frumenti, sitis supra ravallum Xative; et in molendinis Castellionis, que Poncius Malferiti tenet a nobis ad censum sex morabatinorum annualium; et in molendinis, que Arnaldus de Antisto quondam seu eius heredes tenent in rivo Albayde a nobis ad censum duorum morabatinorum; et in molendinis, que Dominicus Marchesis tenet a nobis ad censum trium macemutinarum in cequia de Meres; et in molendinis, que Arnaldus Vacherii tenet a nobis ad censum quatuor fanecatarum bladi annualium in alcheria de les Olles. Item, per nos et nostros damus et concedimus Deo et dicto monasterio ac conventui eiusdem in perpetuum illos septingentos viginti solidos minus duobus denariis regalium, qui nobis fiunt censuales pro fanechatis nostris Xative terre albe contiguis cum reallo nostro Xative et trecentos et octoginta solidos censuales, qui nobis fiunt et fieri debent de vineis nostris Xative, et illos sexaginta morabatinos censuales, quos percipimus et percipere debemus in carniceria Xative et illos sexaginta solidos regalium censuales, quos percipimus et percipere debemus in pescateria nostra Xative et triginta solidos censuales, quos Bartholomeus de Sancta Maria facit nobis et facere tenetur pro quodam furno sito in Xativa et viginti duos solidos et sex denarios censuales, qui nobis fiunt pro furno alio sito in Xativa, qui fuit de Gasco, et viginti solidos censuales, qui nobis fiunt et fieri debent a Berengario Geraldi pro furno quodam sito in Xativa, et quadraginta solidos censuales, quos nobis facit et facere debet Iohannes de Calbera pro alio furno sito in Xativa et decem solidos censuales, qui nobis fiunt et fieri debent pro alio furno sito in Xativa, quem en Iussen tenet a nobis. Et sic volumus et concedimus quod vos, priorissa predicta seu priorissa que pro tempore in dicto monasterio fuerit, et conventus monialium seu sororum dicti monasterii imperpetuum partem et censum ac iura nostra omnia molendinorum, furnorum

et aliorum omnium predictorum cum pleno iure nostro et loco, districtu et faticha, firmamento, laudimio et dominio universo, que in predictis molendinis, furnis, carniceria et pescateria ac aliis predictis nobis competunt et competere debent et debemus habere contra emphiteutas seu detentores eorum et fanecatas eciam predictas et omnia et singula predicta, que dicto monasterio damus cum omnibus suis pertinenciis, habeatis, teneatis, possideatis et expletetis imperpetuum ad opus et usus vestros seu dicti conventus et ad vestras omnimodas voluntates pro francho, scilicet, et libero alodio et sine aliqua servitute, quam inde nobis et nostris non teneamini vos seu vestre successores inde facere ullo modo. Hanc, vero, donacionem facimus tali modo et condicione quod monasterium sub nomine et de ordine Beate Marie Magdalene, construat et perpetuo habeatur apud Algeziram, ut dictum est, et nisi fieret, quod dicti census ei alia omnia, que eidem monasterio damus, ut est dictum, ad nos et nostros libere revertantur. Et quod eciam in dicto monasterio conventus tredecim sororum dicti ordinis assidue perpetuo teneatur que, pro anima nostra et animabus parentum nostrorum, oracionem Deo perpetuo faciant et facere teneantur, et amplius sorores in ipso monasterio esse non possint, nisi forte idem monasterium in tantum melioraretur quod comodo amplius esse possent in eodem. Verum, quandocumque aliqua ex ipsis tredecim mori contigerit, alia ibidem ponatur loco eius, et tali eciam condicione quod redditus ipsius monasterii presentes, scilicet, et futuri expendantur in dicto monasterio et in usibus eiusdem, et de ipsis ad dictum monasterium Montispesulani vel ad aliqua alia loca aliquid non deportetur. Preterea volumus et statuimus quod, quandocumque in eodem monasterio vacabit priorissa, eligatur tunc priorissa in eodem monasterio in hunc modum, videlicet: quod conventus eiusdem monasterii eligat eam et eligere possit infra ipsos tres menses a die obitus priorisse, que decesserit, computandos, et si infra ipsos tres menses conventus eiusdem monasterii priorissam non elegerit, transactis ipsis tribus mensibus, priorissa monasterii Montispesulani predicti eligat et eligere possit et ponere priorissam in eodem. Mandamus, itaque, firmiter universis et singulis emphiteotis predictis et tenentibus predicta a nobis quod de cetero respondeant vobis et cui

vel quibus volueritis loco vestri imperpetuum, de parte, censu et iuribus omnibus, que nos in predictis habemus, sicut inde nobis respondere tenebantur et non nobis nec nostris de cetero Mandantes, eciam, baiulo nostro Xative, tam presenti quam futuris, quod faciant loco nostri vos dictam priorissam et conventum dicti monasterii in perpetuum habere et tenere predicta omnia in pace et predicta firma habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Datum Algezire, XVI kalendas octobris, anno Domini MCC septuagesimo tercio.

Signum (*signo*) Jacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Bernardus G. de Entenza; P. Martini de Luna, Sancius Martini de Oblitis; Egidius de Lihori; Egidius de Rada.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui, mandato domini regis, hec scribi fecit et clausit, loco, die et anno prefixis.

1273, septiembre 21. Valencia.

1979

Jaime I, rey de Aragón, reconoce deber a Guillermo Escriba, ciudadano de Valencia, 6.366 sueldos, 8 dineros reales que le faltan por pagar de una suma mayor.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 57v

Recognoscimus et confitemur debere vobis G. Scribe, civi Valencie, sex mille trecentos quadraginta, sex solidos et VIII^o denarios regalis qui remanent vobis ad solvendum de duobus mille sexcentis LX^oVI solidos et VIII denarios regalis quos vobis debebamus pro duobus mille bisanciorum argenti, quos vobis dedimus de gracia speciali eo quia fecimus reddi nuncio regis Tunicii navem et sarracenos, donacionis regis Tunicii, quam et quos vos receperatis. Quosquidem VI mille CCC LX VI solidos et VIII denarios regalis promittimus vobis solvere in pace ad voluntatem vestram.

Datum Valencie XI^o kalendas octobris anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

1273, septiembre 29. Burriana.

1980

Jaime I, rey de Aragón, concede a la Orden de Predicadores de Huesca que puedan utilizar parte de las piedras del cementerio sarraceno para edificar su iglesia en honor a Santa María.

AHN.Clero. Carp. 594, núm. 13.

Noverint universi quod cum nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, viderimus quasdam litteras quas çalmedina, iusticia, merinus, iurati et boni homines Osche nobis miserunt, eorum sigillis sigillatas, continentes quod in cimiterio illo sarracenorum de quo nos dedimus et concessimus lapides qui in eo sunt fratribus predicatoribus Osche, ad opus ecclesie quam hedificant et hedificare proponunt ad honorem Beate Marie, non fuit sarracenus aliquis sepelitus a die citra qua nos incepimus regnare nisi fuerit captivus vel aliquis de quo corporalis iusticia facta fuisset et hoc etiam didiscimus per homines fidedignos domus nostre. Ideo per nos et nostros damus et concedimus priori et fratribus predicatoribus Osche omnes lapides dicti cimiterii videlicet a via que incipit a furnis novis cantarariorum et vadit per medium cimiterii per longitudinem dividens ipsum cimiterium usque ad finem ipsius cimiterii; et totum residuum dicti cimiterii remaneat sarracenis predictis. Concedentes eisdem fratribus quod possint ipsos lapides accipere quodcumque voluerint et ad domum suam portare libere ad opus ecclesie antedictæ, contradictione dictorum sarracenorum in aliquo non obstante.

Mandantes çalmedine, iusticie et iuratis Osche quod ad hoc prestant dictis priori et fratribus auxilium, consilium et iuvamen.

Datum Burriane, III^o kalendas octobris anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

1273, octubre 6. Valencia.**1981**

Jaime I, rey de Aragón, concede a Pericón Gerard, por heredad propia en Burriana, ocho jovadas de tierra, un solar para construir casa y un huerto, bajo la condición de avecindarse en dicha localidad y no vender la propiedad durante diez años.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 60r.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi, Pericono Gerardi, et tuis imperpetuum per hereditatem propriam, francham et liberam, in populacione nostra Borriane, octo iovatas terre et patuum ad opus domorum et ortuum. Et affrontant predictae iovate terre in cequie et in rivo de Millars et cum hereditate Bartholomei Tomasii, scriptoris nostri porcionis, et cum hereditate d' en Espanyol; et patuum domorum affrontat in carraria maiori et cum domibus Bernardi, capellani de Almagora, et cum domibus Petri Lupricati et cum domibus Mathei, carnificis, et cum domibus Petri de Girona, et de alia in via; et ortus predictus afrontat cum orto magistri Parisii, argentarii nostri, et in carraria qua tenditur apud ortos, et de duabus partibus in hoc quod non datum. Iamdictas itaque VIII iovatas terre et patuum domorum et ortum, cum introitibus, exitibus et affrontationibus et melioramentis ibi factis seu facta ac suis pertinenciis universis habeas tui et tu ad dandum, vendendum, impignorandum, alienandum et ad omnes tuas et tuorum voluntates inde tui et quibus volueritis penitus faciendas. Retinendo tamen quod in dicta populacione residenciam facias et quod hinc ad decem annos non possis vendere hereditatem predictam.

Datum Valencie, II° nonas octobris anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, octubre 13. Alcira.**1982**

Jaime I, rey de Aragón, acuerda con Bernardo Guillem de Entenza que los ganados de la villa de Teruel y sus aldeas puedan atravesar los términos de Manzanera deteniéndose en ellos dos noches como máximo.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 62v.

Publ.: GARGALLO, A., *El concejo de Teruel en la Edad Media, 1177-1327*, IV, doc. 107.

Noverint universi quod, cum sepe erat contencio inter nobilem Bernardum Guillelmi de Entença, ex una parte, et homines ville et aldearum Turolii, ex altera, super passagio bestiarum, nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricharum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, cum dicto Bernardo Guillelmi super passagio bestiarum ita duxerimus ordinandum et observare volumus ut sequitur, videlicet, quod si oves hominum Turolii et aldearum suarum transiverint per terminos de la Mançanera, possint ibidem remanere et allongare per unam vel duas noctes, nisi expedite et patenter inde exire potuerint, et quod oves aliquorum aliorum locorum non possint pascere in terminos de La Mançanera nisi cum voluntate dicti Bernardi Guillelmi, nisi fuerint villarum que sunt in circuytum ville de La Mançanera, videlicet Sarrionis, Alventose, Torrillis et Camarena, que pascant ibidem de area ad aream, secundum forum Aragonum; et si forte dictum bestiarium in suo transito seu passagio quod faciat per terminos de La Mançanera fecerit ibi dampnum, restituatur et emendetur illud dampnum eidem Bernardo Guillelmo, ipso tamen illud averante. Mandantes iudicibus, iusticiis, iuratis et aliis universis officialibus et subditis nostris quod predicta omnia et singula observent, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione.

Datum Algezire, III° idus octobris anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, octubre 21. Valencia.**1983**

Jaime I, rey de Aragón, hace concesiones a Cetrino Halleu, judío de Zaragoza, sobre los tributos que deben pagar los judíos.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 71v.

Publ.: BOFARULL, F., "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 922.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.412.

Per nos et nostros, concedimus tibi, Çetrino Halleu, iudeo Cesarauguste, filio Iuceffi Alleu, quod, te de cetero dante ei solvente partem, que te contigerit in tributis, questiis vel aliis regalibus, exaccionibus seu demandis, non compellaris vel pignoreris nec porte domorum vel tende tuarum tibi claudantur pro aliis iudeis seu pro eo quod alii iudei debebunt, nec compellaris eciam ad constituendum te debitorem vel procuratorem pro eo quod alii iudei debebunt de predictis. Mandantes, etc.

Datum Valencie, XII kalendas novembris, anno Domini M CC LXX tercio.

1273, octubre 21. Valencia.**1984**

Jaime I, rey de Aragón, exime a Miguel de Aguilar, juglar, de una serie de impuestos para toda la vida.

Publ.: LÓPEZ, P., "Contribución al estudio de los juglares en la época de Jaime I", *Ligarzas*, 4 (1972).

Per nos et nostros infranquimus et franchum ac liberum facimus penitus et immunem te, Michelem de Aguilar ioculatore, in tota vita tua, cum omnibus bonis tuis presentibus et futuris ubicumque sint vel fuerint, ab omni peyta sive questia et cena ac exercitu in cavalcata ac redempcionibus eorundem et a prestito et monetatico, ac qualibet alia exaccione seu demanda regali; ita videlicet quod pro aliquibus bonis tuis mobilibus et immobilibus que hodie habes vel in futurum habebis, non teneatis dare vel solvere aliquid in predictos vel aliquo predictorum dum vita fuerit tibi comes, set sis inde in tota vita tua cum omnibus bonis tuis presentibus et futuris liber et immunis ac penitus absolutus, sicut melius et utilius dici et intelligi potest ad tuum tuorumque bonum et sincerum intellectum. Nos autem, per nos et nostros concedimus partem quod te continget in predictis pro bonis tuis in comptum nostrum recipere mandante.

Datum Valencie, XII kalendas novembris anno Domini M^o CC^o LXX^o III^o.

1273, octubre 21. Valencia.**1985**

Jaime I, rey de Aragón, confirma al convento de Santo Domingo el lugar en el que está edificado su monasterio en Valencia.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 64. ARV. *Real Justicia*, t. 10, f. 369v.
Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.413.

Noverint universi quod nos Iacobus... ob remedium anime nostre et animarum parentum nostrorum... confirmamus Sancto Dominico et priori et conventui domus ordinis fratrum predicatorum civitatis Valencie et eidem ordini predicatorum in perpetuum locum illum, in quo dicta domus est, cum loco illo qui est ante ostium dicte domus, sicuti dicta domus seu monasterium cum horto, salzeda et loco predictis affrontant ex una parte in via, que est inter hortum dicte domus et hortum Iacobi de Thous et exiit in Ramblam et ex alia in rivo de Guadalaviar, secundum quod in carta nostre prime donacionis loci dicte domus affrontat et eundo recte versus portam civitatis predicte, que dicitur porta Templi, usque ante domum Portalesii, portarii nostri, ubi angulus dicte salze decuit et est unus arcus supra cequiam, iuxta murum dicte civitatis et domus dicti Portalesii discurrentem, qui arcus est monasterii antedicti; et de tercia in viam per quam itur de porta Templi predicta versus domum predicatorum predictam usque ad portam que est ante hortum dicti Iacobi de Thous, per quam itur de porta Exerea ad mare et ad Ramblam. Et sic volumus et concedimus quod predicta omnia, prout sunt superius affrontata, habeant prior et fratres dicte domus ordinis predicatorum ad construendum monasterium cum suis officiniis et ad faciendum ibi viridaria, hortos, cimiterium et ad quelibet alia ...

Datum Valencie, XII kalendas novembris anno Domini M CC LXX tercio.

Sig(*signo*)num Iacobi ... regis...

Testes sunt: reverendus dominus Aryies. Fortunius de Bergua de Deyo. Gueraldus de Capraria. G. Podio. P. Martini de Luna.

Sig(*signo*)num Simonis de Sancto Felicio qui, mandato domini regis, hec scribi fecit loco, die et anno prefixis.

1273, octubre 21. Valencia.

1986

Jaime I, rey de Aragón, concede al maestro Paris, su platero, e hijos, varios solares, tres para edificar y tres para huertos, todo ello sito en Burriana y con las condiciones acostumbradas.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 70v.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus per hereditatem propriam in populacione nostra Burriane tibi Parisio, argenterio nostro, et uni filio et une filie tue scilicet unicuique vestrum unum patuum terre ad opus domorum et etiam unicuique vestrum predictorum unum patuum terre ad opus orti; et predicta tria patua domorum sunt ad invicem contigua et afrontant, de duabus partibus, in viis et cum hereditatem Iohannis de Saragosa et cum ereditatem Raimundi Aztori; et predicta tria patua ortorum sunt ad invicem contigua et afrontant in cequia maiori et cum carraria per quam itur apud ortas et cum ortas Petri Garcez et cum eo quod dandum est. Predicta inquam tria patua domorum et ortorum cum introitibus et exitibus et afrontacionibus et melioramentibus ac suis pertinentiis universis habeatis vos et vestri ad dandum, vendendum, impignorandum ac alienandum et ad omnes tuas et tuorum voluntates inde cui et quibus volueritis vos et vestri, exceptis militibus et clericis ac personis religiosis. Retinemus tamen quod in dicta populacione residenciam faciatis et quod hinc ad decem annos non positis vendere ereditatem predictam.

Datum Valencie, XII^o kalendas novembris anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

1273, octubre 21. Valencia.

1987

Jaime I, rey de Aragón, dona a Miguel Sanz seis jovadas de tierra, solares para edificar casas y un huerto, en Burriana, bajo las condiciones establecidas de residencia y prohibición de venta durante diez años.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 72v.

Per nos et nostros damus et concedimus per hereditatem propriam tibi, Michaeli Sanz, et tuis, imperpetuum, in populacione Burriane, sex iovatas terre et patuum ad opus domorum et ortum. Et afrontant predicte iovate, de una parte, cum hereditate magistri Parisii, argentarii nostri, et cum hereditate Guillelmi de Monroig et cum hereditate Dominici de l'Almunia et cum hereditate Iacobi Garcez; et patuum domorum afrontat in cequia maiori et in carraria per quam itur apud Onda et cum domibus Eximini de Sotes et cum eo quod dandum est. Et ortus predictus afrontat cum orto Iohannis, coquinarii nostri, et cum carraria per quam tenditur apud ortos et cum orto Petri Garcez et cum orto Eximini de Sores. Quas sex iovatas terre predictas et patuum domorum et ortum, cum introitibus et cetera, habeatis tu et tui et cetera, exceptis militibus, et cetera. Retinemus tamen quod in dicta populacione residenciam facias et quod hinc ad X annos non possis vendere hereditatem predictam.

Datum Valencie, XII^o kalendas novembris anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

1273, octubre 23. Valencia.

1988

Jaime I, rey de Aragón, concede a su cocinero Juan la propiedad de ocho jovadas de tierra en el secano y un huerto en Burriana bajo las condiciones establecidas de avecindarse y no vender las fincas durante diez años.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 84r.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum etc., per nos et nostros damus et concedimus tibi Iohani, coquinario nostro, et tuis imperpetuum per hereditatem propriam in populacione nostra Burriane octo iovatas terre et ortum. Et affrontant predictae iovate terre cum hereditate Petri Garçez et cum hereditate Eximini de Sores et cum hereditate Petri de Galur, falconerii nostre, et cum hereditate Martíni de Lavata; et ortus affrontat cum orto Petri Garcez et cum cequia maiore et cum carraria per quam itur apud ortos et cum orto Michaelis Sanz. Predictas octo iovatas terre et ortum predictum, cum introitibus et exitibus et affrontacionibus et melioramentis ac suis pertinentiis universis, habeatis tu et tui ad dandum etc., exceptis militibus etc. Retinemus tamen quod in dicta populacione residenciam facias et quod hinc ad decem annos non possis vendere predictam hereditatem.

Datum Valencie, X^o kalendas novembris anno Domini M CC LXX tercio.

1273, octubre 26. Burriana.

1989

Jaime I, rey de Aragón, confirma a Jaime Amanos la donación que los repartidores de Burriana le hicieron de seis jovadas de tierra y una casa y un huerto, todo ello bajo las condiciones acostumbradas.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 91r.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi, Jacobo Amanos, et tuis, imperpetuum, per hereditatem propriam, sex iovatas terre in populacione quam modo fieri facimus in Burriana et domos et ortum in eodem loco, prout iam vobis de mandato nostro assignate sunt ipse iovate, domus et ortus subtus cequiam eiusdem populacionis per Arnaldum Scribe, baiulum nostre Valencie, et per fratrem P. Peyroneti, comandatorem domus Templi Burriane et per Petrum de Iuneda, divisores dicte populacionis. Et affrontant dicte sex iovate terre, ex una parte, cum hereditate Berengarii Çaguardia et, ex alia, cum hereditate Dominici de Almunia et, ex alia, cum hereditate

Raimundi de Conques et, ex alia cum eo quod nondum datum est. Et affrontant dicte domus, ex una parte, cum domibus Berengarii Çagardia et, ex duabus partibus, in viis publicis et, ex alia parte cum patuis que adhuc non sunt date. Et affrontant dictus ortus, ex una parte, cum orto dicti Berengarii Çaguardia et, ex alia, cum carraria ortorum et, ex aliis duabus partibus, cum eo quod nondum datum est nec assignatum. Predictas itaque sex iovatas terre, domos et ortum, prout superius confrontantur, tibi et tuis damus ut dictum est cum introitibus, exitibus et eorum pertinentiis universis ad dandum, vendendum, impignorandum, alienandum et ad omnes tuas tuorumque voluntates cui et quibus volueritis inde libere faciendas, exceptis militibus, sanctis, clericis et personis religiosis. Retinemus tamen quod cum [in populacione predicta] facias residenciam personalem et quod predicta que tibi damus, ut est dictum, non possis hinc vendere ad X annos (*ilegible*).

Datum Burriane, VII kalendas novembris anno Domini M CC LXX tercio.

1273, noviembre 4. Valencia.

1990

Jaime I, rey de Aragón, aplaza por dos años a los judíos de Lérida la suspensión de pago de tributos y los dispensa en las causas contra los cristianos de prestar juramento sobre el Libro de las Maldiciones a cambio de hacerlo sobre los diez preceptos de la Ley en presencia del baile o sus delegados y dentro de la sinagoga.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 65v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, núm. 124.

Anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio, II^o nonas novembris in Valencia, fuit concessa littera elongamenti duorum annorum aliame iudeorum Ilerde de debitis que comune eorum debeat ipso comune solvente inde usuris secundum cotum domini regis. Item fuit eis concessa alia littera quod non teneantur iurare super aliquibus causis quas cum christianis habeant seu petitionibus prestare sacramentum super Librum Maldictionum, set

tantum super X precepta legis quod quidem etiam sacramentum faciant cum illud facere habuerint in posse et presencia baiuli Ilerde vel sui nunciis, quem ipse ad illud recipiendum elegerit intus sinagogam eorum.

1273, noviembre 12. Alcira.

1991

Jaime I, rey de Aragón, anula una sentencia dictada contra los Hospitalarios.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 73.

Publ.: Bofarull. *MABLB.*, VIII, pg. 95.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.414.

Noverint universi quod, cum discordia, questiones et contenciones graves et diverse verterentur inter venerabilem fratrem A. de Castronovo, magistrum milicie Templi in Aragonie et Cathalonia et fratres Templi et homines baiulie de Novellis ipsius ordinis, ex una parte, et fratrem Berengarium de Almenara gerentem vices magistri ultramarini ordinis Hospitalis hierosolimitani et fratres eiusdem ordinis ac homines suos ville de Mayllen et baiulie eiusdem, ex altera, super homicidiis, iniuriis et taliis seu abscisione arborum et vinearum ac aliis maleficiis hinc inde factis et datis; nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, attendentes discordias dictarum partium ad concordiam revocare et sedare omnia amicabiliter et de plano, ne maius posset inter dictas partes scandalum exhoriri, voluimus et fecimus quod partes predicte super predictis questionibus et controversiis in arbitros compromitterent, qui predicta amicabiliter terminarent, et sic partes predicte compromiserunt super ipsis in arbitros sive arbitratores vel amicabiles compositores, scilicet, in Iohannem Egidii Tarini, civem civitatis Cesarauguste, et Martinum Petri de Osa, sub pena duorum milium morabatinorum alfonsinorum auri a partibus stipulata invicem et promissa; ita, scilicet, quod dicti arbitri, haberent plenum posse et auctoritatem cognoscendi de dictis questionibus et diffiniendi per se vel alios de plano per forum

Aragonis et sine strepitu, presentibus partibus vel una presenti; eligentes pro tercio arbitro, si dicti duo arbitri circa diffinicionem dictarum questionum dissentirent, Petrum Lupi d'Eslava; promittentes sub pena predicta stare et parere super predictis cognicioni, arbitracioni et diffinicioni dictorum duorum arbitrorum, scilicet, Iohannis Egidii et Martini Petri, si in simul concordarent, et si dissentirent, arbitracioni, cognicioni et diffinicioni alterius ipsorum concordantis cum dicto Petro Lupi d'Eslava, tercio arbitro, prout hec in compromisso facto inter partes predictas plenius contineri noscuntur. Quo compromisso facto, partes predicte petitionis contra se invicem proposuerunt coram arbitris supradictis. In quibus, quidem, petitionibus inter alia fuit a parte Templi et hominum suorum propositum et petitum quod per homines Hospitalis fuerunt abscisse hominibus Templi plures arbores fructifere et duo milia nongente triginta et novem vites; et pro parte fratrum Hospitalis et hominum suorum fuit inter alias plures petitiones et demandas, quas proposuerunt, propositum et petitum quod homines Templi et valitores sui absciderunt hominibus Hospitalis de Mayllen plures arbores fructiferas et quadraginta et tres milia et centum quinquaginta et novem vites. Quibus, quidem, petitionibus oblatis et responsionibus hinc inde a partibus factis super ipsis, prout in actis inde confectis plenius continetur, unus de supradictis duobus arbitris, scilicet, Martinus Petri de Osa et tercius arbiter, scilicet, Petrus Lupi d'Eslava predictus, super confessatis a partibus ad sentenciam, sine dicto Iohanne Egidii quoarbitro dicti Martini Petri, processerunt. In qua sententia ultra alias condempnaciones in ea contentas condempnaverunt partem Templi parti Hospitalis pro unaquaque arbore abscissa in LX solidis et fructibus earumdem amissis ex earum abscissione, donec essent redacte ipse arbores in statum in quo erant, quando abscisse fuerunt, et pro predictis quadraginta et tribus milibus et centum quinquaginta et novem vitibus abscisis hominibus de Mayllen predictis ab hominibus Templi condempnaverunt eandem partem Templi ad restitutionem fructuum cuiuslibet anni, qui de ipsis vitibus exirent, donec ipse vites, que abscisse fuerunt, essent create per Templum ei in eum statum redacte, quo erant, quando ipse vites abscisse fuerunt; dominis,

tamen, iurantibus quantum valeret fructus ipsarum perditus de unoquoque anno. Et eciam quia in dicta sententia iidem Petrus Lupi et Martinus Petri asseruerunt quod vites pro arboribus debent intelligi, nichilominus eciam pro unaquaque predictarum quadraginta et trium milium et centum quinquaginta et novem vitium partem Templi in LX solidis condempnaverunt. Predicta, vero, sententia sic lata, magister et fratres Templi, sencientes se multipliciter in dicta sententia agravatos, ad nos cum festinancia recurrerunt, asserentes eam nullam esse, ut pote contra forum Aragonis et formam compromissi latam et in eo maxime quia condiciones in compromisso apposite non fuerant adimplere, propterea quod dictus Petrus nullam habebat iurisdictionem, necnon eciam et quia pro unaquaque vite abscissa in LX solidis fuerant condempnati; et supplicantes ut, partibus et arbitris convocatis, de plenitudine potestatis nostre deberemus in facto predictae sententiae videre, et eam, ut pote nullam, ipso iure pronunciantes, in eodem facto facere quod facere deberemus. Nos, autem, intellectis predictis, magistro Templi et fratri Berengario de Almenara gerenti vices magistri predicti, necnon eciam et Petro Lupi d'Eslava ac Martino Petri de Osca predictis, diem assignavimus, qua super predictis coram nostra debebant presencia comparere. Qui, quidem, magister Templi predictus et Petrus Lupi et Martinus Petri predicti et eciam Iohannes Egidii, ad diem assignatam, ante nostram presenciam comparuerunt et consequenter, presente facto R. de Crebayno ordinis Hospitalis, comendatore domus Hospitalis Cesarauguste, cum quibusdam aliis fratribus eiusdem ordinis, fuit propositum et obiectum contra dictam sententiam per partem Templi, ipsam sententiam nullam esse, ut pote quod erat, ut dicebat, lata contra formam compromissi et contra forum Aragonis per quod iudicare debebant arbitri memorati, rationes plures super hiis in scriptis et verbo ac foros eciam allegando. Ad quas rationes per Petrum Lupi et Martinum Petri predictos in scriptis et verbo similiter responsum et in deffensionem dicte sententiae allegatum extitit multipliciter coram nobis. Unde nos Iacobus, Dei gracia rex predictus, visa et perscrutata sententia predicta, et auditis ac intellectis excepcionibus et rationibus contra ipsam appositis et deffensionibus ac responsionibus ad ipsas excepciones

factis, habitisque super predictis deliberacione et consilio ac tractatu cum venerabili terrachonensi archiepiscopo et episcopis ac richis hominibus, militibus et civibus, tam Aragonis quam Cathalonie quampluribus in nostra curia constitutis, coram quibus carta compromissi et predicta sententia et appositiones predictae recitate et perfecte fuerunt, cum inveniremus sententiam predictam contra forum Aragonis ac properam esse latam et in eo specialiter quia condiciones quedam in compromisso apposite non fuerunt complete, et in eo eciam quia dictus Martinus Petri de Osca non discordavit cum Iohanne Egidii coarbitro eiusdem, antequam ad sententiam procederet cum dicto Petro Lupi tercio arbitro, quod prius fieri debebat secundum formam compromissi, cum antea idem Petrus Lupi potestatem pronuciandi non haberet. Et eo quod pro unaquaque vite abscissa, ac si esset arbor, ultra fructus et creacionem earumdem, fuerunt LX solidi iudicati, cum in foro Aragonis non contineatur pro vite abscissa ipsam penam debere persolvi, attendentesque, quod dicta condempnacio sola dictorum quadraginta et trium milium et centum quinquaginta et novem vitium, scilicet, LX solidi pro unaquaque vite, ascendit ad tantam summam, ultra aliam condempnacionem predictam, ratione ipsarum vitium factam, quod nedum vites predictae abscisse sive talate ab hominibus Hospitalis, imo eciam et terra in qua ipse vites erant fundate et tota baiulia de Mayllen et quinque eciam similia loca pro summa pecunie, ad quam dicta condempnacio ascendit, deberent non solum esse emendata, immo eciam et esse vendita perpetuo cuicumque; habito eciam et invento de consilio curie nostre predictae quod in foro dicente pro arbore fructifera abscissa sine voluntate sui domini debere persolvi LX solidos pro pena, non debet intelligi vitis aliqua, nisi esset vitis parralis in pilaribus elevata de terra, nec est eciam in Aragonie fieri hactenus usitatum; attendentesque insuper Petrum Lupi d'Eslava et Martinum Petri de Osca predictos ac Petrum Lupi iam dictum maxime in quantum maiori quam dictus Martinus Petri fulget sententia clericali et qui tercius erat et debebat esse comunis utrique parti, minus prudenter et nimis presumptuose egisse ac sentenciassse in predictis ac multum in eisdem errasse, quia in tanta quantitate per eos iudicata iudicare ausi fuerunt

sic prope et sine maiori et maturiori consilio ac eciam sine nostro et sic cum sciant foros Aragonis el sint litterate et discrete persone sine culpa de predictis non esse, ut pote qui, preter alia, in quibus contra forum fecerunt, non servaverunt in sua sententia forum Aragonis dicentem quod, deficiente foro, debeat recurri ad sensum naturalem et ad equitatem, cum ipsi Petrus Lupi et Martinus Petri in ferendo dictam sententiam contra forum Aragonis predictum expresse iudicaverint, iudicando, scilicet, contra sensum naturalem et contra omnem equitatem, cum iudicaverint pro qualibet vite abscissa LX solidos ultra condemnationem fructuum et nutrimenti vitium earundem, ut patet per ea, que superius sunt iam tacta, necnon eciam in eo contra ius commune pronunciaverint contra forum Aragonis et contra formam compromissi; idcirco, cum ad regale pertineat officium iura condita declarare et malefacta in sui iurisdictione corrigere debite ac punire, predictum Petrum Lupi d'Eslava in mille morabatinis et dictum Martinum Petri de Osca in quingentis morabatinis auri prestandis nobis, quia sic enormiter errarunt, sententialiter condemnamus et predictam per eos latam sententiam, utpote contra formam compromissi et contra forum Aragonis et sensum naturalem et contra omnem equitatem latam, de plenitudine potestatis nostre sententiamus et decernimus esse nullam.

Lata sententia in Algezira, in domo Seteni de Iuzeu, II idus novembris, anno Domini M CC LXX tercio. Presentibus venerabilibus Bernardo, Terrachone archiepiscopo. A., Barchinonensi episcopo et fratre Andrea, episcopo Valencie. G., episcopo ilerdensi. Iacobo, electo oscensi et nobilibus Artallo de Luna. Garcia Ortiz de Azagra. Ferricio de Liçana. P. Martini de Luna. G. de Podio. Iacobo de Cervaria. R. de Moncada. G. R. de Monchada et pluribus aliis in curia constitutis.

1273, noviembre 20. Alcira.**1992**

Jaime I, rey de Aragón, concede a los hombres de las aldeas de Calatayud que no den cena a ningún procurador de Aragón ni que éste pueda exigírsela.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 70v.

Nos Iacobus, per nos concedimus et indulgemus vobis, universis hominibus aldearum Calataiubi et cuiusque ipsarum aldearum, quod non teneamini dare nec detis senam alicui procuratori Aragonum presenti scilicet et futuris, nec aliquis procurator Aragonum cenam a vobis seu in aliqua aldearum predictarum petere nec accipere possit. Mandantes firmiter procuratori nostro Aragonum presenti et futuris quod predicta firma habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione.

Datum Algizire, XIIº kalendas decembris anno Domini Mº CCº LXXº tercio.

1273, noviembre 22. Alcira.**1993**

Jaime I, rey de Aragón, concede a Jahudá de la Cavallería y a sus exaricos que puedan tener mil cabezas de ganado paciendo en Jaulín y Ayles y que puedan abreviar en sus balsas a cambio de colaborar en la limpieza de las mismas.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 71.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 922.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.415.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, etc. fidelibus suis, concilio de Xaulino et de Ayles, tam presentibus quam futuris. Salutem et gratiam. Noveritis nos concessisse fidei nostro, Iahudano de Cavalleria, baiulo Cesarauguste, quod ipse et exeriqui sui possint pascere seu pasturare mille cabecias ganati ipsius Iahudani et suorum exeriquorum in terminis Xaulini et de Aylles et adragare ipsas sive abeurare in bassis eorundem locorum franche et libere et sine impedimento alicuius, dummodo ipse Iahudanus donet partem suam ad mundandum sive escombrandum ipsas bassas, cum et quociens mundabuntur. Quare mandamus vobis firmiter et districte quatenus, dicto Iahudano dante partem suam in escombrandis sive mundandis dictis bassis,

cum et quociens mundabuntur, ut dictum est, permitatis ipsum Iahudanum et suos exeriquos pascere seu pasturare et tenere in terminis dictorum locorum libere atque franche dictas mille cabecias ganati ipsius Iahudani et suorum exeriquorum, quandocumque et quocienscumque voluerint, libere et in pace et sine aliquo impedimento et contradiccione. Et hoc non mutetis aliqua ratione, si de nostri confiditis gracia vel amore.

Datum Algezire, X kalendas decembris, anno Domini M CC LXX tercio.

1273, noviembre 24. Alcira.

1994

Jaime I, rey de Aragón concede a Jahudá de la Cavallería una parte del foso de Valencia cercano a su casa para huerto y casa a cambio de dejar que las aguas corran por el mismo.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 71v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 925.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.416.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, etc. per nos et nostros damus et concedimus vobis, Iahudano de Cavallería, baiulo Cesarauguste, et vestris, ad opus orti vel domorum construendarum, vallum totum, qui est in [directo] domorum vestrarum Valencie, quas fecistis supra portam Exeree, ita, videlicet, ut ipsum vallum, quantum, scilicet, protenditur tenencia dictarum domorum vestrarum habeatis vos et vestri ad dandum, vendendum, impignorandum ac alienandum et ad omnes vestras et vestrorum voluntates inde cui et quibus volueritis faciendas, exceptis militibus et clericis ac personis religiosis. Hanc, vero, donacionem facimus vobis ita quod vos detis transitum aquis omnibus discurrentibus per vallum predictum.

Datum Algezire, VIII kalendas decembris, anno Domini M CC LXX III.

1273, noviembre 28. Alcira.

1995

Jaime I, rey de Aragón, convoca a varios caballeros de Valencia para que acudan a su servicio.

ACA. *Cancillería. Registro 18*, f. 52v.

Publ.: FONDEVILLA, F., "La nobleza catalanoaragonesa", *I CHCA*, II, pg. 1.109.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.417.

Iacobus, etc. Salutem et dileccionem. Cum in aliquibus nostris negociis, vos necessarium habeamus, dicimus et mandamus vobis quatenus, visis presentibus litteris, veniatis ad nos cum equo et armis ac apparatus vestris, paratus facere nobis servicium quod facere nobis debetis pro eis que in regno Valencie tenetis. Et hoc non mutetis, alioquin sciatis quod empararemus vobis ea que in dicto regno Valencie habetis,

Datum Algezire, IIII kalendas decembris, anno Domini M CC LXX tercio.

A. de Materono. Roderico Eneci, vel tenenti locum eius. Sancio Roderici de Coriela. P. Roderici de Coriela. Ferrando Petri de Loritz. Michaeli Garcie. Filio Garcie Petri de Castalla. Heredi Roderici de Arandiga. Tenenti Benilopum. Martino Sancii de Loritz. P. Remiriz de Oria. Filiis Garcie P. Osa. Filiis Sancii de Oradre. Heredi Vitalis de Semano, Ferrando Albent, Heredi Michaelis de Xea. Garcie Alvari vel eius locum tenenti. Heredi Berenguer de Coira. Martino Eximen de Miracle. Iacobo de Albalato. Sancio Sancii de Loritz. Blasco Petri. Garcie Ferrandi. Filio d'en Drogo. Nuño Martinez. Roderico Sancii de Altura. Filio Guillelmi de Privano. P. Zabala. Bernardino de Roma. Berengario Ciutadia. Marcho Torio. Diego d'Alvero. Berengario de Tornamira.

1273, diciembre 7. Alcira.**1996**

Jaime I, rey de Aragón, concede a Pascasio de Nombrevilla, oficial de su casa, la escribanía de su curia en Daroca vitaliciamente, con la remuneración que otros de su oficio percibieron anteriormente.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 79r.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie et cetera, per nos et nostros damos (*sic*) et concedimus tibi Pascasio de Nombre Villa, de domo nostra, in tota vita tua scribaniam curie nostre Daroçe, ita videlicet quod tu habeas et teneas dictam scribaniam et sis scriptor scribanie eiusdem in tota vita tua dum modo bonus sis et suficiens in ipso ofiçio et dum bene et fideliter in ipso ofiçio te habeas et habeas ac percipias inde pro ofiçio et labore tuo ea iura que alii scriptores eiusdem curie consueverunt inde recipere et abere. Mandantes firmiter iusticie, iuratis et conçilio Daroçe presentibus et futuris quod predicta firma habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant alica racione.

Data Algezire, VIIº idus deçembris, anno Domini MCC LXX terçio.

1273, diciembre 7. Alcira.**1997**

Jaime I, rey de Aragón, manda a los habitantes de Alcira que no obedezcan al infante don Pedro.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 81v.

Publ.: CHABÁS, R., *El Archivo*, IV, pg. 302.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.418.

Recognoscimus et confitemur vobis, universitati Algezire, quod cum nos mandaremus vobis quod in aliquo non obediretis infanti P[etro] filio nostro, pro eo quia bene nobiscum non erat et stabiliebat se contra nos, vos, dubitantes super hoc, requisistis a nobis et curia nostra consilium

quid super hiis, sine lessione vestre fidei facere deberetis; et nos ac curia nostra, cum inveniremus quod vos dicto filio nostro omagium non fecistis nisi quod attendentis ei post obitum nostrum et nos etiam salvavimus vobis omnia mandamenta nostra que facere vellemus, in carta, quam fecimus hominibus terre nostre, de homagio faciendo eidem in consilium vobis quod nobis, ut maiori et vero domino vestro et non ipsi sine lessione vestre fidei attendere debeatis. Et ideo promittimus vobis quod si forte unquam de predictis, de fide vel aliter fueritis demandati, deffendemus vos inde contra omnes personas et reddemus fidem vestram salvam de predictis penitus et illesam.

Datum Algezire, VIIº ydus decembris, anno Domini MCC LXX terçio.

1273, diciembre 9. Alcira.**1998**

Jaime I, rey de Aragón, absuelve a Artal de Luna, Jimeno de Ahe y Diego de Gurrea y a otros varios, vasallos del primero, por el crimen cometido en los hombres de Zuera.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 79v.

Publ.: FONDEVILLA, F., "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1109.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.419.

Per nos et nostros absolvimus, liberamus et quitamus vos, nobilem Artallum de Luna, et Eximum de Ahe, militem, et Didacum de Gorrea, vassallos nostros et Iohannem de Umo, Dominicum Nofuentes, Petrum Arroyo et Petrum Eneci, homines vestri dicti Artalli a condempnacione per nos sentencialiter contra vos, dictum Artallum, et alios predictos facta, racione mortis quorundam hominum de Zuera, qui per vestros vassallos de mandato vestro, ut dicunt, interfecti fuerunt, pro qua, quidem, morte, vos, dictus Artallus et Eximus de Ahe et Didacus de Gorrea predicti, ad certum tempus incartati seu exulati fuistis de terra nostra, et quamquam eciam Iohannes de Ulmo et Dominicus Nofuentes, P. Arroyo et P. Eneci

fuerunt de terra nostra incartati seu exulati perpetuo, prout in dicta nostra sententia plenius continetur, ita, videlicet, quod vos dictus Artallus et predicti Eximinus de Ahe et Didacus de Gorrea et alii predicti et quisque ipsorum possitis et possint intrare et stare ac redire per quelibet loca regni Aragonum et aliarum terrarum nostrarum salve et secure, non obstantibus condempnacionibus predictis, prout in dicta sententia plenius continetur. Insuper etiam cum presenti carta de speciali gracia absolvimus et liberamus vos dictum Artallum de Luna et vestros ac omnia bona vestra a petitione illorum decem mille solidorum iaccensium, que nobis remanebant ad solvendum a vobis ex illis viginti mille solidis iaccensibus in quibus vos dictum Artallum in dicta sententia duximus racione mortis predictorum hominum condempnandum; facientes vobis, dicto Artallo et aliis predictis, super omnibus predictis, bonum finem et firmum pactum de non petendo, ita, scilicet, quod nos vel nostri non posimus demandare vos vel ipsos de predictis vel aliquo predictorum, sed sitis inde vos et ipsi liberi et immunes ac penitus absoluti, sicut melius et utilius dici et intelligi potest, ad vestrum et eorum bonum et sincerum intellectum. Mandantes etc.

Datum Algezire, V idus decembris, anno Domini M CC LXX tercio.

1273, diciembre 12. Alcira.

1999

Jaime I, rey de Aragón, dona a Bernardo de Monpalau diez jovadas de tierra en el secano, un huerto y un solar para construir casa en Villarreal, en las condiciones acostumbadas.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 82r.

Noverint universi etc., per nos et nostros damus et concedimus per hereditatem propriam tibi, Bernardo de Monpalau, et tuis, imperpetuum, in poblacione campi Borriane vocata Villa Regale, X iovatas terre et patuum ad opus domorum et ortum; sicut afrontant predicte decem iovate, de duabus partibus, in carrariis publicis, et, de alia, cum hereditatem Salamonis Vitalis, iudei; et de alia, cum Marcho de Calacet. Et patuum domorum

afrontat, de duabus partibus, in viis publicis, et, de alia, cum domibus Michaelis de Lavata et cum domus nepotum Bernardi Pegan; et ortus afrontat, de una parte el sedeyn et cum orto Bernardi Tolsa et cum orto Michaelis de Oscha et cum carraria ortorum. Dictas decem iovatas terre et patuum domorum et ortum, cum introitibus et exitibus et melioramentis ac suis pertinenciis universis, habeatis tu et tui ad dandum, vendendum, impignorandum ac alienandum et ad omnes tuas et tuorum voluntates inde cui et quibus volueritis tu et tui perpetuo faciendas, exceptis militibus et clericis ac personis religiosis. Retinemus tamen quod ibi residenciam facias et quod hinc ad X annos non possis vendere hereditatem quam damus.

Datum Algezire, II idus decembris anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, diciembre 13. Valencia¹⁰

2000

Jaime I, rey de Aragón, concede a Juan, F. y Poncio, horneros de Jijona, licencia para construir dos molinos en los que moler cualquier clase de grano y de cuyo producto deberá pagar la cuarta parte.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 82r.

Noverint universi et etcetera. Per nos et nostros damus et concedimus vobis, Iohanni, F. et Poncio, fornerii de Sexona, et vestris, in perpetuum, licenciam et plenum posse faciendi et construendi seu construi faciendi duo molendina in flumine sive rivo qui discurrit ante Sexonam, in loco videlicet quem meliorem in dicto rivo ad construendum ipsa molendina poteritis invenire; in quibus molendina possit ibi molere frumentum, ordeum, panicium et alium quolibet bladum sine inpedimento alicuius persone. Vos vero et vestri successores teneamini dare et detis nobis et nostris,

¹⁰ Aunque el texto data el documento en Valencia existe la posibilidad de que esté equivocado pues documentos dados antes y después de éste están fechados en Alcira.

perpetuo, de lucro seu redditu dictorum molendinorum quartam partem quitiam et sine aliqua missione nostra et nostrorum. Et sic habeatis vos et vestri successores dicta molendina cum aquis, aqueductibus et bassis necessariis ad ipsa molendina et cum introitibus et exitibus et melioramentis ac suis pertinentiis universis ad dandum, vendendum, inpignorandum, alienandum et ad omnes alias vestras et vestrorum voluntates cui et quibus volueritis libere perpetuo faciendas, exceptis militibus, clericis, sanctis et personis religiosis, et salvis etiam nobis et nostris dicta quarta parte, ut superius dictum est, et laudimio, dominio et fatica. Mandantes baiulo, iusticie et universis aliis officialibus et subditis nostris Sexone, presentibus scilicet futuris, qua predicta firma habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione.

Datum Valencie, idus decembris anno Domini M CC LXX tercio.

1273, diciembre 15. Alcira.

2001

Jaime I, rey de Aragón, envía una circular a los obispos sobre su contienda con el infante don Pedro.

ACA. *Cancillería. Registro 18*, f. 53v.

Publ.: CHABÁS, R., *El Archivo*, IV, pg. 302.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.420.

XVIII kalendas ianuarii, in Algezira, dominus rex misit litteras suas super facto suo et infantis P., filii sui, archiepiscopo Terrachone, et episcopis infrascriptis sub hac forma:

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum etc. venerabili et dilecto B. per eandem archiepiscopo Terrachone. Salutem et dileccionem. Cum infans P., filius noster, quoddam novum et enorme fecerit modo noviter post recessum curie, quam apud Valenciam pro facto nostro et suo mandaveramus, ideocirco illud vobis per presentes litteras duximus intimandum. Unde facimus vobis scire quod post recessum curie dicte, Carrocius, dominus Rebolleti, et quidam fratres minores tractaverunt de pace inter nos et dictum infantem,

et ipsis hoc tractantibus, cum frater Berengarius de Almenara, gerens vices magistri ultramarini in castellania Emposte, hiis diebus iaceret in lecto suo, in quodam loco ipsius ordinis nomine Zuecha, qui est in termino de Cuyllera, et nos in Valencia tunc essemus, dictus infans P. fecit eundem fratrem Berengarium capi et captum inde duci indebite et sine causa apud castrum de Bayren, quod ipse tenet. Et ipsum detinet ibi captum non defferendo in aliquo ordini Hospitalis, qui est ita honorabilis, sicut scitis, nec persone ipsius qui presidet castellanie Emposte et qui est de bono genere terre nostre, nec Deo potissime, cum dictus frater Berengarius sit persona religiosa, nec reverencie nostre, qui eramus in Valencia constituti. Et significamus hec vobis, ut considerando hec et alia, que contra nos dictus filius noster fecit, videatis et attendatis qualia dictus infans fecit et temptat facere atque facit.

Datum Algecire, XVIII kalendas ianuarii, anno Domini M CC LXX tercio.

B. archiepiscopo Terracone, A. episcopo Barchinone, P. urgellensi episcopo, P. episcopo Cesarauguste, A. episcopo Dertuse, G. episcopo ildensi, F. episcopo Tirassone, P. episcopo gerundensi, R. episcopo vicensi.

1273, diciembre 15. Alcira.

2002

Jaime I, rey de Aragón escribe a las villas y ciudades sobre la dicha contienda con el infante don Pedro.

ACA. *Cancillería. Registro 18*, f. 75v.

Publ.: CHABÁS, R., *El Archivo*, IV, pg. 303.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.421

Item, eadem die et anno misit dominus rex litteras suas villis et civitatibus infrascriptis, sub hac forma:

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum etc. fidelibus suis, iudici, iuratis et probis hominibus ac concilio Turolii. Salutem et gratiam. Bene credimus

vos scire et audivisse in quibus infans P., filius noster, fecit et venit contra nostram inhibitionem et mandatum et contra nostram iurediccionem et qualiter nos in posse curie nostre, quam nuper apud Valenciam mandaveramus, voluimus in Algezira ponere factum nostrum et suum, et ipse voluit ipsum ponere in posse eiusdem curie et qualiter eciam, propter eius rebellitatem, curia non potuit inter nos et ipsum facere concordiam atque pacem, nobis volentibus ei facere magnam misericordiam et gratiam in predictis. Unde facimus vobis scire quod, post recessum dicte curie, Carrocius, dominus Rebolleti, et quidam fratres minores tractaverunt postmodum de concordia inter nos et ipsum; et ipsis hoc tractantibus, cum frater Berengarius de Almenara, gerens vices magistri ultramarini ordinis Hospitalis in castellania Emposte, hiis diebus iaceret in suo lecto, in quodam loco ipsius ordinis nomine Çuecha, qui est in termino de Cuyllera, et nos in Valencia tunc essemus, dictus infans P. fecit eundem fratrem Berengarium capi et captum inde duci indebite et sine causa apud castrum de Bayren, quod ipse tenet, ipsumque detinet ibi captum, non deferendo in aliquo ordini Hospitalis, qui est ita ordo honorabilis, sicut scitis, nec persone ipsius, qui presidet in castellania Emposte et qui est de bono genere terre nostre, nec Deo potissime, cum dictus frater Berengarius sit persona religiosa, nec eciam reverencie nostre, qui eramus in Valencia constituti. Et significamus hec vobis, ut considerantes hec et alia, que dictus infans temptavit facere atque facit et qualiter contra Deum et nos errat et ut vos alii cognoscatis nos rationem habere conmovendi nos contra infantem predictum.

Datum Algecire, XVIII kalendas ianuarii, anno Domini M CC LXX tercio.

Baiulo, iusticie, iuratis, et concilio Daroce. Iusticie, iuratis et concilio Tirassone. Baiulo, iusticie, iuratis et concilio Osce. Baiulo et probis hominibus Dertuse. Baiulo et probis hominibus Barchinone. Baiulo et probis hominibus Perpiniani. Iusticie, iudici, iuratis et concilio Calataiubi. Çalmedine, iuratis et probis hominibus ac concilio Cesarauguste. Baiulo, curie, paciariis et

probis hominibus Ilerde. Baiulis et probis hominibus Terrachone. Baiulo, iudici et probis hominibus Gernde.

1273, diciembre 18. Játiva.

2003

Jaime I, rey de Aragón, dicta sentencia en un juicio criminal en Valencia promovido por Martín Serra.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 97r.

Publ.: BOFARULL, *MABL.*, VIII, pg. 99.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.422.

Noverint universi quod Martinus Serrani, civis et habitator Valencie, accessit coram nobis Iacobo, Dei gracia rege Aragonum, etc., et suam denunciacionem obtulit in hunc modum:

Yo Marti Serra denunci a vos, senyor rey, de merce e de dretura ab clamosa insinuacio quen Ferrer Matoses ab tres fils seus, zo es a saber, Ferrer Matoses e Bernard Matoses e Bartolomeu Matoses e d'un parent seu R. Matoses e de P. Sanxo ab un fill seu per nom Pelegri e d'en Garcia Boquer e d'en Jayme Tixidor e P. Sent Celoni, mariner, e de Bernard Melio, draper, e de Bernard Matheu e de dos fills, qui foren d'en Gil Za Rovira, ab tota la compayna d'en Ferrer Matoses e d'en P. Sanxo e ab d'altres moltz, asaltearen en carrera publica e trencaren lo cami e asguayren me, que venia de la taula del cambi ab ma boneta e robaren me e tolgren me de la boneta en dines quatre mil solidos e plus e en altres coses valentz mille solidos e tolgeren me un coltell e nafren me dues nafres mortals e feriren me de moltz colps de pilotes de plom e de pedres. On demane per lo damontdit furt e robaria e per lo esvayment e trencament de carrera e de cami e per les altres damontditz crims, fazatz enquisicio contra los damontditz e, aquella feita, enantetz contra aquels segons fur e raho.

Super qua denunciacione illorum contra quos, ut supra denunciatum fuit, recepimus iuramenta et deposiciones ipsorum ac subsequenter super negatis a dictis denunciatis, racione dicte violencie allegata, processimus,

testes fecimus recipi diligenter ac dictorum testium dicta sive depositiones fecimus publicari et ea, que partes iam dicte dicere voluerunt super dicta denunciacione, audiri fecimus et eorum allegaciones et rubricas videri fecimus et examinari, ut in actis plenius continetur. Tandem volentes iuxta criminis seu criminum qualitate procedere, ne maleficia remaneant impunita et ne aliis detur materia similia faciendi, ad condempnaciones faciendas processimus, ut infra sequitur. Nam cum nobis constet quod predicti Ferrarius Matoses et Petrus Sanxo, acordadament cum aliquibus hominibus deferentibus arma, fecerunt insultum, sumendo vindictam, invaserunt sive insultum fecerunt contra dictum Martinum Serra in via publica, infra civitatem Valencie, idcirco sequentes forum Valencie in hac parte, predictum Ferrarium Matoses et Petrum Sanxo in centum morabatinos auri condempnamus, quam penam secundum forum Valencie solvere tenentur. Item, quia nobis constat quod Ferrarius Matoses vulneravit dictum Martinum cum cultello in capite infra dictam civitatem, ut ipsemet Ferrarius confesus est, idcirco et ipsum Ferrarium in sexaginta morabatinos auri condempnamus et nichilominus quod restituat pro expensis eidem Martino septingentos solidos, quas expensas idem Martinus iuravit se fecisse in medicis et aliis, occasione dicti criminis, taxacione a nobis premissa et iuramento subsequente prestito ab eodem Martino. Item, quia nobis constat de dicta violencia et (*ilegible*) Ferrarium Matoses et P. Sanxo in qua violencia, invasione sive insultu dictus Martinus campsor, de tabula cambi veniens, quia deferru faciebat quemdam cabacium sive bonetam, in qua dicebatur esse moneta auri et argenti, que dictus Martinus asserit et iurare paratus est se valens quinque milia solidos amississe, taxacione a nobis premissa, sequentes forum Valencie, iuramento subsequente ab eodem Martino prestito, dictos Ferrarium Matoses et Petrum Sanxo in dandis et solvendis eidem Martino sentencialiter condempnamus. Quas quantitates condempnatorias precepimus persolvi eidem Martino infra mensem. Item, quia secundum forum Valencie, victus victori in expensis debet condemnari, ideo, taxacione a nobis premissa et iuramento subsequente prestito a dicto Martino, predictos Ferrarium Matoses et Petrum Sanxo in septingentis solidis, racione expensarum et

pro expensis factis ab eodem Martino, occasione dicte denunciacionis et in prosecucionem eiusdem, dandis et solvendis eidem Martino hinc ad mensem, sentencialiter duximus condempnandos, et absolvimus omnes illos, qui denunciati fuerunt, quia nichil contra eos invenire potuimus.

Lata fuit hec sentencie in Xativa, in domibus domini regis de l'Algema, XV kalendas ianuarii, anno Domini M C C LXX tercio. Presentibus testibus: Iacobus de Cervaria, G. de Castroaciolo, Geraldo Arcioreto, A. Calaf et pluribus aliis.

1273, diciembre 19. Játiva.

2004

Jaime I, rey de Aragón, hace exentos a los hombres de Cocentaina de la primera questa o pecha que deba cobrar.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 83v.

Publ.: FULLANA, *Hª de Cocentaina*, pg. 55.

Nos Iacobus, Dei gracia etc. Concedimus vobis universis hominibus Cocentanie quod de prima questia sive peyta quam vobis iactabimus primo sitis franchi et liberi, ita quod non teneamini dare nobis. Mandantes firmiter cum presenti carta collectori ipsius questie quicumque fuerit quod pro ipsa visa presenti carta vos non pignoret nec compellat. Hanc autem gratiam facimus vobis ita quod eam vel similem quantitatem mitatis in clausura ville Cocentanie.

Datum Xative, XIII^o kalendas ianuarii anno Domini M^o CC^o LXX^o tertio.

1273, [diciembre 20. Játiva].

2005

Jaime I, rey de Aragón, concede a su cocinero Arnaldo de Tamarit casas, cinco jovas de tierra y un huerto en Villarreal sujetos a las condiciones acostumbradas de residencia y enajenación.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 83v.

Noverint universi quod nos Iacobus, etc. Per nos et nostros damus et concedimus tibi, Arnaldo de Tamarito, coquinario nostro, et tuis imperpetuum, per hereditatem propriam, francham et liberam, quinque iovatas terre et domos et ortum in populacione quam fieri facimus iuxta Burrianam que vocatur Villa Real. Et afrontant dicte quinque iovate, ex una parte, cum hereditate Petri Oller et ex alia cum hereditate hominum Morelle; et ex alia, cum hereditate Petri Poculul; et ex alia, cum hereditate que erat assignata argentariis nostris et domus afrontant ex una parte in via publica et ex alia cum domibus Dominici Petri de Turolio; et ex alia, cum patuo asignato Borracio, argenterio nostro; et ex alia, cum patuo asignato Petro Mari, de domo nostra. Et ortus afrontat, ex una parte, cum Petro Palma et, ex alia, cum ortis assignatis argenterii nostris predictis et, ex alia, cum orto Bartolomei de Payllars. Predictas itaque quinque iovatas terre et domos et ortum, ut superius confrontantur, tibi, dicto A. de Tamarit, coquinario nostro, et tuis, damus ut est dictum cum introitibus et exitibus et eorum pertinentiis universis ad dandum, vendendum, inpignorandum, alienandum et ad omnes tuas et tuorum voluntates cui et quibus volueritis [vos et vestri successores perpetuo] faciendas, exceptis militibus, sanctis, clericis et personis religiosis. Retinemus tamen quod in dicta [populacione faciatis residentiam] personalem et quod ipsam non possis vendere neque dare hinc ad X annos primos venturos.

Datum [Xative *ilegible*], anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1273, diciembre 21. Játiva.

2006

Jaime I, rey de Aragón, hace francos de leuda y peaje a Aly, sarraceno, maestro de púrpuras, y a sus hijos Mahomet y Bocoron, mientras residan en Játiva.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 84r.

Iacobus, Dei gracia et cetera, fidelibus suis curiis, iusticiis, iuratis, lezdariis ac pedagogariis et universis aliis officialibus et subditis nostris ad quos presens carta pervenerit. Salutem et gratiam. Noveritis infranquise Aly, sarrazenum, magistrum purpurarum, habitantem in Xativa, et Machometum et Bocoron, filios eius, cum serico et auro ac aliis rebus omnibus spectantibus et necesariis ad pannos sericos faciendos in tota vita eorum ab omni lezda et pedagio ac alio iure nostro dum in Xativa residenciam fecerint et manebunt et operabuntur ibi officio purpurarum. Ita videlicet quod pro serico, auro vel aliis rebus spectantibus seu necesariis ad pannos sericos faciendos dum in Xativa manebunt et operabuntur ibi de officio predicto, ut dictum est, non teneantur dare nec solvere in aliquo loco vel iurisdiccione nostre pedagium aliquod sive lezdam. Quare mandamus vobis firmiter quatinus predictum nostrum infranquimentum observetis et observari firmiter faciatis dicto Aly et suis filiis, ut est dictum, et contra predicta non petatis nec [recipiatis] ab eis, nec peti vel recipi paciatis leudam aliquam vel pedagium, nec ipsos contra predicta [posteritate] molestari ab aliquo vel aliquibus permittatis et hoc non mutetis.

Datum Xative, XII° kalendas [ianuarii anno Domini] M° CC° LXX° tercio.

1273, diciembre 21. Játiva.

2007

Jaime I, rey de Aragón, comunica a sus oficiales que dos judíos de Camprodón, David y Jacob, deben ser incluidos en la colecta de Besalú.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 89.

Publ.: BOFARULL, "Los judíos y Jaime I", *I CHCA*, II, pg. 923.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.423.

Iacobus, Dei gracia, etc. fidelibus suis vicariis, baiulis, curiis et universis aliis officialibus et subditis nostris Bisulduni et aliorum locorum, ad quos presens carta pervenerit. Salutem et gratiam. Noveritis nos concessisse

Davidi et Iacobo fratribus, iudeis, habitatoribus Campi Rotundi, quod de cetero sint de collecta iudeorum Bisulduni; quare mandamus vobis quatenus, visa carta ista, de cetero habeatis et teneatis ipsos Davidem et Iacobum pro iudeis collecte Bisulduni et contra hanc concessionem nostram non compellatis eos ad ponendum aliquid vel solvendum seu contribuendum, nisi in collecta et comuni iudeorum Bisulduni, ipsis tamen peytantibus et contribuentibus in simul cum iudeis Bisulduni et habitantibus in Campo Rotundo vel Bisulduno. Et hoc non mutetis.

Datum Xative, XII kalendas ianuarii, anno Domini M CC LXX tercio.

1273, diciembre 21. Játiva.

2008

Jaime I, rey de Aragón, envía carta circular notificando que ha hecho las paces con su hijo Pedro.

ACA. Cancillería. Registro 18, f. 75.

Publ.: CHABÁS, R., *El Archivo*, IV, pg. 304.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.424.

XII kalendas ianuarii, anno Domini M CC LXX tercio, dominus rex misit litteras infrascriptas episcopis, richis hominibus et civitatibus ac villis infra scriptis, in hunc modum:

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, etc. venerabili et dilecto B. per eamdem archiepiscopo Terracone. Cum concordiam nostram et karissimi filii nostri infantis P[etri] vobis placere credimus atque scimus, idcirco facimus vobis sciri quod predictus filius noster, suo proprio motu et voluntate, venit ad nos apud Xativam, die iovis ante instans festum Natalis Domini et tanquam devotus et bonus filius peccat a nobis humiliter veniam et misericordiam de omnibus super quibus, de ipso habebamus rancorem, et posuit se et sua mercedi nostre, ita quod acciperemus inde quod nobis placeret et dimitteremus ei quod sibi dimittere vellemus. Nos, autem, moti pietate paterna, pepercimus et rancorem, quem habebamus ab ipso.

Datum Xative, XII kalendas ianuarii anno Domini M CC LXX tercio.

Littere omnium incipiebant: Cum scimus quod de discordia nostra et karissimi filii nostri infantis P[etri] eratis plurimum dispaccati, idcirco volentes ab anxietate predictorum vestros animos relevare, facimus vobis scire quod etc. et similiter. Et significamus vobis, quia scimus quod vobis placebit.

Infanti Iacobo; A., episcopo Barchinone. P., episcopo Gerunde. Berengario, episcopo elnensi. H[ugo], comiti Impuriarum. Guillermo, vicecomiti Caprarie. Iaufrido, vicecomiti Rocabertini. R. de Urgio. G. de Cervilione. Bernardo de Scintillis. Baiulis et probis hominibus Dertuse. G., episcopo ilderdensi. P., episcopo urgellensi. R., episcopo vicensi. R., vicecomiti Cardone. P. de Berga. Gaucerando de Pinos. G. Raimundi de Montcada. Procuratori Cathalonie. R. de Montcada. Procuratori Aragonis. P. de Queralto. Berengario de Podio Viridi. Guillermo de Capraria. Berengario de Entenza. R. de Cervaria, domino Castri Asinorum. Dompno Iacobo, filio domini regis et domine Theresie. Dompno P., filio domini regis et domine Theresie. P., episcopo Albarracini. P., episcopo Cesarauguste. F., episcopo Tirassone. Ferrando Sancii. Artallo de Luna. Ferricio de Lizana. P. Martini de Luna. G. de Podio. Garcie Ortiz de Azagra. Iudici, alcaldis et concilio Turolii. Çalmedine, iuratis et concilio Cesarauguste. Vicariis, baiulo et probis hominibus Terracone, Barchinone, Gerunde, Perpiniani. R. de Moncada, domino de Fraga. Curie, paciariis et probis hominibus Ilerde. Iuratis et concilio Daroce, Calataiubi, Tirassone, Osce, Iacce, Barbastri, Valencie.

1273, diciembre 24. Játiva.

2009

Jaime I, rey de Aragón, dona a Guillerma, viuda de Juan Castellano, y a los hijos habidos de su segundo marido, un solar para hacer casas fuera de la villa de Játiva hacia la morería.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 85v.

Noverint universi quod nos Iacobus et cetera, per nos et nostros damus et concedimus tibi, Guillelme, uxori Iohannis Castellani quondam, et filiis tuis et dicti [mariti]¹¹ tui, inperpetuum, patuum ad opus domorum in Xativa, extra villam Xative, in ravallo versus sarracenos, quod habet octo braciatas regales in amplum de fronte et quindecim braciatas in longum, in eo scilicet loco qui est a [Cancer] (*ilegible*) molendini Iohannis de Calbera usque ad plateam que est coram domibus d'en Fores. Quod patuum de celo in abissum, cum introitibus et exitibus et melioramentis ac suis pertinenciis universis, habeatis tu et dicti filii tui et dicti mariti tui et vestri successores ad construendum domos ibi et ad dandum, vendendum, inpignorandum ac alienandum et ad omnes alias vestras et vestrorum inde cui et quibus volueritis vos et vestri successores perpetuo faciendas, exceptis militibus et clericis ac personis religiosis.

Datum Xative, IX^o kalendas ianuarii anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

1273, diciembre 27. Játiva.

2010

Jaime I, rey de Aragón, escribe al baile de Denia, Simón Guasch, sobre las personas que debe alojar en el castillo de dicho lugar y envía cartas similares a otros tenentes.

ACA. Cancillería. Registro 18, f. 74v.

Publ.: CHABÁS, R., *El Archivo*, IV, pg. 304.

VI kalendas ianuarii, anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio, dominus rex misit litteras infrascriptas alcaidis scriptis inferius in hunc modum:

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fideli suo Simoni Guasqui, baiulo Denie. Salutem et gratiam. Noveritis quod karissimus filius noster

11 En el documento se escribe *Martini*

infans P. venit ad nostram mercedem et nos pepercimus eidem, quare mandamus vobis, quatenus visis presentibus ..., non teneatis in castris que pro nobis tenetis homines quos ratione discordie nostre et dicti filii nostre habebatis in retinencia eorundem, set teneatis ibi illos homines tantum quos ibi tenere solebatis. Et hoc non mutetis.

Datum Xative, VI kalendas ianuarii anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

P. Ferrandi pro castris que tenet. Berengario de Albio, alcaido Huxonis. Guillermo Don Grimon, alcaido de Onda. Alcaido de Almonezir. Alcaido de Liria. Salamoni de Cavalleria, baiulo Muriveteris, pro castris que tenet. Alcaido de Biar. Bernardo de Cascayls, alcaido Tarbane. Carrocio, domino Rebolleti. Berengario de Tornamira, alcaido de Guadalest. Andres de Podio Viridi, alcaido de Confrides. Berengario de Lacera, alcaido de Penaguila. Simoni Guasqui, baiulo Denie. P. de Moncada pro castro Xative. P. Didaci pro castris que tenet. Alcaido de Moxen.

1273, diciembre 29. Játiva.

2011

Jaime I, rey de Aragón, confirma a Juan de Pertusa, portero de su hijo el infante don Pedro, las seis jovadas de tierra que le asignaron los repartidores de Villarreal con las condiciones establecidas de residencia y enajenación.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 85v.

Noverint universi quod nos Iacobus, etc., per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus tibi, Iohanni de Pertusa, portario karissimi filii nostri infantis Petri, et tuis inperpetuum, per hereditatem propriam, illas sex iovatas terre quas Arnaldus Scribe, baiulus et procurator noster Valencie, et frater P. Peyroneti, pro nobis et de mandato nostro assignaverunt et dederunt tibi in popullacione nostra Burriane, vocata Villa Regali. Quas VI iovatas terre cum introitibus et exitibus et melioramentis et suis pertinenciis universis habeatis tu et tui ad dandum, vendendum, inpignorandum ac

alienandum et ad omnes tuas et tuorum voluntates in cui et quibus voluerit/s tu et tui penitus libere faciendas, exceptis militibus, clericis et personis religiosis; et tali etiam conditione quod tu in dicta populacione facias residenciam et hin[c] ad decem annos non possis vendere predictam hereditatem.

Datum Xative, IIII° kalendas ianuarii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

Similis carta fuit facta et concessa Petro de Soria, porterio \eiusdem/ infantis Petri, sub die et anno quo supra.

1273.

2012

Jaime I, rey de Aragón, concede a la Iglesia de Huesca las primicias diocesanas de los quince años venideros para la fábrica de la Catedral.

Publ.: GARCÍA CIPRÉS, G, "Los Azlor", *Linajes de Aragón*, I, nº 9 (1910). Traducida al castellano.

Nos Jaime, etc. Atendiendo a que la ciudad de Huesca fue libertada por nuestros antepasados de las manos de los paganos y a que la iglesia mayor de la misma, que había sido mezquita de sarracenos, está en cuanto al edificio en el mismo estado en que se encontraba en tiempo de los moros, siendo conveniente ponerla en el estado o manera de las iglesias construídas a usanza cristiana, concedemos a la obra de dicha iglesia, desde ahora y durante los quince años venideros, todas las primicias de la diócesis oscense. Año 1273.

1274, enero 4. Denia.

2013

Jaime I, rey de Aragón da un camino a Pedro Romeu de Cullera y le permite abrir una puerta entre el muro de Cullera y el huerto de un tal Esteban.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 89.

Publ.: PILES, *Historia de Cullera*, pg. 233.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.425.

Noverint universi quod nos Iacobus etc. Per nos et nostros, damus et concedimus tibi, Petro Romei de Cuyllera et tuis, in perpetuum, illam viam que est inter murum Cuyllere et hortum cuiusdam nomine Stephani, quantum, scilicet, tenet de introitu ville de Cuyllera versus barcam usque ad domum Arnaldi Portes et ad cantonem dicti horti; quam viam de celo in abyssum habeatis tu et tui ad construendum ibi stabulum sive domos et ad dandum, vendendum, impignorandum ac alienandum et ad omnes tuas et tuorum voluntates inde cui et quibus volueritis tu et tui perpetuo faciendas, exceptis militibus, clericis et personis religiosis; concedentes tibi quod ipsam viam claudere possis et murum aperire sine impedimento alicuius persone, pro eo quod est alia via sursum, per quam transire possunt illi qui inde transire velint. Mandantes, etc.

Datum Denie, secundo nonas ianuarii, anno Domini M CC LXX tercio.

1274, enero 6. Játiva.

2014

Jaime I, rey de Aragón, concede licencia a Pedro Mariner para hacer un puente en el Molinell.

ACA. *Cancillería. Registro 21*, f. 151v.

Publ.: CHABÁS, R., *El Archivo*, II, pg.- 365.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.426.

Damus et concedimus tibi, Petro Marinerii, plenam licenciam et potestatem quod in loco illo vocato Molinello, qui est coram Segarria, possis facere et construere pontem; ad quem faciendum possis acapitare et legata ac elemosinas, que ad illum pontem dabuntur, recipere donec, scilicet, idem pons fuerit factus. Mandantes, etc.

Datum Xative, VIII idus ianuarii, anno Domini M CC LXX tercio.

1274, enero 8. Denia.**2015**

Jaime I, rey de Aragón, concede a Roger de Lauria la alquería llamada raal Abinçarcho, sita en el reino de Valencia.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 92r.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencia, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus per hereditatem propriam, francham et liberam tibi, Rogerio de Loria, filio dompne Belle, et tuis, in perpetuum, alqueriam quandam vocatam Rahallum Abinçarcho, sitam in regno Valencie, in termino Alcalani, que dividit terminum cum alqueria de Benamaniçes et cum alqueria Eximini Çapata. Quam alqueriam vocata Rahallum Abinçarcho cum terris, terminis et tenenciis suis, honoribus hermis et populatis et cum introitibus, exitibus et melioramentis ac suis pertinentiis universis et cum hominibus et mulieribus ibi abitantibus et habitaturis, tam christianis scilicet quam sarracenis, et cum redditibus, exitibus, bisanciis, çofra et almagramis aliisque iuribus vestris et omnibus etiam que nos ibi habemus et habere debemus qualibet racione habeatis tu et tua progenies imperpetuum ad dandum, vendendum, inpignorandum ac alienandum, ad omnes tuas et tuorum voluntates, inde qui et quibus volueritis tu et tui penitus imperpetuum franche et libere faciendis, sicut melius dici et intelligi potest, ad tuum et tuorum bonum et sincerum intellectum, exceptis tamen clericis et personis religiosis. Hanc autem donationem facimus tibi et tuis, ut dictum est, sub eis scilicet condicionibus et pactis sub quibus matri tue dedimus castrum de [Seta] cum carta nostra ut in ea plenius continetur.

Datum Denie, VI idus ianuarii, anno Domini M° CC° LXX° tercio

1274, enero 13. Elche.**2016**

Jaime I, rey de Aragón, arrienda a Ponceto Guillem un horno en la villa de Cocentina a censo de veinticinco sueldos anuales.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 93v.

Per nos et nostros damus et concedimus ac stabilimus tibi Ponceto Guillelmi et tuis, imperpetuum, ad censum viginti et quinque solidos annuallium, furnum nostrum ville Concentanie qui afrontat in via publica et cum domibus Bernardi Ferrarii; quem furnum, cum introitibus et exitibus et melioramentis et suis afrontacionibus ac pertinentiis, habeatis tu et tui ad dandum, vendendum, inpignorandum ac alienandum et ad omnes tuas et tuorum voluntates inde penitus cuilibet perpetuo faciendas, exceptis militibus et clericis et personis religiosis. Salvis cum nobis et nostris semper predictis viginti et quinque solidos regalium annuatim quolibet festo Natalis Domini et fatiga decem dierum et omni alio pleno iure nostro et laudimio, dominio ac fatica.

Datum in Elx, idus ianuarii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1274, enero 13. Elche.**2017**

Jaime I, rey de Aragón, concede a Ponceto Guillem que no pague impuestos por las heredades que ha comprado en el reino de Valencia.

ACA. Cancillería. Registro 19, ff. 93v-94r.

Per nos et nostros concedimus de gracia speciali tibi, Ponceto Guillelmi de Villafrancha, quod pro illis hereditatibus seu possessionibus quas in regno Valencie emes a quibuslibet militibus, de precio quod habebis de hereditamentis que ibi habes, non teneamini tu vel tua progenies peytare nobis vel nostris nec dare vel solvere aliquid per eisdem in aliqua peyta sive questia aut cena, vel in aliqua exercitus redempcione aut aliqua alia exaccione seu demanda regali. Set tu et tua progenies habeatis imperpetuum ea que tu, it (*sic*) dictum est, a militibus emes franche et libera ab omnibus et singulis supradictis et aliis omnibus sicut milites a quibus ipsas emes eas franchas habent. Est tamen sciendum quod tu debes vendere hominibus servicii nostri hereditamenta que in regno Valencie possides atque habes.

Mandantes itaque firmiter baiulis, iusticiis, alcaydis et omnibus officialibus et subditis nostris presentibus et futuris quod predicta omnia firma habeant et cetera.

Datum in Elx, idus ianuarii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1274, enero 17. Murcia.

2018

Jaime I, rey de Aragón, arrienda por un año las rentas de Tarazona a Muce de Portella.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 94.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 923.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.427.

Per nos et nostros vendimus et concedimus vobis, Muce de Portella, iudeo, a prima die presentis mensis ianuarii in unum annum primum venturum et continue completum alcaydiam et pedagium Tirassone et almudinum et caldariam et tendas nostras eiusdem loci seu redditus eorundem ac alios redditus et exitus ac iura nostra omnia eiusdem loci et terminorum suorum que senior, tenens dictam villam pro honore, recipere ibi debet pro nobis. Quam vendicionem facimus vobis pro precio, scilicet, septem mille solidorum iaccensium; quos solvatis et solvere teneamini loco nostri dompno Iacobo, filio nostro et dompne Theresie Egidii de Bidaurre, qui tenet dictam villam pro honore, inter tres, scilicet, terminos anni, scilicet, de quatuor in quatuor mensibus, terciam partem precii antedicti, Et sic volumus et concedimus vobis quod vos et quem vel quos volueritis loco vestri, habeatis et teneatis per predictum annum integritur omnia predicta, iure vestre proprie empcionis, et teneatis alcaydiam et baiuliam eiusdem loci. Et si forte predicta, que vobis vendimus, valent vel valuerint plus precio antedicto, in predicto anno, totum quantum sit damus et concedimus vobis et vestris ad vestras omnimodas voluntates, renunciantes deceptiōni ultra dimidiam et doli et omni alii iuri et foro contra predicta nobis competentibus quoquo modo. Promittentes vobis quod in predictis, que vobis vendimus, non tangemus

nec inde aliquid percipiēmus per totam annum predictum nec tangi vel percipi faciemus aut permittemus ab aliquo ullo modo, immo faciemus vos et quem seu quos volueritis loco vestri habere et tenere predicta in pace per totum dictum annum et predicta in aliquo non infringemus seu revocabimus.

Mandantes firmiter iusticie, iuratis et concilio Tirassone ac universis aliis officialibus el subditis nostris, presentibus et futuris, quod habeant et teneant vos et quem volueritis loco vestri por totum dictum annum pro alcaydo Tirassone et vobis, sicut nobis, respondeant de omnibus supradictis et non contraveniant ullo modo. Est, tamen, sciendum quod dictam vendicionem vobis fecimus ad instanciam dicti domini Iacobi, filii nostri, et dicte dompne Tharesie, que ad nos super predictis pro predicto dompno Iacobo, filio suo, suas litteras et nuncium transmisit. Et pro predictis non teneamini dare decimam episcopo vel ecclesie Tirassone.

Datum Murcie, XVI kalendas februarii, anno Domini M CC LXX tercio.

[1274] febrero 8. Játiva.

2019

Jaime I, rey de Aragón, concede a los sarracenos de la aljama de Játiva que del papel fabricado en dicha ciudad sólo le entreguen tres dineros reales de Valencia por cada resma de papel confeccionada.

ACA. Cancillería. Registro 10, f. 99v.

Publ.: VALLS I SUBIRA, O., *La historia del papel en España*, I, pg. 137¹².

Noverint universi quod nos Iacobus, etc., concedimus et damus vobis, aliame sarracenorum Xative et vestris, imperpetuum, quod de papiri que fiet de cetero in Xativa non teneamini dare nec detis vos vel vestri nobis

¹² Este autor data el documento en 1273 pero no tiene en cuenta el cómputo del año de la Encarnación

vel nostris aliquid ius nisi tres denarios regales Valencie tantum pro unaquaque raixma ipsius papiri. Et nos vel nostri a vobis seu vestris aliquid aliud pro ipso papiro nisi tres denarios regales pro unaquaque raixma, ut dictum est, petere non possimus. Mandantes, etc.

Datum Xative, VI° idus febroarii anno predicto.

1274, febrero 8. Játiva.

2020

Jaime I, rey de Aragón, concede a Bernardo de Segriano, vecino de Játiva, el oficio de pesador del peso de dicha localidad con el mismo salario que percibieron sus antecesores.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 99v.

Damus [et] concedimus tibi Bernardo de Segriano, vicino Xative, in tota vita tua, officium pensatoris pensi nostri Xative. Ita scilicet quod tu in vita tua sis pensator pensi Xative dum bene et fideliter in ipso officio te habebis; et habeas ac recipias inde pro officio et labore ea iura que alii pensatores dicti pensi consueverunt inde hactenus percipere et habere et cetera.

Datum Xative die et anno quod supra [VI idus februarii anno Domini M° CC° LXX° tercio]

1274, febrero 8. Játiva.

2021

Jaime I, rey de Aragón concede a Bernardo Llorens, herrero de Alcoy, la herrería del castillo, villa y término de dicha localidad por un censo de un morabetino de oro anual, pagadero en Navidad.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 99v.

Damus, concedimus ac stabilimus tibi Bernardo Laurencii, ferrerio de Alcoy, ad censum unius morabetini auri annualium, ferreriam seu fabrica

castri et ville ac termini de Alcoy, quas habeas iam in vita tua ex concessione Eximini Petri de Arenoso, quondam, tenentis locum nostrum, cum carta quam a te recuperavimus. Sic donent tibi laboratores ferrum suum. Tu etiam facias nobis et nostris singulis annis in vita tua pro censu seu tributo, ut dictum est, predictae ferrarie sive fabrice, unum morbetini auri in unoquoque festo Natalis Domini et cetera.

Datum Xative die et anno quod supra [VI idus februarii anno Domini M° CC° LXX° tercio]

1274, febrero 8. Játiva.

2022

Jaime I, rey de Aragón, reconoce deber a Guillermo de Torres, su baile en Játiva, tres mil sueldos reales y le concede para satisfacérselos que los cobre de las rentas e ingresos reales de dicha localidad.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 99v.

Nos Iacobus, et cetera, recognoscimus et confitemur debere tibi Guillermo de Turribus, baiulo nostro Xative, tres mille solidos regalium Valencie, quos tibi damus in donum ad emendam inde hereditatem in Regno Valencie ad opus tui et tuorum; quos tres mille solidis assignamus tibi habendos et recipiendos in redditibus et exitibus ac iuribus nostris Xative et aliorum locorum que pro nobis tenes. Volentes et concedentes tibi quod ex ipsis redditibus satisfacias tibi in tribus mille solidis antedictis non [execcato] meo alio mandato. Et nos recipiemus ipsos tibi in computum.

Datum Xative die et anno quod supra [VI idus februarii anno Domini M° CC° LXX° tercio]

1274, febrero 16.

2023

Jaime I, rey de Aragón, concede al judío Salomón Vidal cuatro jovadas de tierra de regadío, un solar para edificar, jovada y media de

tierra para viña y un trozo de tierra para huerto, todo ello sito en Burriana.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 102r.

Dominus rex concessit et dedit Salomoni Vitalis, iudeo, in Burriana, quatuor iovatas terre in riguo et patuum ad opus domorum et unam iovatam et mediam terre supra cequiam maiorem ad opus vinee et unum trocium terre ad opus orti.

XIIII^o kalendas marcii, anno Domini M CC LXX tercio.

1274, marzo 17. Alzira.

2024

Jaime I, rey de Aragón, enfranquece a Bernardo Carroves, habitante de Murcia, y a sus mercancías, durante seis años, del pago de impuestos por todos los lugares de su tierra y jurisdicción a condición de que cambie su residencia a Játiva y tenga allí su domicilio.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 101v.

Infranquivit dominus rex Bernardum Carroves, habitantem in Murcia, cum mercibus et omnibus rebus suis hinc ad sex annos primos venturos et continue completos ab omni peyta sive questia et cena et exercitu ac cavalcata et redempcionibus eorundem et a quibuslibet alia exacione seu demanda regali et ab omni pedagio sive lezda per omnia loca terre et iurisdictionis sue, tali condicione quod mutet se in Xativa et ibi residenciam faciat et teneat caput suum maius.

Mandantes et cetera.

Datum Algizire, XIII kalendas marcii anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

1274, febrero 17. Alcira.

2025

Jaime I, rey de Aragón, fija el salario de quien desempeñe en Alzira el oficio de justicia.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 101v.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis, probis hominibus et universitati ville Algizire, presentibus et futuris, quod ille qui iusticia fuerit ville Algizire habeat et recipiat singulis annis decetero pro salario suo officii sui iusticiatus trescentos solidos regalium Valencie, secundum quod consuevit inde iusticiam eiusdem loci, centum et quinquaginta solidos pro suo officio percipere et habere.

Mandantes et cetera.

Datum Algizire, XIII kalendas marcii anno Domini M CC LXX tercio

1274, febrero 17. Alcira.

2026

Jaime I, rey de Aragón, cita a declarar a Hugueto de Angularia por el hecho de Vinaxia.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 101v.

Dilecto suo Hugueto de Angularia. Salutem et dileccionem. Bene scitis nos vobis mandavisse cum carta nostra quod in carniprivo proxime preterite presentes quadragesimme compareretis nobiscum ad computandum de facto Vinaxie. Unde cum ipso die non comparuitis nec procuratorem miseritis coram nobis, mandamus vobis firmiter quatinus hinc ad unum mensem primum venturum et continue completum compareatis coram nobis, paratus computare nobiscum super facto dicte ville et hostendere nobis cartas quas inde habetis. Scientes cum iam semel facto citatus inde fueritis, ut est dictum, hanc diem unam pro secundo et tercio et dicto vobis per emptoriam assignamus. Qua nisi comparuitis coram nobis procedemus contra vos prout fuerit faciendam. Et hoc aliquem non mutetis.

Datum Algizire, XIII kalendas marcii anno Domini M CC LXX tercio

1274, febrero 17. Alcira. 2027

Jaime I, rey de Aragón, nombra a Guillermo de Arbecha notario general por toda su tierra y dominación.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 102r.

Per nos et nostros facimus et creamus te, Guillelmum de Arbecha, de domo nostra, in publicum notarium seu scriptorem tocius dominacionis nostre. Ita videlicet quod in quibuslibet locis terre et dominationis nostre possit facere et conscribere acta et atestationes testium et instrumenta quorumlibet contractuum inter quascumque personas et quamlibet aliam publicam scripturam tanquam publicus notarius dum bene et fideliter in ipso officio te habebis. Que acta et atestationes testium et instrumenta et alia publica scripta que per te confecta fuerint seu conscripta, pro publicis haberi volumus et teneri, in iudicio et extra iudicium, tanquam per publicam manum scripta. Mandantes vicariis, baiulis, curiis, paciariis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quatinus te decetero habeant et teneant in scriptorem publicum per omnia loca terre et dominacionis nostre, dum bene et fideliter in ipso officio te habebis et predicta omnia firma habeant et observent. Et est sciendum quod tu prestitisti in posse nostro iuramentum super Crucem Dei et eius sancta quatuor Evuangelia quod habebis te in dicto officio legaliter atque bene.

Datum Algizire, XIII kalendas marcii anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

1274, febrero 17. Alcira. 2028

Jaime I, rey de Aragón, hace francos a los judíos que fueran a poblar a Játiva, pero si éstos o los que ya residieran en la misma cambiaran su residencia antes de ocho años de vivir en ella, deberán

pagar las pechas y demás tributos reales exigidos por la aljama por el tiempo que en ella hayan permanecido.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 101v.

Publ.: BURNS, R.I., "Jaume I and the jews of the kingdom of Valencie", *X CHCA*, pg. 286.

Per nos et nostros concedimus et donamus aliame iudeorum Xative, presenti et future in perpetuum, quod nos et nostri inde infranquiamus aliquem iudeum vel iudeos qui apud Xativam populatum venerint, ultra illos scilicet quinque annos per quos iudeos ibi populates concessimus franchos esse cum carta nostra ut in ea continetur. Concedentes etiam eidem aliame quod, si aliquis iudeus populabit de cetero aut iam populavit in Xativa, et infra octo annos pos[t]quam ibi populaverit mutabit se vel suum domicilium in alium locum, teneatur solvere partem suam in peitis et aliis regalibus exaccionibus et demandis solutis per dictam aliamam in tempore per quod in Exativa manserit. Et iudei etiam qui ibi populabunt, ut dictum est, tenenantur iurare infra tres menses postquam ibi populaverint, quod persolvant pro suo in missionibus vicinalibus legaliter atque bene. Statuentes insuper quod quicumque contra predicta in aliquo venerit penam centum morabatinorum incurrat.

Mandantes firmiter baiulis, iusticiis, alcaldis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta firma habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Datum Algizire, XIII kalendas marcii, anno Domini M CC LXX tercio

1274, febrero 18. Alcira. 2029

Jaime I, rey de Aragón, dona a Pedro de Golmeres y los suyos un molino sito en la heredad de Pedro de Figuerola a cambio de entregar la mitad del lucro al rey que deberá poner por su parte la mitad de la reparación y construcción de dicho molino.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 102r.

XII^o kalendas marcii anno predicto dedit Petro de Golmeriis de Cocentania et suis imperpetuum, ad medias, unum molendinum situm in hereditate Guillelmi de Figuerola, ita quod donet inde domino regi et suis medietatem lucri dicti molendini liberam et francham. Et dominus rex teneatur ponere medietatem in reparatione et constructione dicti molendini.

1274, febrero 18. Alcira. 2030

Jaime I, rey de Aragón, asegura a Domingo Folcheros de Calatayud por toda su tierra, salvo la villa de Calatayud por estar inculpado de la muerte de Juan de Garsion.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 102r.

Item eadem die et anno assecuravit dominus rex per totam terram suam excepta villa Calataiubii, quam non intret, Dominicum Folcheros de Calataiub, qui inculpatus fuit de morte Iohannis de Garsion, ipso faciente querelantibus iusticie completum

274, febrero 18. Alcira. 2031

Jaime I, rey de Aragón, confirma a Aparicio Galindo, vecino de Alzira, la compra de unas casas y dos jovadas, menos seis hanegadas de tierra.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 102r.

Eadem die et anno dominus rex laudavit, concessit et confirmavit venditionem quam Bernardus Dalmacii, civis Valencie, et Marcius Galindo, vicinus Algezire, et Iohannes de Montesono, alcaydus de Pena Cadela, manumissores et executores ultimi testamenti, et rex Bonanati de Guia

ad solvendum debita et iniurias eiusdem defuncti, et Philipus de Aierba et uxor eius Doyr oro fecerunt Apparicio Galindo, vicino Algezire et suis imperpetuum de casalibus et duabus iovatis minus VI fanecatis terre cum carta ut in ea continetur.

1274, febrero 20. Valencia. 2032

Jaime I, rey de Aragón, concede carta de población a los habitantes de Villarreal, en término de Burriana.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 105r-v.

Publ.: MARÍA, P. Ramón de, *Repartiment de Burriana y Villarreal*, pgs. 120-121.

Quod cum ad reges et principes spectet populacionibus quas faciunt certos terminos assignare et earum populatoribus foros seu consuetudines concedere sub quibus vivere debeant atque regi, idcirco nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros successores damus et concedimus vobis, universis et singulis populatoribus Ville Regalis, quam in termino Burriane statuimus facienda, terminos certos, scilicet, a cequia maiori Burriane sursum versus dictam populacionem et ex inde, sicut afrontat cum termino de Nules; et ex inde, usque al antiquor vocatum Misquitiella, quod est versus Bechin; et ex inde, usque ad mollonem cohoptum cabecii in quo scinditur petra et usque in rivo de Millars. In quo quidem termino habeatis usum aquarum et lignarum et erbarum et petre ac calcis raliorem necessariorum vobis seu usui vestro et ganatorum vestrorum, libere et in pace; et nullum vobis in hiis impedimentum facere valeat vel contrarium ullo modo, salvo tamen quod habitatores Burriane et sui ganati habeant usum predictorum in dictis terminis, exceptis hereditatibus quas vos et vestri laborabitis, sicut hactenus habere consueverunt; et vos, similiter, in terminis Burriane. Volumus et concedimus vobis, dictis populatoribus et vestris imperpetuum, quod sitis populati in dicta populacione

ad forum Aragonum et ad ullam franquitatem ad quod dicti homines Burriane sunt populati, ut in carta quam inde a nobis habent plenius continetur. Et nos, de presenti, ipsum forum et franquitatem, sicut ipsi homines Burriane habent, vobis et vestris concedimus atque donamus. Concedentes vobis et vestris imperpetuum, quod omnis et singuli illi qui hereditates vel domos ibi habent seu habuerint, teneantur pro ipsis ubicumque et cum vestris contribuere in predictis cenis, monetatico et in redempcione exercituum et quibuslibet aliis regalibus exactionibus et demandis et vicinate facere in dicta populacione Ville Regalis. Concedimus etiam vobis et vestris imperpetuum, mercatum tenendum in dicta villa seu populacione singulis diebus sabbatinis et firam et semel quolibet anno, tempore quo vos volueritis, dummodo non sit in tempore que fira tenetur in Castilione vel locis aliis circumstantibus Burriane.

Nos, autem, per nos et nostros recipimus sub firma custodia nostra, protectione, comenda et guidatico speciali, sub pena quingentorum morabetinorum auri, omnes et singulos ad ipsum mercatum et firam inveniendos, scilicet ad ipsum mercatum et firam, et stando ac redeundo, nisi fuerint raptores, ladrones, homicide, banditi vel de aliis maleficiis pro quibus capi debeant, inculpati seu etiam acusati vel debitores aut fideiussores manifesti. Est tamen faciendum quod retinemus nobis in predicta populacione furnos, molendinos, carniceriam, pensum et almudinum, ropatoria sive tendas. Insuper et per nos et nostros infranquimus et francos ac liberos facimus vos, predictos populatores et vestros, hinc ad decem annos primos venturos et continue completos et omnia bona vestra, presencia et futura, ab omni peyta, questia et cena, et exercitu ac cavalcata et redemcionibus eorundem, et a qualibet alia exactione sive demanda regali, ita videlicet quod in predictis decem annis non teneamini vos vel vestri dare nobis vel nostris aliquid pro predictis vel aliquo eorum, nec nos vel nostri ea a vobis vel vestri infra ipsos decem annos petere valeamus, set sitis in pre ipsum tempus franchi et liberi cum omnibus bonis vestris et penitus absoluti.

Mandamus itaque firmiter baiulis, curiis, iusticiis, iuratis, alcaydis, procuratoribus et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus

et futuris, quod predicta omnia et singula firma habeant et observent ac faciant observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum Valencie, X^o kalendas marcii, anno Domini M C C L X X tercio.

1274, febrero 20.**2033**

Jaime I, rey de Aragón, convoca a los judíos de todas sus tierras para que dos judíos de cada aljama se reúnan con él en Barcelona antes del domingo de Ramos.

ACA. Cancillería. Registro 18, f. 105r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 924.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.428.

X kalendas marcii, anno Domini M C C L X X tercio, dominus rex mandavit per litteras suas aliamis iudeorum omnium terre sue quod venirent coram eo apud Barchinonam et essent ibidem dominica, ante festum Ramis Palmarum proxime venturum, duo iudei de singulis aliamis, pro aliamis eisdem, quia ipse volebat loqui cum eis de aliquibus que erant ad proficuum eorundem et omnium iudeorum terre.

Aliame iudeorum: Xative, Valencie, Muriveteris, Dertuse, Turolii, Daroce, Calataiubi, Tirasone, Exee, Roste, Cesarauguste, Osce, Iacce, Barbastri, Ilerde, Barchinone et collecte eiusdem, Gerunde et Bisulduni, Perpiniani et collecte eiusdem, aliame Alagonis, Montclus.

[1274, febrero 20]**2034**

Jaime I, rey de Aragón, concede a su platero, el maestro Paris, dos jovasdas de tierra de regadio y dos de secano en la población de Burriana, con las habituales condiciones de obligación de residencia y prohibición de enajenación de propiedades.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 104r.

Dedit dominus rex magistro Parisio, argenterio suo, et suis imperpetuum, per hereditatem propriam in populacione Burriane, ultra illam hereditatem quam iam \ibi/ dederat sibi, duas iovatas terre in riguo; et affrontant cum hereditate Petri Garcez et cum hereditate Michaelis Sanz et cum hereditate Eneci et cum carrariis. Item dedit ei et suis in eadem populacione duas iovatas terre in siccano que affrontant cum hereditate Petri Garcez et cum hereditate Bertrandi Menagera et cum eo quod dandum est, sub forma comuni et cum conditionibus sub quibus habeas aliam hereditatem predictam.

[X kalendas marcii anno Domini M CC LXX tercio]

1274, febrero 22. Valencia.

2035

Jaime I, rey de Aragón, concede a Juan Gutiérrez, pariente de su escribano de ración Bartolomé Tomás, la iglesia de Villarreal con todos sus derechos para que sirva en ella día y noche como su capellán.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 106r.

Publ.: FERRER, R., "Una fundación de Jaime I: Villarreal", *EEMCA*, X (1975) doc. 2.

Quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, damus et concedimus tibi Iohanni Gutierrez, consanguineo fidelis scriptoris nostri porcionis Bartholomei Thome, diebus omnibus vite tue, ecclesiam de Villa Regali, prope Burriane, ita quod tu habeas dictam ecclesiam cum omnibus iuribus suis et deservias eam die ac nocte in omnibus horis prout capellanus vel rector ecclesie facere tenetur. Mandantes baiulis, iusticiis et universis habitatoribus dicti loci, presentibus et futuris, quatenus hanc donacionem nostram et concessionem firma habeant et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliquo modo vel aliqua racione.

Datum Valencie, octavo kalendas marcii anno Domini M CC LXX tercio.

1274, febrero 23. Valencia.

2036

Jaime I, rey de Aragón, dona a Jimeno de San Martín tres jovadas de tierra en el marjal de Sollana y un solar para casas en esta población, con obligación de hacer residencia personal en la villa y no poder vender antes de diez años.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 106r.

Dominus rex dedit Eximino de Sancto Martino tres iovatas terre in almargali de Sullana et patuum competens ad opus domorum in Sullana ad dandum et cetera; et quod faciat in Sullana residenciam personalem et quod per decem annos non possit vendere predictam hereditatem.

Datum Valencie, VIIº kalendas marcii anno Domini Mº CCº LXX tercio

1274, febrero 23. Valencia.

2037

Jaime I, rey de Aragón, dona a Arnaldo Marzal y Berenguer Robiol tres jovadas de tierra en el marjal de Sollana y un solar para casas en esta población, con obligación de hacer residencia personal en la villa y no poder vender antes de diez años.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 106r.

Dominus rex dedit Arnaldo Marçal et Berengario Robiol, unicuique eorum, tres iovatas terre in almargalli de Sullana et patuum competens ad opus domorum in Sullana ad dandum et cetera; et quod faciat in Sullana residenciam personalem et quod per decem annos non possit vendere dictam hereditatem.

Datum Valencie, VII° kalendas marcii anno Domini M° CC° LXX° tercio

1274, febrero 23. Valencia. 2038

Jaime I, rey de Aragón, exime a los sarracenos de los lugares de señorío de pagar impuestos reales.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 107r.

Quod cum nobis Iacobo, Dei gracia rege Aragonum, Maioricarum et Valencie, comite Barchinone et Urgelli et domino Montispesulani, relatum fuisset ex parte militum qui habent hereditates et sarracenos in Aliazira, Gandia et aliis locis que infans Petrus, karissimus filius noster, habebat et tenebat pro nobis in regno Valencie, quod dictus infans petebat et percipiebat a sarracenis suis locorum predictorum questias, cenas et alias exactiones regales, prout faciebat a sarracenis nostris dictorum locorum que ipse tenebat; et nobis, ex parte dictorum militum, humiliter supplicatum fuisset quod dictos sarracenos absolveremus a petitionibus et exactionibus antedictis. Nos itaque rex predictus, inclinati supplicationi iamdicte, per nos et nostros omnes predictos sarracenos et singulos militum et locorum predictorum absolvimus, quitiamus perpetuo a petitionibus et exactionibus predictis antedictis, ita quod non teneantur de cetero dare nobis vel nostris aliquid ratione questie, cene seu alterius exactionis regalis nec etiam aliquid aliud nisi prout faciunt sarraceni illorum militum qui habent hereditates et sarracenos in Valencia, Xativa et in aliis locis regni Valencie. Imo a predictis omnibus et singulis petitionibus et exactionibus dictos sarracenos, sub forma predicta, duximus perpetuo absolvendos, sicut melius dicimus et intelligi potest ad eorum bonum, \sincerum/ et sanum intellectum, non obstante sententia si quam tulimus in facto isto dum dictus filius noster predicta locha tenebat seu mandato aliquo in contrarium a nobis facto istius absolucionis. Mandantes procuratori et universis aliis officialibus nostris tocus regni Valencie, presentibus videlicet et futuris, quatinus hanc absolucionem factam firmam

habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliquo modo vel aliqua ratione. Est tamen sciendum quod in hac absolucionem nostra non intelligimus absolvisse dictos sarracenos nec aliquem ipsorum a pedagio seu lezda in aliquo loco nostro dicti regni.

Datum Valencie, VII° kalendas marcii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1274, febrero 23. Valencia. 2039

Jaime I, rey de Aragón, dona a Pedro Fares, botellero del infante Pedro, un terreno en Ruzafa para construir casas.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 107v.

Dominus rex dedit Petro Fares, botellario karisimi filii sui infantis Petri, per hereditatem propriam, francham quandam aream in termino Valencie, in loco vocato Ruçafa, ad construendum ibi domos sub certis affrontacionibus, ad dandum et cetera; et quod per decem annos non possitis dictam aream vendere.

Datum Valencie, VII° kalendas marcii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1274, febrero 24. Valencia. 2040

Jaime I, rey de Aragón, dona a Arnaldo Vidal, maestro de obra de la cequia de Alzira, para su hijo, tres piezas de tierra sitas en dicha villa.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 105v.

Dominus rex dedit Arnaldo Vitalis, magistro operis cequie Algesire, ad opus unius filii sui, per hereditatem propria, ultra hereditatem quam iam sibi dederat cum alia carta ut in ea continebatur, tres pecias sitas in

termino Algesire in quibus sunt IIII^{or} iovate sub certis afrontacionibus et tu cum aliis condicionibus prout in carta donacionis continetur

Datum Valencie, VI^o kalendas marcii anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

1274, febrero 24. Valencia. 2041

Jaime I, rey de Aragón, dona a Arnaldo Vidal, maestro de obra de la cequia de Alzira, un solar para casas en el raval de Alzira con obligación de hacer residencia personal y no poder vender antes de diez años.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 105v.

Item, dominus rex dedit dicto Arnaldo Vitalis, magistro operis cequie Algezire, patuum ad opus domorum in ravallo Algezire sub certis afrontacionibus ad dandum et cetera. Et quod faciat ibi residenciam personalem et quod infra decem annos non possit vendere dictum patuum.

Datum Valencie, VI^o kalendas marcii anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

1274, febrero 24. Valencia. 2042

Jaime I, rey de Aragón, dona a Domingo de Espés, ciudadano de Valencia, ocho jovadas de tierra en término de Alzira y un solar para casas en el raval con obligación de hacer residencia personal en la villa y no poder vender antes de diez años.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 106r.

Dominus rex dedit Dominico d'Espes, civi Valencie, per hereditatem propriam, octo iovatas terre in termino Algezire et patuum ad opus domorum in ravallo Algezire sub certis afrontacionibus ad dandum et cetera; et quod

faciat ibi residenciam personalem et quod per decem annos non possit predictam hereditatem vendere.

Datum Valencie, VI^o kalendas marcii anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio

1274, febrero 24. 2043

Jaime I, rey de Aragón, dona a Pascasia de Zaragoza, mujer de Martín Antonino, seis jovadas de tierra en término de Alzira, junto a la acequia nueva, y un solar para casas con obligación de hacer residencia personal en la villa y no poder vender antes de diez años.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 106r.

Dominus rex dedit Paschasie de Cesaraugusta, uxori quondam Martini Antonini, sex iovatas terre in termino Aliazire, subtus cequiam novam, et patuum ad opus domorum secundum hereditatem predictam, ad dandum et cetera; et quod per decem annos non possit vendere dictam hereditatem et quod faciat ibi residenciam personalem.

Datum VI^o kalendas marcii anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio

1274, febrero 24. Valencia. 2044

Jaime I, rey de Aragón, dona a Ozenda de Huesca, seis jovadas de tierra en término de Alzira, junto a la acequia nueva, y un solar para casas con obligación de hacer residencia personal en la villa y no poder vender antes de diez años.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 106r.

Dominus rex dedit Ozende de Oscha sex iovatas terre in termino Algezire, subtus cequiam novam, et patuum ad opus domorum secundum hereditatem

predictam, ad dandum et cetera; et quod per decem annos non possit vendere predictam hereditatem et quod faciat in Algesira residenciam personalem.

Datum \Valencie/, VI° kalendas marcii anno Domini M° CC° LXX° tercio

1274, febrero 24. Valencia.

2045

Jaime I, rey de Aragón, dona a Arnaldo Cuton seis jovadas de tierra en el marjal de Sollana y un solar para casas en esta población, en lugar de las seis jovadas de tierra que le había dado en Alzira, con obligación de hacer residencia personal en la villa y no poder vender antes de diez años.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 106r.

Dominus rex dedit per hereditatem propriam Arnaldo Cutoni sex iovatas terre in armariallo de Sollana et patuum ad opus domorum in populatione de Sollana, secundum hereditatem predictam, in emendam sex iovatarum terre quas iam ei dederat cum carta in termino Algezire, quam ab ipso recuperavit, ad dandum et cetera; et quod per decem annos non possit vendere dictam hereditatem et quod faciat in Sullana residenciam personalem.

Datum Valencie, VI° kalendas marcii anno Domini M° CC° LXX° tercio

1274, febrero 24. Valencia.

2046

Jaime I, rey de Aragón, dona a Marco de Bospén la garriga o marjal sita en término de Sagunto.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 107r.

Dominus rex dedit Marcho de Bespen, per hereditatem propriam, totam illam garrigam et almargiale totum situm in termino Muriveteris, in loco vocato Larif, sub certis afrontationibus, ad dandum et cetera; et habuit

ab ipso pro intrata istius donacionis quadringentos solidos regales Valencie, quas domino regi dimisit ex illis quingentis solidis quos ei debebat et persolvi mandaverat Petro de Segur, alcaýdo de Biar, cum carta quam ab ipso recuperavit.

Datum Valencie, VI° kalendas marcii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1274, febrero 25. Valencia.

2047

Jaime I, rey de Aragón, dona a los hermanos Bernardo y Pedro Castellanos dos solares para edificar, cuatro huertos y nueve jovadas de tierra, todo en término de Villarreal, bajo las condiciones acostumbradas.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 107r.

Dominus rex dedit Bernardo Castellani et Petro Castellani, fratribus, per hereditates proprias in termino Ville Regalis de Burriana, duo patua ad opus domorum et quatuor ortos et novem iovatas terre, sub certis affrontationibus, ad dandum, etc.; et quod per decem annos non possint vendere hereditates predictas et quod faciant in dicta Villa Regali residenciam personalem.

Datum Valencie, V° kalendas marcii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1274, febrero 25. Valencia.

2048

Jaime I, rey de Aragón, dona a Guillermo Zapater cinco jovadas de tierra en Cullera y otras seis jovadas en término de Penáguila.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 107r.

Dominus rex dedit Guillelmo Çapatarii, in emenda unius corrali quem ei dederant in Xativa, pro emenda, quinque iovatarum terre, quas mandaverat

ei dari in Cullera, cum carta quam ab eo recuperavit, per hereditatem propriam francham; sex iovatas terre ex illis undecim iovatis terre quas Eximino Petri de Luna dederat in termino de Penaguila, in loco vocato Rafalmefoi, cum carta quam recuperavit ab eodem ad dandum etc., ut in carta donacionis et cetera.

Datum Valencie, V^o kalendas marcii anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

[1274, febrero 25.] Valencia.

2049

Jaime I, rey de Aragón, enfranquece a Açach Abenianah, judío de Toledo, en virtud de los cinco años de franquicia que había concedido a todos los judíos que vinieren a poblar a Játiva.

ACA. Cancillería, Registro 19, f. 108r.

Publ.: R. I. BURNS, "A medieval earthquake: Jaume I, Al-Azrag, and the early history of Onteniente in the Kingdom of Valencia", *X CHCA*, 3, 4 y 5, pg. 285.

Quod cum nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum etc., fecerimus gratiam franquitatis quinque annorum omnibus iudeis qui apud Xativam venire voluerint ad populandum et de dicta franquitate nostrum ei fecerimus instrumentum, cuius tenor talis est:

[Contiene documento de 1268, julio 2. Valencia]

Et algama Iudeorum Xative dictam gratiam observare, sicut intelleximus, contradicant tibi Açach Abenianah, iudeo Toleti, qui racione dicte franquitatis venisti apud Xativam populare. Ideo, nos Iacobus, Dei gracia rex predictus, predictam gratiam specialiter tibi dicto Açach duximus concedendam per omnes predictos quinque annos, iuxta tenorem predicti instrumenti nostri, a die illa qua venisti apud Xativam ad populandum usque ad dictos quinque annos continue venturos et completos, non obstante aliqua carta cum pena vel sine pena aliame Iudeorum Xative a nobis in contrarium concessa.

Mandantes firmiter baiulo, iusticie et iuratis et etiam toti aliame iudeorum Xative, presentibus videlicet et futuris, quod predictam franquitatem et gratiam quam tibi facimus firmam habeant et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliquo modo vel aliqua racione.

Datum Valencie, V kalendas [marcii] anno Domini M CC LXX tercio.

1274, febrero 26. Valencia.

2050

Jaime I, rey de Aragón, manda al baile de Valencia que los tenderos y menestrales sarracenos tengan sus tiendas y obradores, dadas por él a censo, en el arrabal de Valencia y no en otro lugar.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 107v.

Iacobus, Dei gracia et cetera, fideli suo baiulo Valencie, presentibus et futuris. Salutem et gratiam. Mandamus vobis firmiter quatenus, visis presentibus literis, decetero faciatis sarracenis omnes tenderios et ministrales Valencie, presentes et futuri, tenere seu habere suas tendas et operari seu ministeria in tendis et operatoriiis nostris ravalli Valencie et que a nobis tenentur ad censum et non in aliis operatoriiis suis [et] tendis nec in loco alio Valencie. Et si aliquis sarracenus contra dictam mandatum nostrum, facta preconizacione, de predictis venire temptaverit, teneatur solvere vobis loco nostri centum solidos pro pena et vos ad solvendum ipsam penam eam et eos compellatis quocienscumque hoc duxerint atemptandum. Mandantes etiam vobis quatenus illis sarracenis qui operatoria voluerint facere in dicto ravallo detis patua ad faciendum ipsa operatoria sub competenti censu in quibus de suis ministeriis operentur. Et illi qui non poterunt facere operatoria, conducant de nostris vel de illis qui a nobis tenentur ad censum dum nostra operatoria non sufficiant sive tende. Et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum Valencie, IIII^o kalendas marcii anno Domini M CC LXX tercio.

1274, febrero 26. Valencia.**2051**

Jaime I, rey de Aragón, concede a Jimeno Pérez de Oriz el castillo de Bocairente.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 107v.

Dominus rex dedit ad feudum Eximino Petri de Oriz castrum de Bocayren ita quod possit dictum castrum operari et ibi facere domos quascumque voluerit ad opus manssionis sue et in quibus dominus rex et sui possint hospitari quocienscumque in dicto loco venerit sine aliquo contradictum, ad dandum et cetera. Tamen retinuit in dicto castro potestatem ad consuetudinem Barchinone et guerram ac pacem.

Datum Valencie, IIII^o kalendas marcii anno Domini MCC LXX tercio.

1274, febrero 26. Valencia.**2052**

Jaime I, rey de Aragón, reconoce deber al convento de Predicadores de Valencia cuatro mil trescientos sueldos reales de Valencia y asigna para su cobro las rentas de Alzira.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 107v.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum et cetera, recognoscimus et concedimus debere vobis, venerabilibus et dilectis conventui Fratrum Predicatorum Valencie, quatuor milia et trescentos solidos regalium Valencie qui vobis remanent ad solvendum a nobis de quinque milibus et trescentis solidos regalium quo vobis debebamus cum albarano nostro, quem recuperavimus a vobis. Quos omnes quatuor milia et trescentos solidos assignamus vobis habendos et recipiendos in redditibus nostris Aliazire solutis inde prius Petro Garçeç et an (*sic*) Damiata de denariis pro quibus tenentur ipsos redditus assignatos.

Datum Valencie, IIII^o kalendas marcii anno Domini MCC LXX tercio.

1274, febrero 26. Valencia.**2053**

Jaime I, rey de Aragón, concede al monasterio de Santa María de Gratia Dei (Zaidía) que no se pueda edificar a menos de diez palmos alrededor de sus muros, ni abrir ventanas ni terrazas desde donde pueda ser visto e inspeccionado su interior.

AZV. Caja III, perg. 37. ACA. Cancillería. Registro 19, f. 107v.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 991.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum et cetera, per nos et nostros concedimus vobis priori et conventui domus Valencie fratrum ordinis Sancte Marie quod quicumque in circuito domus seu monasterii vestri Valencie operabitur sive construet domos, habeat operari et construere ipsas domos longe per decem palmos a parietibus vestri monasterii, ita quod patuum discoopertum decem palmorum remaneat inter dictum monasterium et ipsas domos et vos satisfaciatis illis, quorum ipsum patuum sive patua fuerint, in precio ipsorum ad cognicionem et taxacionem iusticie et iuratorum civitatis Valencie. Concedimus eciam vobis quod illi qui in circuito dicti monasterii construent domos vel alia edificia non possint facere vel faciant ibi fenestras nec spectacula aliqua nec terratos planos, de quibus possit aliquid inspici vel videri in monasterio vestro.

Mandantes firmiter baiulo, iusticie, iuratis Valencie, tam presentibus quam futuris, quod predicta firma habeant et observent et non contraveniant aliqua racione.

Datum Valencie, IIII kalendas marcii anno Domini MCC LXX tercio.

1274, febrero 26. Valencia.**2054**

Jaime I, rey de Aragón, concede a Pedro Garcés, oficial de su casa, que pueda construir un molino en la acequia de Villarreal, en término de Almazora, y deje moler en él a quien quiera.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 109r.

Dominus rex dedit Petro Garçes, de domo sua, quod possit facere et construere unum molendinum/ in rivo de Millarç, subtus/ cequiam Ville Regalis, inter Almaçoram et quadam argamassam ipsius cequie et accipere aquam de rivo de Millarç/ ad ipsum molendinum dum modo dictum molendinum ibi fieri possit; et aquam ad ipsum molendinum de dicta cequia accipi sine preiudicio et dampno alterius, ad dandum, et cetera; et possint in eo molere quicumque molere voluerit in eodem, qui leo/ et suis inde dare teneantur pro ut cum eo inde potuerint convenire. Mandavit baiulis et universis aliis et subditis suis quod contra predicta non veniant.

Datum Valencie, IIII° kalendas marcii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1274, febrero 26. Valencia.**2055**

Jaime I, rey de Aragón, estipula lo que deben entregar a los oficiales reales los sarracenos de Beniarjó, que no será más que lo que debían entregar antes de conceder Gandía al infante don Pedro.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 109v.

Publ.: *El Archivo*, IV, pg. 311.

Nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum et cetera, per nos et nostros damus et concedimus vobis, Iacobo Castellani, civi Valencie, et vestris, quod sarraceni habitantes in alqueria nostra vocata Benizaryo, sita in termino Candie, non teneantur dare nec donent nec faciant nobis vel alcaido seu baiulo alicuy nostro aliquid nisi illud quod facere et dare consueverunt antequam karissimo filio nostro infanti P[etro] dedissemus Candiam; et contra predicta vel nostri aut aliquis alcaidus vel officialis noster eos sarracenos compellere non possimus, salvis tamen et exceptas nostris pedagiis et lo(*ilegible*) que et quos non intelligimus in predictis.

Mandantes firmiter baiulis, iusticiis, alcaidis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta firma habeant

et observent et non contraveniant nec aliquam contravenire permitant aliqua racione.

Datum Valencie, IIII kalendas marcii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1274, febrero 26. Valencia.**2056**

Jaime I, rey de Aragón, ordena a sus oficiales que no hagan ninguna petición o cobro a los sarracenos de la alquería de Beniarjó, de la cual hizo concesión a Jaime Castellá.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 109v.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum et cetera, fidelibus suis alcaido et baiulo Candie et de Bayren et aliis officialibus et subditis nostris eiusdem loci. Salutem et gratiam. Mandamus vobis firmiter quatenus visis presentibus literis decetero non petatis aliquid nec accipiatis a sarracenis alcherie de Benizaryo quam Iacobo Castellani habet in termino Candie nec compellatis etiam eos ad faciendum vobis aliquid contra concessionem nostram, quam eidem Iacobo fecimus cum carta nostra prout in ea continetur. Et hoc non mutetis.

Datum Valencie, IIII kalendas marcii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1274, febrero 26. Valencia.**2057**

Jaime I, rey de Aragón, llega a un acuerdo con el obispo de Valencia sobre los diezmos.

ACV. *Libro de la Bisbalia*.

Publ.: ALANYA, L., *Aureum Opus*, priv. 84.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 989.

Noverint universi quod cum contencio sive questio diu fuerit inter nos Iacobum, Dei gracia regem Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitem Barchinone et Urgelli et dominum Montispesulani, ex una parte, et vos fratrem Andream, Dei gracia episcopum Valentie, et decanum, precentorem, sacristam et capitulum valentinum, ex altera, super eo, videlicet quod vos, episcopo, decane, precentor et sacrista et capitulum valentinum, dicitis et dixistis pluries quod nos iniuriabamus vobis et ecclesie valentine, tam super tercia parte decimarum quam retinimus usque modo et modo percipimus in civitate et diocesi valentina, de castris et villis nostris, ex donacione eciam, quam promisimus in curia Montisoni ipsi valentine ecclesie faciendam, quam eciam super possessionibus mesquitarum, quas dedimus ipsi ecclesie, prout in instrumentis inde factis, plenius noscitur contineri. Ad que nos dicebamus respondendo, quod dictam terciam partem decimarum poteramus recipere et licite retinere, asserentes quod per bone memorie Ferrarium episcopum et capitulum Valencie dicta tercia decimarum, possessiones mesquitarum et ipsa eciam donacio nobis fuerant definita; receptis inde et ob hoc a nobis decem millia bisanciorum, quos nos dedimus episcopo et capitulo antedictis in recompensacionem omnium predictorum et vos, episcopo, decane et capitulum in contrarium respondentibus quod dicta definitio non valebat, pro eo, videlicet, quia per capitulum valentinum firmata non fuerit sed tantum per ipsum Ferrarium episcopum quondam Valencie et quinque canonicos ipsius ecclesie, qui tunc temporis de curia nostra erant, et eciam quod dicta diffinicio seu compositio in aliquo non valeret et nos dicebamus eam de iure valere. Tandem, nos Iacobus, Dei gracia rex predictus, attendentes et volentes quod dicta ecclesia, quam nos eripuimus de manibus paganorum et proprio sanguine acquisivimus ac redegimus ad cultum fidei christiane, specialibus privilegiis gaudere debeat, volentes eciam tollere et dirimere omnem questionem et materiam questionis, que inter succesores nostros et ipsam ecclesiam posset in posterum exoriri, cupientes eciam ora multorum claudere, qui possent dicere quod nos iura predicta ipsius ecclesie iniuriose et voluntarie detinemus, licet secundum conscienciam nostram nos teneri non credamus, tamen, ad

honorem Dei et Beatissime Virginis, matris eius, et ob remedium anime nostre et predecessorum nostrorum et quia vobiscum, nec cum dicta ecclesia nolimus litigare et in recompensacionem ac emendam petitionum omnium predictorum, quas modo nobis faciebatis, per nos et omnes successores nostros damus, concedimus et assignamus in perpetuum ad proprium, liberum et franchum alodium vobis fratri Andree, Dei gracia, episcopo, Petro Michaelis precentori et Guillelmo de Alarico sacriste valentino, recipientibus pro vobis et dicta ecclesia et pro decano eiusdem, cuius decani locus nunc vacat, ex eleccione venerabilis Iacobi de Rocha, decani olim valentini, qui electus est in oscensem episcopum et eciam consecratus, et qui in quibusdam aliis chartis anno transacto confectis inter nos et vos ac ipsum super predictis continebatur, que quidem casse et irritate facte sunt per medium, scilicet, in hunc modum; quod vos, episcopo, habeatis mediam et decanus cum capitulo aliam mediam, castrum nostrum et villam de Xulella et castrum nostrum et villam de Gargio sita in regno Valencie et diocesi vestra cum fortitudinibus ipsorum et hominibus et feminis, tam christianis quam sarracenis ibidem habitantibus et habitaturis cuiuscunque sunt vel erunt condicionis; et cum tercia parte nostra decime dicti castri de Gargio; et cum alqueriis, montibus, planis, vallibus, pascuis, herbis, aquis, aqueductibus, piscariis, lignis, nemoribus et vetatis et cum redditibus, exitibus, proventibus, peytis, cenis, zofris, questiis, bisanciis, erbaticis, bovaticis, exercitibus, cavalgatis et redempcionibus eorundem; et cum iusticiis omnibus et caloniis civilibus et criminalibus et cum omnibus aliis exaccionibus regalibus realibus et personalibus quocunque nomine censeantur et generaliter cum omnibus aliis iuribus, pertinenciis et affrontacionibus suis ac terminis, heremis et populatis, cultis et incultis que nos ibi habemus et habere debemus et sicut unquam melius tempore sarracenorum ad ipsa castra et villas pertinebant et pertinere debebant qualibet racione, modo vel causa et sicut melius et plenius nos modo ipsa castra et villas cum predictis omnibus et aliis iuribus nostris tenemus et possidemus ac tenere et possidere debemus, ad faciendas inde vestras et vestrorum omnimodas voluntates prout melius et utilius potest dici, scribi, intelligi et excogitari

ad vestrum et vestrorum commodum et bonum, sanum ac sincerum intellectum. Et convenimus vobis per nos et heredes ac successores nostros, predicta omnia et singula contenta superius et expressa que vobis damus, ut supra continetur, facere, habere et tenere perpetuo, in pace et esse defensores et guarantes inde contra cunctam viventem personam; obligantes nos et heredes ac successores nostros de firma et legali eviccionem et guarencia vobis et successoribus vestris. Retinemus, tamen, quod sarraceni ibi remaneant et retinemus eciam in dictis locis monetaticum nobis et successoribus nostris; hoc eciam retento, quod si aliquo tempore, per vos vel vestros nobis vel nostris questio moveretur super predictis tercia decime et possessionibus mesquitarum et donacione ipsius ecclesie, donacio predicta quam nunc facimus dicte ecclesie non haberet roboris firmitatem et vobis similiter remaneret salvum ius vestrum in predictis, prout modo habebatis.

Ad hec nos frater Andreas, Dei gracia, episcopus, Petrus Michaelis precentor et Guillelmus de Alarico sacrista Valencie et totum capitulum valentinum recipientes et gratam habentes donacionem seu emendam predictam pro nobis et decano ecclesie valentine, cuius locus nunc vacat, ut dictum est, approbamus, concedimus et firmamus per nos et successores nostros remissionem et deffinicionem factam de dictis tercia decime, donacione possessionibus mesquitarum a dicto quondam Ferrario episcopo et capitulo valentino vobis domino Iacobo, Dei gracia regi Aragonum, Maioricarum et Valencie, comiti Barchinone et Urgelli et domino Montispesulani, prout in instrumento, seu in instrumentis inde vobis factis plenius continetur. Et nos eciam de novo, vobis et vestris ex predicta causa per nos et nostros remittimus omnia supradicta, volentes eciam et concedentes quod dicte charte que super predictis, anno proximo preterito facte fuerunt inter vos dictum dominum regem et nos, in quibus vos debetis nobis dicto Iacobo de Rocha, tunc decano valentino, et dicte ecclesie dictum castrum de Xulella et castrum de Carricola, sint casse et irrite et nobis vel dicte ecclesie prodesse nec vobis predicto domino regi obesse valeant sive vestris; promittentes per nos et successores nostros vobis et successoribus vestris in perpetuum predicta omnia firma tenere et observare et nunquam in aliquo contravenire

per nos vel per interpositam personam, nec faciemus nec fieri aliquod permittemus contra predicta vel aliqua de predictis.

Quod est actum Valencie, quarto kalendas marcii anno Domini MCC LXX III.

Sig(*signo*)num Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani, qui predicta laudamus et concedimus.

Ego frater Andreas, valentinus episcopus, subscribo Ego G. Petri, archidiaconus Valencie, subscribo. Ego Guillelmus d'Arenys, canonicus valentinus, subscribo. Sig(*signo*)num Nicholai de Hungaria, canonici valentini. Ego Petrus Petri, canonicus Valencie, subscribo. Ego P. Michaelis, precentor valentinus, subscribo. Ego G. de Alarico, sacrista valentinus, subscribo. Ego Rodulfus, canonicus valentinus, subscribo. Ego Benedictus, canonicus valentinus, subscribo. Sig(*signo*)num Dominici Mathei, canonici valentini. Ego P. Cambrer, canonicus valentinus, subscribo. Ego A. Buscheti, canonicus valentinus, subscribo. Petrus de Sancto Clemente, scriptor domini infantis Petri, et Petrus Diez Moynoz.

Ego Raymundus de Munterols, scriptor iuratus Arnaldi Astruch notarii valentini, de mandato et auctoritate sua hec scripsi et imposui meum signum.

Sig(*signo*)num Arnaldi Astruch, notarii publici Valencie, qui hoc scribi fecit et in publicam formam redegit ac propria manu clausit loco, die et anno prefixis.

1274, febrero 26. Valencia.

2058

Jaime I, rey de Aragón, promete dar los diezmos al obispo y cabildo de Valencia.

ACV. *Libro de la Bisbalia*, p. 114.- A.R.V. *Manaments y emparees*. Año 1695, Lib. III, mano 25.

Publ.: HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 991¹³.

Noverint universi quod nos Iacobus... per nos et nostros promittimus in bona fide vobis, fratri Andree, Dei gracia episcopo, et capitulo valentino et successoribus vestris quod deinceps faciemus dari vobis et ecclesie integre decimas et primicias et omnia alia iura ecclesiastica, ab omnibus habitatoribus civitatis et diocesis valentine, prout in nostra sententia lata inter nos et dictos habitatores plenius et melius continetur. Et ad hoc faciendum, si opus fuerit compellemus et faciemus compelli per baiulos et officiales nostros civitatis et diocesis valentine habitatores predictos et non permittemus aliquem vel aliquos contravenire in aliquo contra nostram sententiam supradictam.

Datum Valencie quarto kalendas marcii, anno Domini M CC LXX III.

[1274, febrero 26. Valencia]

2059

Jaime I, rey de Aragón, establece las condiciones de paz y tregua y otras ordenanzas con la Iglesia, Órdenes Militares, caballeros y diversas gentes del reino de Valencia

Publ.: ALANYA, L., *Aureum Opus*, priv. 88 Jaime I, ed. CABANES, pgs. 113-115

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Valencie, etc., ad laudem et gloriam Filii Virginis, cuius dono et gratia cohoperantibus dictum regnum Valentie, de manibus infidelium eripuimus; ut fideles semper in eodem regno et Deo et sanctis laudes et preconia debita solvant humiliter et devote, et etiam quod gentes ibidem existentes in Dei servitio cum universis bonis et singulis eorum per operam pacis ac securitatis

¹³ El número 991 está duplicado en la obra de Huici. En éste debía figurar el número 990.

tranquilitatis nunc et semper gaudeant et letentur, paces perpetuas atque firmas in dicto regno Valentie instituimus, quas ab universis et singulis observari precipimus firmiter sub forma inferius constituta.

In primis, in dicta pace ponimus et constituimus ecclesiam cathedralem Valentie et omnes alias ecclesias constitutas et constituendas in eodem regno et omnia monasteria et loca religiosa, cum universis et singulis continentiis eorumdem et iuribus universis.

Item, in hac pace constituimus domos ordinum milicie Templi, Hospitalis Sancti Ioannis Iherosolimitani, Calatrave et Uclesii et aliorum quorumlibet ordinum, cum castris, villis, alchareis et quibuslibet aliis possessionibus et pertinentiis eorumdem sive quibuslibet eorum universis et singulis iuribus.

Item, in hac pace constituimus ricos homines, nobiles, milites sive burgenses et alios universos et singulos homines eiusdem regni cum eorum bonis et iuribus universis. Item, in hac pace constituimus mercatores, viatores, extraneos et privados, undecumque sint vel fuerint, euntes et redeuntes cum eorum mercimoniis et iuribus universis.

Item, in hac pace constituimus omnes caminos, vias, strata publica et privata, et omnes euntes, transeuntes et redeuntes in eis cum bonis eorum et iuribus universis.

Item, statuimus quod nullus sit ausus alium occidere quod qui occiderit moriatur, salvo in hoc casu foro Valentie, ut si in deffensione sui corporis vel rerum suarum quis alium occiderit, probando legitime modum defensionis. Verumtamen, si contigerit quod homicida fuerit nobilis vel miles, capiatur et detineatur firmiter captus quousque nobis significetur; et nos faciemus de eo et in eo quitquid facere debeamus et nobis secundum qualitatem sui status visum fuerit expedire. Et hoc facimus quia, licet ob reverentiam militum exequitio iusticie aliquantulum differatur, non auferetur propter hoc quin exequatur iusticia, qualis debeat suo loco et tempore sine mora.

Item, statuimus quod nullus sit ausus in caminum vel extra caminum occidere, capere, invadere, vulnerare vel aliquid de bonis suis auferre, etiam sub occasione pignoris. Quod si aliquis in hoc delinquerit de eo, fiat secundum quod in proximo capitulo de homicida est predictum. Tamen

si timeretur de fuga alicui rei, de tali casu iniuriam passus vel damnum sive creditor possit illum capere et bona sua, ea intencione ut reddat illum reversus et bona iusticie civitatis et castri vel ville propinquioris ubi hoc evenerit vel iuntariis vel aliis officialibus nostris. Et in tali casu, dum probetur legitime quod timore fugue illius rei factum fuerit, nullam penam sustineat huiusmodi pignorator vel etiam ocupator.

Item, statuimus quod nullus sit ausus in caminum emere aut recipere in pignus sive celare scienter uno modo vel alio, rem furatam, raptam, forciatam. Quod qui fecerit, rem illam amittat et restituatur statim sine aliquo pretio domino cuius fuerit, et ille talis emptor vel qui receperit rem illam impignore vel celaverit scienter, ut dictum est, tanquam malefactor sine remedio puniatur. Si vero ignoranter emerit vel pignus receperit vel celaverit, amittat rem illam et reddat incontinenti sine pretio aliquo domino cuius fuerit; et in hoc tamen casu, pena malefittii non teneatur. Tamen emptor vel detentor illius habeat recursum de re illa et interesse ad fideiussorem, si quem accepit, vel ad illum qui vendidit rem illam vel cui tradidit.

Et inter universa et singula que firmiter precipimus civitati fortius inhibemus quod nullus sit ausus emere vel recipere in pignus vel celare sarracenum vel sarracenam de pace nec aliquid de bonis eorum, nec dare huiusmodi malefittio aliquam operam vel effectum. Quod qui fecerit, ut sictum est, et sarracenum sive sarracenam et bona eorum amittat, et nihilominus erit pena malefittii obligatus. Illud idem mandamus de curritoribus et de aliis quibuslibet, si in predictis inventi fuerint delinquisse. Et e converso mandamus quod sarraceni de pace qui in aliquo erraverint contra christianos vel contra res illorum.

Item, statuimus quod nullus sit ausus ullo modo vel alio in caminis, montibus, hermis sive alio loco, capere, pignorare ganatos aliquos, grossos vel minutos in aliquo loco regni Valentie et specialiter non sit ausus pignorare ganatos Turoli et aldearum eiusdem, quos omnes et singulos grossos et minutos in ista pace constituimus. Quod qui contra fecerit, damno prius

in duplum restituto, pena malefittii teneatur, nisi esset in casu superius expressu, quod timeretur de fuga et quod illud posset legitime probari.

Item, statuimus quod, si aliquis malefactor vel iniuriator monitus fuerit vel citatus legitime, quod compareat coram locum nostrum tenente vel iusticia illius loci ubi comissum fuerit malefittium vel a superiuntario nostro citatus fuerit; et ille malefactor per se vel per procuratorem sufficientem noluerit comparere et stare iuri et sic per suam contumaciam iunta illius loci vel alie iunte cum ipsa iunta, si necesse fuerit, venerint super illum malefactorem et super bona ipsius, et huiusmodi malefactor, visis iuntis venire super se, ille si voluerit emendare vel proferebit firmancias de directo, primo et incontinenti emendet sive restituat in duplum, ut dictum est, passis damna illa sive res illas vel extimationem ipsarum rerum in duplum; et restituat et emendet superiuntariis et iunte omnes expensas et interesse, quas et quod fecerint propter illius malefactoris contumaciam, a die videlicet qua exierint de domibus eorum et in stando quousque reversi fuerint ad propria. Postmodum vero recipiantur fideiussores et causa illa per iudicium terminetur et in omni casu, quando pene predictae in duplum evenerint, medietas illius pene passis damna tradatur, reliqua vero medietas nostro erario applicetur.

Item, mandamus et constituimus quod si aliquis viderit vel cognoverit malefactorem manifestum cum maleficio vel sine maleficio, dum ipse malefactor sit manifestus, statim significet illum baiulo vel iusticie vel alcaydo vel supraiuntario vel officialibus, quem vel quos primo invenire poterit et ille vel illi officiales nostri statim incontinenti capiant malefactorem illum, sicut superius dictum est, vel secundum quod de iure et foro fuerit procedendum. Si vero ille qui viderit vel cognoverit, ut dictum est, in hoc negligens fuerit aut remissus scienter, vel dicti officiales nostri alieni se habuerint, quilibet istorum in suo casu, maleficio illo restituto in duplum, pena malefittii feriatur. Set si forte iste talis inventor sive cognitor malefactorum non poterit comode invenire aliquem de officialibus nostris, ipse habeat licentiam capiendi huiusmodi malefactorem et quod tradat illum officialibus nostris. Si vero in tali loco evenerit quod neutrum istorum

comode facere poterit, donec appellitum et audientes teneantur sequi appellitum persequendo malefactorem quousque capiant illum, si capere poterint; et si forte intraverit ille malefactor castrum vel villam nostram aliquam, vel castrum sive villam alterius cuiuslibet, alcaydus sive iusticia vel locumtenens domini in illo castro vel villa teneantur reddere malefactorem et malefictum et nisi fecerint, ex tunc iunta sive iusticie possint se tornare ad castrum et villam et ad omnia bona eiusdem loci, et de damno quod in dicto castro vel villa de bonis factum fuerit super fatica eorum, nunquam sit facta ulla emenda.

Mandamus quod una iunta teneatur sequi alteram si necesse fuerit vel monita fuerit. Mandamus denique quod omnes et singuli habitantes in regno Valentie, tam christiani quam sarraceni, de pace quilibet secundum legem suam, a quatuordecim annis ultra iurent dictam pacem fideliter observare; et qui iurare noluerint, sint extra pacem, et de damno quod eis factum fuerit nunquam compellatur aliquis eis in iudicium vel extra iudicium respondere.

Miles vero qui non fuerit secutus superiuntarios et iuntam pro defendenda pace, prestat XX solidos, pedonus vero decem solidos; de quibus habeat superiuntarius medietatem et nos aliam medietatem.

Et ut delinquentes forte sive malefactores, quod absit, contra pacem istam ob defectum officialium nostrorum qualemcumque excusationem habere non possint, mandamus superiuntariis et aliis officialibus nostris quod querelantibus, quilibet in suo officio sive loco faciant exhiberi iusticie complementum, alioquin pro certo habeant quod, si in exhibenda iusticia iuxta posse et scientiam eorum fuerint negligentes in aliquo vel remissi, penam condignam a nobis sine remedio scienter sustinebunt et habebunt.

Datum Valentie¹⁴.

¹⁴ El documento, dado en Valencia pero sin fecha crónica, está incluido en la obra de Alanya entre los de 1271. Sin embargo en la corrección de erratas que inserta al final, ofrece una cláusula cronológica completa, *Datum Gandie, IIII kalendas martii, a Nativitate Domini M CC LXX IIII*, que yerra de nuevo en el topónimo pues en ese día, mes y año el rey estaba en Valencia. Caso de aceptar

1274, febrero 26. Valencia.

2060

Jaime I, rey de Aragón, ordena a Carroz que pague los dos mil morabetinos que corresponden a la dote de María Ferrandiz, mujer de su difunto hijo Francisco.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 109r.

Publ.: CHABÁS, R., *El Archivo*, II, pg. 328.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.429.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, et cetera, viro nobili et dilecto Carrocio, domino Rebolleti. Salutem et dileccionem. Dicimus et mandamus vobis quatenus illa duo milia morbetinos que vos solvere debetis Marie Ferrandi, uxori quondam Francisci filii vestri, pro dote sua, racione arbitrii sive sentencie super hoc late a karissimo filio nostro infante P. solvatis et donetis in termino in dicta sentencia sive arbitrio assignato, \pro ut in ipsa sentencia continetur/, P. de Sancto Clemente, scriptori dicti filii nostri, qui ipsos morbetinos debet recipere pro dicto filio nostro racione obligacionis quam dicta Maria Ferrandi fecit sibi de eis. Et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum Valencie, IIII^o kalendas marcii, anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

Item fuit facta alia littera domini regis A. Scribe, baiulo et procuratori Valencie, quod, si dictus Carrocio non solveret in dicto termino duo milia morabetinorum, compellant eum inde et bona sua, non obstante aliqua littera in contrarium impetrata.

1274, febrero 26. Valencia.

2061

Jaime I, rey de Aragón, ordena a los bailes de Játiva y Beniopa que entreguen la bailía de Cárcer y Sumacárcer.

Gandía como fecha tónica, el documento habría de insertarse entre los de 1276, año en que día, mes y lugar coincidirían.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 109r.

Publ: FONDEVILLA, F., "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1112.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.430.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, etc. fidelibus suis, Guillelmo de Turribus baiulo Xative et Iacobo de Linariis baiulo Beniope. Salutem et gratiam. Mandamus vobis quatenus post visis presentibus incontinenti desemparetis David Mascharani vel cui voluerit loco sui, baiuliam de Carcel et de Sumacarcel et de Rahal de Beniamira quam tenebat pro karissimo filio nostro infante P[etro] racione sui debiti obligatam et ipse teneatur computare, inde de tempore de quo non computavit et recipere in solutum id quod de dicta baiulia habuit et recipit, et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum Valencie, IIII° kalendas marcii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1274, febrero 26. Valencia.

2062

Jaime I, rey de Aragón, concede a Pedro de Cardona, corredor de paños y cordobanes blancos, que pueda comprar y vender cualquier producto a excepción de los que es corredor.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 109v.

Nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, etc., concedimus et damus tibi, Petro de Cardona, curssori Valencie de pannis et de cordoanis albis, quod tu et alios curssores Valencie possis emere et vendere licite et secure, ad opus tui causa mercandi sicut alii mercatores quaslibet merces, exceptis [etiam] mercibus tantum de quibus curssor es seu fueris, sich pannis et cordobanis albis, de quibus ad opus tui emere nec vendere possis causa mercandi.

Mandantes firmiter baiulo, iusticie et iuratis et aliis officialibus et subditis nostris Valencie, presentibus et futuris, quod predicta firma habeant et

observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum Valencie, IIII° kalendas marcii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1274, febrero 26. Valencia.

2063

Jaime I, rey de Aragón, dona a Juana, panadera de doña Berengula Alfonso, doce denarios diarios para comida y vestido suyo y de su sierva.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 109v.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, etc., per nos et nostros damus et concedimus tibi Iohanne, panicerie dompne Berengarie Alfonsi quondam, in tota vita vestra, duodecim denarios cotidianos pro victu et vestitu tuis et unius ancille tue. Quos quidem assignamus tibi habendos et recipiendos in redditibus et exitibus ac iuribus nostris omnibus tabule nostre Valencie de mense in mense dum vita fuerit tibi comes.

Mandantes firmiter baiulo Valencie, tam presentibus quam futuris, quod de redditibus dicte tabule persolvant et dent tibi de mense in mense, ut superius continetur, et predicto firma habeant et observent et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum Valencie, IIII° kalendas marcii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1274, marzo 4. Uldecona.

2064

Jaime I, rey de Aragón, concede a los pobladores de Villarreal la gabela de la sal y una extensión de monte para bovalar de sus ganados.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 111r.

Per nos et nostros damus et concedimus universis et singulis populatoribus Ville Regalis, tam presentibus quam futuris, gabellam salis in dicta Villa Regali et unum miliare montis termini ipsius pro boalaro super cequiam eiusdem populacionis. Ita inde quod semper sit gabella salis in dicta Villa Regali de qua gabella vos et alii quicumque salis habere et accipere valeatis vobis et ipsis. Dantes nobis et nostris pro ipso sale quam inde accipiatis, tantum quantum inde datur seu dabitur nobis in Burriana et habeatis etiam unum miliare, ut dictum est, de monte termini dicte Ville Regalis pro boalaro et usus vestros et vestrorum ac bestiarum vestri.

Mandantes, et cetera.

Datum in Uyldecona, IIII^o nonas marcii anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

1274, marzo 4. Ulldacona. 2065

Jaime I, rey de Aragón, concede a los pobladores de Villarreal que todos los que acudan a su feria anual durante los seis próximos años queden exentos de leuda y peaje.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 112r.

Per nos et nostros concedimus vobis, universis et singulis populatoribus Ville Regalis, tam presentibus quam futuris, quod firam quam vobis concedimus in dicta populacione tenendam singulis annis habeatis francham et liberam vos et venientes ad ipsam firam per sex scilicet annos primos venturos et continue completos. Ita scilicet quod aliqui mercatores vel alii ad ipsam firam venientes non teneantur dum ipsam firam durabit, nec introitu vel exitu eiusdem fire dare nobis vel nostris vel alicui loco nostri, pro mercibus vel rebus quas ibi vendent seu ement, pedagium aliquod sive lezdam, set sicut inde franqui et liberi per sex annos predictos. Post predictos vero VI annos sint nobis iura nostra salva in eadem fira.

Mandantes, et cetera.

Datum Uyldecona, IIII nonas marcii anno Domini millesimo CC^o LXX^o tercio.

1274, marzo 6. Tortosa. 2066

Jaime I, rey de Aragón, concede a Domingo Vaquero, vecino de Teruel, dos jovasdas de tierra en la cañada del Peral, término de Teruel.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 111v.

Publ.: GARGALLO, A., *El concejo de Teruel en la Edad Media, 1177-1327*, IV, doc. 108.

Pridie nonas marcii anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio concedit dominus rex Dominico Vaquero, vicino Turolii, terram in canyada del Peral, in termino Turolii, videlicet quantam poterint laborare duo paria bovum in anno, ad vendendum, dandum, impignorandum et alienandum exceptis militibus, et cetera.

Datum Dertuse.

1274, marzo 6. Tortosa. 2067

Jaime I, rey de Aragón, confirma a los pobladores de Villarreal el reparto llevado a cabo por sus oficiales.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 112r.

Per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus vobis, universis et singulis populatoribus populacione nostre Ville Regalis, omnes donaciones et asignaciones vobis fecimus de patuis ad opus domorum et aliis hereditatibus nostris, quas habetis in dicta populacione per fideles nostros A[rnaldum] Scribam, baiulum nostrum Valencie et procuratori regni eiusdem, et per fratrem P[etrum] Peyroneti, comendator Burriane domus milicie Templi,

et per P[etrum] de Iuneda, vicinum Burriane, divisores dictarum hereditatum et patuorum prout ipsas hereditates et patua tenetis et possidetis.

Mandantes baiulis et cetera.

Datum Dertuse, II° nonas marcii anno Domini M° CC° LXX° tercio.

1274, marzo 9. Tarragona.

2068

Jaime I, rey de Aragón, reclama a Ramón de Cardona los feudos que por él tiene.

ACA. Cancillería. Registro 22, f. 3.

Publ.: CUBELLS, M., *Revue Hispanique*, t. 37, 146.

FONDEVILLA, F., "La nobleza catalano-aragonesa", *JCHCA*, II, pg. 1113.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.431.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, etc. viro nobili et dilecto Raymundo de Cardona. Salutem et dileccionem. Ben sabiatz vos que pus nos partim de Monpesler l'an qui passat es, vos enviam a pregar e manar per nostres letres que us aparellasetz de seguirnos e de servirnos la honor e'ls feus que tenietz per nos en lo viatge que vuliem fer en ajuda del rey de Castella contra sarrayns e contrals crestians qui ab los sarrayns s'eren levatz contra el, e nos no li pudiem fallir a son desheretament. E encara car aquella cosa era tan fort que venia contra Deus e contra el dit rey de Castella qui tant avia ab nos, que la seua terra tenim per nostra, car nostres netz la deven heretar e no pudiem mudar que no aemprassen nostres homes e majorment aquelles que tenien be de nos, majorment encara com en aquel viatge a peril de nostra persona, car esperavam d'aver bataylla, e d'açò tramesen vos III o IIII parels de letres; puis nos estan en Leyda, vengues davant nos, nos cuydan que venguessetz aparellaiz danar en nostre servii. E pregam e manam vos quens seguissetz en lo viatge damontdit e'ns servissetz los feus e la honor que per nos tenitz; e quam vos per alcunes varies escusacions vos volguessetz escusar, mostram vos en plena cort per les cartes feites entre nos e vos, sobre fait de la honor que de nos tenitz,

quens sotz tengutz de fer nos servii en tot loc on nos volguessem per aquella honor. E aitambe mostram vos per les cartes feites entre nos e vos sobre fait dels feus e per l'usatge de Barcelona majorment, quens sotz tengutz de fer ostz e cort e seguimentz en tot loc on fossem; la qual cosa avetz feita totz tempz vostres antecessors e vos a nos, e anc per tot açò nons volgues seguir en lo dit viatge, ne fer nos servii aquel que fer nos devietz per la honor e per los feus que tenitz de nos, ans dixes denant nostra cort que nons y serviriets per deute, de la qual cosa nos maravellam lavora, e encara nons partim daquela maravella que nostres homes qui tenguen feu ni honor per nos que diguen que no iran ab nos la on nostra persona vaja, e encara que nos los volguessen enviar faen los lurs obs que no facen nostre manament, saben que nos anavem aixi com dit es a esperança d'aver bataylla on ha tan gran peril. Encara com nos apres d'açò manassem cort a Valencia per lo fait nostre e del infant en Pere, fil nostre, manam vos que a aquella cort venguessetz a nos, quom, segons que dit es desus, vos siatz tengut per feus que tenitz de nos e per naturalea de fernos cortz e seguimentz, la qual cosa no volgues fer, jasia que d'açò vos tramesessen II o III pareyls de letres, hon quom nos aquestes coses no puscan passar ni sufrir sens dan e sens preiudici de nostra seynoria emparam vos la honor que tenitz per nos e aitambe emparam vos los feus que tenitz per nos per raho de falliment de servii. E manam vos quens donetz poztat de totz los castells e locs que tenitz per nos per raho del dit falliment de servii, e en loc nostre an G. Durfort, veget de Barcelona, de totz los castels e locs que tenitz per nos en la batlia de Barcelona, e an G. de Castelnou, veget de Gerona, de totz los castels e locs que tenitz per nos en la vezeria de Gerona, e an R. Fort, veget de Cerdayna e de Conflent, de tots los castels e locs que tenitz per nos en la vezeria de Cerdayna e de Conflent. E açò per re no mudetz.

Datum Terrachone, VII idus marcii anno Domini MCC LXX tercio.

1274, marzo 15. Barcelona. 2069

Jaime I, rey de Aragón, concede a los habitantes de Tárrega la escribanía y la carnicería de la villa por trescientos sueldos de censo anuales.

ACA. Pergs. *Jaime I*, núm. 2185.

Facsimil en MIRET Y SANS, *Itinerari de Jaume I*, apend. XVIII.-
HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.432.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus vobis, probis hominibus et toti universitati Tarrege, presentibus et futuris, imperpetuum, scribaniam et carniceriam ville de Tarrega, sicut ipsas scribaniam et carniceriam melius habebatis et possidebatis antequam nos donacionem seu donaciones alicui seu aliquibus fecissemus de ipsis, ita, videlicet, quod pro censu dictarum scribanie et carnicerie donetis semper de cetero nobis et nostris trescentos solidos Barchinone monete ternalis, quolibet anno, in festo Nativitatis Domini. Et sic volumus quod habeatis, teneatis et possideatis de cetero dictam scribaniam et dictam carniceriam cum omnibus iuribus earumdem, sine aliquo impedimento nostro et nostrorum seu alicuius persone; dantes vobis licenciam et plenum posse ponendi de cetero scriptores, quoscumque volueritis, utiles et necessarios in scribania predicta et removendi insufficientes; et ponendi similiter in dicta carniceria pensum ad ponderandum carnes que ibidem vendentur, prout in Terrachona vel Monte Albo est fieri consuetum vel prout vobis iuste videbitur expedire. Concedimus, insuper, vobis quod quodcumque, intus villam de Tarrega vel extra, in termino eiusdem dabitur nobis ei nostris dictos trescentos solidos censuales in certis censualibus et competentibus per vos emptis, que non se teneant pro nobis, ad cognitionem, videlicet, illius baiuli nostri Tarrege, qui pro tempore fuerit, quod vos ex tunc habeatis dictas scribaniam et carniceriam franchas et liberab ab omni censu sicut melius el utilius dici vel intelligi potest, ad vestrum bonum et sincerum intellectum, non obstantibus aliquibus donacionibus vel

concessionibus a nobis inde factis scriptoribus et carnificibus Tarrege seu aliquibus aliis personis cum cartis vel sine cartis. Mandantes vicario, baiulo, curie et universis aliis officialibus nostris Tarrege, presentibus, videlicet, et futuris, quatenus predicta firma habeant et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliquo modo vel aliqua racione.

Datum Barchinone, idus marcii, anno Domini M CC LXX tercio.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: G. de Cervilione, Berengarius de Cardona, G. de Curia, Garssias de Castroaciolo, Albertus de Mediona.

Sig(*signo*)num Michaelis Violeta, qui mandato domini regis hec scribi fecit loco, die et anno prefixis.

1274, marzo 18. Barcelona. 2070

Jaime I, rey de Aragón, regula los precios que deben cobrar los horneros de la villa de Cervera por el pan. Asimismo dispone que si alguno fuera endeudado por causa de la questia sea resarcido.

AHCT. *Llibre de Privilegis de Tárrega*, II, ff. 12r-v.

Publ.: VV. AA. *Els llibres de privilegis de Tárrega (1058-1473)*, núm. 13.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fideli suo baiulo de Tarrega, presenti et futuro. Salutem et gracam. Noveritis nos concessisse cum presenti carta nostra toti universitati hominum de Tarrega quod non teneantur de cetero dare vel solvere furnariis de Tarrega nec dominis furnorum, pro pugia sive furnagio de pane de frumento, nisi tantum unum panem de frumento de viginti et quatuor panibus de frumento et de quolibet alio blado, unum panem de viginti panibus. Et similiter quod aliquis furnarius de Tarrega nec dominus furni non sint ausi inde recipere magis, nec sint ausi recipere inde aliquod aliud servicium nisi predictum furnagium sive

pugiam tantum nec sint ausi tenere in quolibet furno Tarrege nisi unam bolferam tantum. Quare mandamus vobis quatenus istud observari ab omnibus furnariis et dominis furnorum de Tarrega, presentibus et futuris, inviolabiliter faciatis et hoc eis ex parte nostra iniungatis sub pena viginti solidorum Barchinone de terno. Quam penam ab ipsis et a quolibet ipsorum habeatis quocienscumque deliquerint in predictis. Et si forte dicti furnarii seu domini dictorum furnorum voluerint quod predicti furni sui cessent et noluerint quod decocant nisi ut consueverant, vos nichilominus compellatis eos ad deconquendum panes hominum de Tarrega sub forma predicta, vel vos dictos furnos calefici faciatis ad decoquendum panes antedictos ad modum predictum.

Noveritis eciam nos concessisse dicte universitati de Tarrega quod si aliquis ipsorum fuerit pignoratus intus villam de Tarrega vel extra in aliquo alio loco racione alicuius alius de Tarrega pro eo quod in questiis nostris vel aliis regalibus exactionibusolvere tenebatur, quod ille vel illi, pro quibus pignora fiet, teneatur emendare et restituere pignorato totum dampnum quod sustinuerit racione pignore antedicte. Quare mandamus vobis quatenus istud ex parte nostra observari et compleri nichilominus faciatis et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum Barchinone, XV^o kalendas aprilis anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio.

1274, marzo 19. Barcelona.

2071

Jaime I, rey de Aragón absuelve a los herederos del judío Astrugo de cualquier demanda que pudiera hacerles con motivo de su suicidio y por los insultos que éste hizo sobre su persona.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 115v.

Publ.: Bofarull, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 925.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.433.

Noverint universi quod, cum coram Guillelmo de Puteo baiulo curie Montispesulani, fuisset denunciatum quod Astrugus, filius quondam Vitalis de Carcassona iudei, inflixerat sibi mortem nec non et crimen comiserat lese magestatis, dum vivebat, dicendo quedam verba iniuriosa contra nos Iacobum, Dei graciā regem Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitem Barchinone et Urgelli et dominum Montispesulani, et dictus baiulus super hoc inquisitionem fieri fecisset et, facta eadem, Tauroç de Belcayre et Bondia de Belcayre, iudei, generi dicti Astrugui quondam, transcriptum de eadem nobis aportassent sigillo dicte curie sigillatum et nos, vissa et intellecta inquisitione predicta et dictis testium receptis in eadem, invenerimus nichil fore probatum de hiis que denunciata fuerant contra eum. Ideo nos Iacobus, Dei gracia rex predictus, per nos et nostros absolvimus et diffinimus omnem petitionem, questionem et demandam, quam heredibus dicti Astrugui et in bonis que fuerunt dicti Astrugui facere poteramus occasione denunciacionis predictae; ita, scilicet, quod occasione predicta non possimus nos vel nostri aliquid heredibus dicti Astrugui vel in dictis bonis petere, exigere seu demandare, set sint a nobis et nostris inde ipsi heredes dicti Astrugui cum omnibus bonis que fuerunt Astrugui quitii et penitus perpetuo absoluti, prout melius potest dici vel intelligi ad bonum et sincerum intellectum. Mandantes baiulo, curie Montispesulani et curialibus eiusdem curie, presentibus, scilicet, et futuris, quod dictam absolucionem et remissionem nostram firmam habeant et observent et faciant observari, ut superius continetur, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Datum Barchinone, XIII kalendas aprilis anno Domini M CC LXX tercio.

1274, marzo 19. Barcelona.

2072

Jaime I, rey de Aragón comunica a doña Teresa Gil de Vidaure y a su hijo Jaime que se preparen para servirle con sus caballeros.

ACA. Cancillería. Registro 18, f. 65r.

Publ.: FONDEVILLA, F., "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1117.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.434.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum etc. dilecto domino Iacobo et domine Theresie Egidii de Bidaure. Salutem et dileccionem. Noveritis quod racione cuiusdam facti quod facere intendimus, vestrum habere credimus servicium necessarium in brevi; quare mandamus vobis firmiter quatenus sitis parati cum militibus vestris et cum equis et armis et aliis apparamentis vestris et eorum servire nobis honorem, quem pro nobis tenetis, sic quod statim, cum a nobis litteras alias receperitis et mandatum, sitis nobiscum cum dictis vestris militibus ubicumque nos fuerimus et vobis per predictas nostras litteras dabimus in mandatis. Et hoc aliquatenus non mutetis. Hoc, autem, significamus vobis ad hoc ut non possitis dicere quod istud non fecimus vobis sciri ante tempus in quo bene possetis vos preparari.

Datum Barchinone, XIV kalendas aprilis, anno Domini M CC LXX tercio.

1274, marzo 20. Barcelona.

2073

Jaime I, rey de Aragón, dispensa a los yernos del suicida Astrugo de cualquier demanda.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 115v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *ICHCA*, II, pg. 925.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.435.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli ei dominus Montispeulani, per nos et nostros remitimus, absolvimus et deffinimus vobis, Tauroz de Belgayre et Bondie de Belgayre, iudeis, generis quondam Astrugi, filii Vitalis de Carcasona, recipientibus pro vobis et pro heredibus dicti

Astrugi et eciam pro Salamias de Lunello, genero dicti Astrugi quondam, et vestris imperpetuum, omnem petitionem, questionem et demandam et omnem penam civilem et criminalem, quam contra vos et contra dictum Salamias vel contra bona dicti Astrugi possemus facere vel movere aut infligere vel imponere racione aliquorum per nos vel per dictum Astrugum vel per dictum Salamias comissorum usque in odiernum diem, ita, videlicet, quod racione aliquarum iniuriarum vel criminis factarum aut comissi usque in hunc diem per dictum Astrugum aut per vos non possimus nos vel nostri vobis vel vestris, dictis generis quondam Astrugi, petitionem aliquam facere vel movere, set sitis inde cum omnibus bonis vestris et eciam omnia bona dicti Astrugi quondam quitii et penitus absoluti, prout melius dici potest etc. Mandantes etc.

Datum Barchinone, XIII kalendas aprilis, anno Domini millesimo M CC LXX tercio.

1274, marzo 20. Barcelona.

2074

Jaime I, rey de Aragón, dona a Pedro Zaplaza y los suyos ciertos solares para edificar, dos huertos y seis jovadas de tierra en Villarreal, todo ello en las condiciones acostumbradas.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 120v.

Datum Barchinone, XIII kalendas aprilis anno Domini M° CC° LXX° tercio, dedit dominus rex per hereditatem propriam Petro Zaplaza et suis quoddam patuum terre ad opus domorum et duos ortos et sex iovatas terre in populacione Ville Regalis, planicie Burriane, cum suis affrontacionibus. Et quod faciat ibi residenciam personalem et non possit eam vendere usque ad decem annos, nec vendere sanctis, militibus et personis religiosis.

1274, marzo 21. Barcelona.**2075**

Jaime I, rey de Aragón, entrega a Alberto de Mediona el castillo de Cabrera a cambio del de Altea.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 117v.

Publ.: GUTIERREZ, M. *Monografía de Altea*, pg. 138.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.436.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros, in concambium et emendam castri de Altea, siti in regno Valencie, quod vobis Alberto de Mediona et vestris dederamus in feudum, quod quidem nobis reddidistis, damus et concedimus vobis, dicto Arberto de Mediona, et vestris, imperpetuum, per hereditatem propriam in feudum, secundum consuetudinem et usaticum Barchinone, castrum et villam de Cabrera, sitam et situm in Catalonia, iuxta villam de Apiaria, cum hominibus et feminis ibidem habitantibus et habitaturis et cum terris heremis et populatis, cultis et incultis, et cum aquis et aquarum ductibus, erbis, pratis, pascuis, venacionibus, nemoribus, silvis, garricis, lignis, furnis, molendinis et cum omnibus redditibus, exitibus, proventibus, questiis, coloniis, iusticiis civilibus seu pecuniariis et cum omnibus aliis iuribus nostris et pleno dominio que in dictis castro et villa habemus et percipimus et habere et percipere debemus qualicumque ratione vel causa, exceptis iusticiis criminalibus quas nobis et nostris penitus retinemus; ita, videlicet, quod dictum castrum et villam cum omnibus et singulis supradictis, exceptis iusticiis criminalibus, teneatis vos et vestri perpetuo pro nobis et nostris in feudum cum eorum pertinenciis universis et quod nobis serviatis vos et vestri et servire teneamini nobis et nostris, secundum consuetudinem Catalonie, feudum predictum et quod etiam homines nostros de Apiaria et aliorum locorum nostrorum teneamini vos et vestri recipere, emparare et deffendere in ipsis castro et villa, si eis necessarium fuerit contra omnes personas. Et sic habeatis vos et vestri imperpetuum dictum castrum et villam, cum omnibus pertinenciis et iuribus suis ac aliis omnibus et singulis supradictis, ad dandum, vendendum,

impignorandum, alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates, cui et quibus volueritis faciendas, exceptis militibus, sanctis, clericis et personis religiosis et salva nostra et nostrorum fidelitate ac salva etiam nobis potestate in dictis castro et villa; quam quidem vos et vestri nobis et nostris pro ipsis dare teneamini, irati et paccati, secundum usaticum et consuetudinem Barchinone, quandocumque et quocienscumque inde a nobis et nostris oretenus vel per nuncium aut per litteras fueritis requisiti. Et si vos vel vestri unquam aliquo tempore in aliquo loco terminorum dictorum castri et ville aliquam fortitudinem construxeritis seu construhi feceritis, pro eadem similiter vos et vestri nobis et nostris homagium faciatis et facere teneamini et donetis et dare teneamini de ipsa nobis et nostris potestatem, sicut de castro predicto de Cabrera facere teneamini, ut superius continetur. Ad hec, ego Arbertus de Mediona, recipiens a vobis domino Iacobo, Dei gracia rege Aragonum predicto, dictum castrum et villam in concambium castri de Altea predicti, quod mihi dederatis et ego vobis nunc reddidi et deseparavi, ut est dictum, confiteor per me et meos tenere in feudum a vobis et vestris dictum castrum et villam de Cabrera cum terminis et pertinenciis suis et aliis omnibus iuribus eorundem, promitens vobis et vestris per me et meos successores vobis et vestris pro ipsis castro et villa facere homagium ore et manibus comendatum, iuxta usaticum Barchinone, et evenio inde vasa Illus et homo ac fidelis vestri et vestrorum et promitto etiam per me et meos vobis et vestris, irati atque paccati, potestatem de ipsis castro et villa quandocumque et quocienscumque ego vel mei inde a vobis vel vestris, ut dictum est, fuerimus requisiti et servire vobis et vestris ipsum feudum, ut superius continetur, ac omnia alia supradicta et singula attendere et complere, ut superius continetur, et non contravenire in aliquo aliqua ratione.

Datum Barchinone, duodecimo kalendas aprilis anno Domini MCC LXX III.

1274, marzo 22. Barcelona. 2076

Jaime I, rey de Aragón, confirma a Guillemón Daroca, hijo de Jofré de Daroca, la donación que Roberto, príncipe de Tarragona, y su mujer habían hecho a su familia de la sayonia de dicha ciudad y el rey Alfonso II había confirmado.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 116r.

Publ.: MIRET I SANS, "La familia de Robert Bordet", *II CHCA*, I, pg. 72.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex . . . , per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus tibi, Guillemono Darocha, filio quondam Iaufredi de Darocha, et tuis imperpetuum, donacionem quam Rotbertus, olim bone memorie princeps Terrachone, et Agnes, uxor eius, fecerunt cum carta Guillelmo Darocha, proavo tuo, et filio suo Iaufrido, de saonia Terrachone; et donacionem eciam et confirmacionem factam de predicta saonia Guillelmo de Darocha per illustrem regem Ildefonsum, bone memorie avum nostrum . . . Promittentes quod contra dictam donacionem non veniemus nec aliquem venire faciemus . . .

Datum Barchinone, XI kalendas aprilis anno Domini MCC LXX tercio.

1274, marzo 22. Barcelona. 2077

Jaime I, rey de Aragón, manifiesta haber recibido de Jahudá de Cavallería, baile de Zaragoza, diez mil sueldos jaqueses con motivo del viaje que debe hacer al Concilio de Lyon.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 117r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 926.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.437.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, recognoscimus et confitemur debere vobis, Iaudano de Cavalería, baiuio

nostro Cesarauguste et vestris, decem milia solidos iaccenses quos nunc nobis mutuastis ad opus viatici, quod fecimus et facere intendimus ad concilium generale domini pape et quos per Astrugum, filium vestrum, nobis apud Barchinonam misistis, Et quia de ipsis sumus a vobis bene paccati, renunciamus excepcioni non receptorum et non numeratorum denariorum predictorum et doli. Quos quidem decem milia solidos iaccenses assignamus vobis et vestris habendos et percipiendos in redditibus, exitibus ac aliis iuribus nostris baiulie Cesarauguste simul cum aliis debitis, que vobis debemus, et pro predictis decem milibus solidis omnes predictos redditus, exitus et iura alia nostra eiusdem baiulie vobis et vestris specialiter obligamus. Volentes et vobis nichilominus concedentes quod dictos redditus, exitus et alia iura nostra predicta tamdiu habeatis et teneatis et percipiatis, quousque sitis persoluti ex toto de predictis decem milibus solidis et de omnibus aliis debitis que vobis debemus et pro quibus predictos redditus, exitus et alia iura ante dicta tenetis a nobis obligata.

Datum Barchinone, undecimo kalendas aprilis, anno Domini millesimo CC LXX tercio.

1274, marzo 23. Barcelona. 2078

Jaime I, rey de Aragón, exime a Isaach Astrugo de toda demanda en la muerte de su suegro Caramida, habitante en Menorca.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 117v.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 926.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.438

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros remittimus, absolvimus et diffinimus tibi, Izacho Astruch, filio Astrugi de Barchinona, et tuis, imperpetuum, omnem petitionem, questionem et demandam quam tibi facere possemus et omnem penam civilem et criminalem, quam super te imponere possemus, occasione mortis

Caravide iudei, soceri sui qui in Minorica morabatur. Ita, scilicet, quod occasione dicte mortis non possimus nos vel nostri de cetero tibi vel tuis petitionem aliquam facere vel movere, set sitis inde tu et tui cum omnibus bonis tuis, habitis et habendis, quitii et penitus perpetuo absoluti, prout melius dici potest vel intelligi, ad tuum et tuorum bonum et sincerum intellectum, te, tamen faciente amicis et parentibus dicti interfecti querelantibus de te, occasione dicte mortis, iusticie complementum. Mandantes vicariis, baiulis, curiis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod dictam absolucionem et omnia predicta firma habeant et observent et non contraveniant aliqua racione.

Datum Barchinone, X kalendas aprilis, anno Domini MCC LXX III.

1274, marzo 24. Barcelona. 2079

Jaime I, rey de Aragón, ordena a P. de Berga que le entregue los feudos y lugares que tiene por él a Guillermo Durfort, su veguer en Barcelona.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 6v.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone etc., viro nobile et dilecto P. de Berga. Salutem et dileccionem. Cum idem defectus servicii nos emparaverimus vobis honores et feuda quos et que tenebatis a nobis et mandaverimus vobis per litteras nostras ut daretis nobis potestates de castris et locis que pro nobis in feudum tenetis ratione deffectus dicti servicii et hoc non dum feceritis adhuc, vobis dicimus et mandamus quatenus ratione deffectus servicii antedicti donetis nobis dictas potestates pro ut in literis nostris, quas iam super hoc vobis misimus, ut est dictum, continebatur. Quas quidem potestates tradatis loco nostri Guillelmo Durfortis, vicario nostro Barchinone et loco eius Ferrario, porterio nostro, latori presencium pro deffectu scilicet servicii antedicti. Et hoc aliquatenus non mutetis nec differatis.

Datum Barchinone, IX kalendas aprilis, anno, et cetera. [MCC LXX tercio].

1274, marzo 24. Barcelona. 2080

Jaime I, rey de Aragón, ordena a Guillermo de Monclús que le entregue el castillo de Sarroca a Pedro de Orta, su veguer en Valls.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 6v.

Publ.: FONDEVILLA, F., "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1117.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.439.

Iacobus etc. dilecto suo Guillelmo de Montecluso. Salutem et dileccionem. Cum Berengarius de Cardona deffecerit nobis in servicio, quod nobis facere debebat pro honore et feudis que a nobis tenebat et ideo, propter defectum servicii, emparaverimus eidem ipsum honorem et feuda, mandamus vobis quatenus donetis nobis potestatem de castro de Ça Rocha et loco nostri Petro de Orta, vicario vallensi, ocassione fallimenti dicti servicii. Et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum Barchinone, IX kalendas aprilis, anno Domini M CC LXX tercio.

1274, marzo 25. Barcelona. 2081

Jaime I, rey de Aragón, manifiesta haber recibido de Bartolomé de Porta, su escribano, seis mil sueldos barceloneses para su viaje al Concilio de Lyon.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 119r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *ICHCA*, II, pg. 934.

Nos Iacobus, Dei gracia etc., recognoscimus et confitemur debere tibi Bartholomeo, de Porta, scriptori nostro, et tuis sex mille solidos Barchinonenses, quos nunc in Barchinona mutuasti nobis ad vestes familie nostre, et debemus tibi mille trescentos et viginti solidos Barchinonenses, quos nobis modo similiter mutuasti ad quitationem familie nostre, et ipsos dedisti pro nobis Petro Marti, tenenti locum scriptoris porcionis domus nostre, et debemus tibi mille et quingentos solidos Barchinonenses, quos tibi damus pro ducentis solidis Barchinonensibus quos tibi dederamus singulis annis in vita tua cum carta nostra in redditibus et exitibus nostris Ville Maioris percipiendos, quos quidem a te nunc recuperavimus et ipsam cartam similiter a te recuperavimus et habuimus atque fregimus. Et sit in summa que debemus tibi inter omnia predicta octo mille octingentos et viginti solidos Barchinonenses, quos quidem denarios assignamus tibi habendos et percipiendos in denariis quos nunc aliame iudeorum terre nostre nobis donant pro viatico de Lucduno.

Datum Barchinone, VIII.º kalendas aprilis anno Domini Mº CCº LXXº quarto.

1274, marzo 25. Barcelona.

2082

Jaime I, rey de Aragón, reclama nuevamente al vizconde de Cardona la entrega de sus feudos.

ACA. Cancillería. Registro 22, f. 6r.

Publ.: FONDEVILLA, F., "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1115.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.440.

Iacobus, Dei gracia etc., dilecto R. de Cardona. Salutem et dileccionem. Cum racione defectus servicii nos emparaverimus vobis honores et feuda, quos et que tenebatis a nobis, et mandaverimus vobis per litteras nostras ut donaretis nobis potestates de castris et locis, que pro nobis in feudum tenetis, racione deffectus dicti servicii et hoc nondum feceritis adhuc,

vobis dicimus et mandamus quatenus, racione deffectus servicii antedicti, donetis nobis dictas potestates, prout in litteris nostris quas iam super hoc vobis misimus, ut est dictum, continebatur; de quibus quidem potestatibus tradatis Guillelmo Durfortis, vicario nostro Barchinone, et cui ipse vobis significaverit per literas suas, loco sui, potestates omnium castrorum et locorum que tenetis pro nobis, in baiulia Barchinone, occasione sive deffectu servicii antedicti; et potestates aliorum castrorum donetis, loco nostri, illis quibus iam vobis mandavimus per alias nostras literas supradictas, pro ut in eisdem continebatur, pro deffectu servicii ut est dictum. Et hoc non mutetis nec differatis aliqua racione.

Datum Barchinone, VIII kalendas aprilis anno Domini M CC LXX quarto.

1274, abril 1. Torroella de Montgrí.

2083

Jaime I, rey de Aragón, concede vitaliciamente a Poncio de Lobera la baiulia de Cervera, donada antes a Jaime de Valle pero que no pudo ejercerla a causa de algunos impedimentos.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 120r.

Noverint universi quod cum nos Iacobus, et cetera, dedissemus Iacobo de Vallo baiuliam Cervarie in vita sua cum carta nostra et modo pro aliquibus impedimentis que dictus Iacobus habebat non posit intendere in facto dicte baiulie. Ideo, de assensu et voluntate prefati Iacobi de Vallo, per nos et nostros damus et concedimus tibi, Poncio de Lobera, totam predictam baiuliam Cervarie diebus omnibus vite tue et dum bene et fideliter in officio eiusdem baiulie te habebis. Volentes et concedentes tibi, Poncio antedicto, dictam baiuliam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis habeas de cetero dum vixeris et bene ac fideliter in ipso officio te habebis, pro ut dictus Iacobus de Vallo ipsam habebat in vita sua; et habeas ac percipias inde pro tuo officio et labore quicquid dictus Iacobus inde habere et percipere

debat pro suo officio et labore sicut in carta predicta, quam inde habebat dictus Iacobus de Vallo, melius et plenius continetur.

Mandantes et cetera.

Datum in Turrucella de Montegrino, kalendas aprilis anno Domini M° CC° LXX° quarto.

1274, abril 2. Peralada.

2084

Jaime I, rey de Aragón, reclama al vizconde de Cardona la entrega de sus feudos.

ACA. Cancillería. Registro 22, f. 8r.

Publ.: CUBELLS, M. *Revue Hispanique*, t. 37, pg. 151.-

FONDEVILLA, F., "La nobleza catalano-aragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1118.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.441.

Iacobus, Dei gracia etc., viro nobili et dilecto R. de Cardona, vicecomiti Cardone. Salutem et dileccionem. Fem vos saber que vim vostra carta de resposta quens envias a Gerona sobrel feit de la demanda ques fayem de les poztatz e en Guillem Durfort, veget de Barcelona, en loc de nos, en les quals letras era contengut que erez apareillat de donar nos les poztatz simplament a costum de Barcelona e no per defalliment de servii, e que nos vos demandavem. De la qual cosa molt nos maravellam e no sens raho, e mes de vos que de negun altre rich hom qui en Catalunyina sia, per zo car sabem que vos avetz feus e cavallers quil tenen per vos, e sabetz quiynna pena ha en l'usatge qui contradeix poztat a seynnor, en la qual manera lo seynnor la deman; e ben sabetz vos altressi quiynnnes convinences ha entre nos e vostre linyatge e vos dels feus que per nos tenitz zo es quens devetz dar poztat del dits feus iratz e pagatz, maiorment com nos demanem e aiam demanat a vos poztat d'aquells feus per fadiga de servii, segons l'usatge escrit de Barcelona qui comenza: «Si quis» etc.; on com nos daqui avant no fossem tenguts de demanar vos les dites poztats pus dues vegades les vos avem demanades, vos reeben sobraço nostres cartes e nostres misatges,

e poguessem enantar contra vos, segons l'usatge de Barcelona, per honor e per la gracia de vos, encara altra vegada demanam a vos les dites poztatz, mandam a vos, per la fe de que tengutz nos sotz, quens donetz totes les dites poztatz en aquella manera que vos las demandam, zo es per desfalliment de servii, e en loc de nos an Guillelmo Durfort, veget de Barcelona, e a qui el volrra en son loc e als altres a qui vos avem mandat que las donetz per nostres lettres. E aço no mudetz per ren; en altra manera nons podriem estar que no usassem de nostre dret e de nostra jurisdiccio axi com deguessem. Esters fem vos saber que avem oyda una cosa de quens maravellam de gran maravella, e encara que no podem creure que vos o aiatz dit que can nos vos demanarem les poztatz que si a cap de X dies, dia a dia, lo veget ols altres qui les poztatz devandites deven reebre per nos las han reebudes, no les donarietz, si altres X dies no avien de espay. E ben sabetz vos quels nostres vegers ne porters ne altres misatgers nostres no poden anar cent leugues el dia, ne poden pendre totes les poztatz en un colp, que primerament han de pendre poztatz d'un castell e pus d'altre, e can lo dit veget nostre e aquels que el y trametra en son loc els altres qui les dites poztatz per nos avran reebudes de totz los castels e locs que per nos tenitz a feu, si en re vos tenitz per agraviat de nos, nos som aparellatz queus en façam jutgar a nostra cort segons que fer deiam.

Datum Peralate, IIII nonas aprilis anno Domini M CC LXX quarto.

[1274, abril 2. Peralada]

2085

Jaime I, rey de Aragón, reclama al vizconde de Cardona los castillos de Castellví y Zatlallada.

ACA. Cancillería. Registro 22, f. 8r.

Publ.: CUBELLS, M., *Revue Hispanique*, t. 37, pg. 152.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.442.

Item aliam litteram misit dominus rex dicto R. de Cardona sub hac forma:

Fem vos saber que vim vostres letres, les quals envias a G. Durfort, vege nostre de Barcelona, en les quals era contengut que vos no eretz tengut de donar a nos poztatz del castel de Castelauli ne de Çatallada, pero vos en sotz cert de aço tamben con nos que totz tempz vostre linatge e vos avetz tengut aquels castells e feus per nos, e sabetz fort be que vos alcunes vegades nos dixes que diners avietz sobre Castelauli, e que per aço no les nos devietz donar, e nons cuydavem que tantost vos fos exublidat, que encara la cera no es freda, que si ben membre a vos e a don G. Castelauli quen fom vengutz de oltramar e us avinges ab nos, nos fees carta per ma de vostre escriva e ab vostre segel, en quens diffinitietz tota oblicacio que aguessetz sobre aquells castells e quens prometietz de donar la poztat d'aquels castells totes hores que nos la vos demanassem e d'aço nos fees homenatge e sagrament. E per aço vos enviam aquesta carta axi apartada, car no vulriem que aytals paraules s'aguessen a manifestar e no aguessen a mostrar les cartes que tan poc de temps a nos fees, per que us deym e us manam quens donetz la dita poztat de Castelauli e de Çatallada, e en loc de nos al dit G. Durfort, vege nostre de Barcelona, segons que ia vos aviem manat per altraz letras nostras.

Datum Peralata die et anno predictis.

1274, abril 6. Perpiñán.

2086

Jaime I, rey de Aragón, concede a Martín del Trillar, baile de Perpiñán, que pueda obligar las rentas reales de Perpiñán o Collioure o de cualquier otro lugar de Rosellón hasta la cantidad de veinticinco mil sueldos de Barcelona que deberá entregarle para el viaje que ha de realizar para asistir al concilio que el Santo Padre ha convocado.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 120v.

Nos Iacobus etc. damus et concedimus vobis, fideli nostro Martino del Trillar, baiulo nostro Perpiniani, licentiam et plenum posse ob[i]gandi quoscumque redditus et exitus nostros volueritis de Perpiniano vel Cau-

quolibero seu de quolibet alio loco nostro Rossilionis cui et quibus volueritis personis pro illis viginti et quinque mille solidos Barchinone quos de mandato nostro nunc manulevare debetis ad opus istius viatici nostri quod facimus et facere intendimus ad concilium domini pape. Promittentes vobis et ille quibus dictos nostros redditus et exitus obligaveritis pro predictis denariis, dictam obligacionem habere ratam et firmam; et quod faciemus eos tenere et percipere omnes predictos redditus et exitus nostros dictorum locorum quos eis obligaveritis in pace et sine aliquo impedimento, tamdiu et tanto tempore quousque in ipsis redditibus et exitibus sit eis satisfactum integriter de omnibus denariis antedictis.

Datum Perpiniani, VIII idus aprilis anno Domini M° CC° LXX° quarto.

1274, abril 9. Perpiñán.

2087

Jaime I, rey de Aragón, permite hacer un cementerio judío en Villafranca del Penedés.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 123r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 927.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.443.

Carta quam dominus rex concessit iudeis Villefranche Penitensis quod possint emere duas quarteriatas terre ad faciendum cimiterium in quo sepeliantur corpora iudeorum, de terra, scilicet, que est circa Villafrancham sub dominicaturis terrarum domini regis et quod donent et assignent in alio loco, qui non teneatur pro domino rege, census illum seu tributum quem accipit et habet super dictis duabus quarteriatis terre et quod, hoc facto, habeant ipsas quarteriatas franchas per alodium et inhihet quod nullus faciat eis in hoc impedimentum sub pena decem morabatinorum.

Datum Perpiniani, V idus aprilis, anno predicto[1274].

1274, abril 9. Perpiñán.**2088**

Jaime I, rey de Aragón, confirma a la villa de Perpiñán sus anteriores concesiones sobre venta y exportación de trigo.

ACP. *Livre Vert mineur*, f. 27.

Publ.: ALART, *Privilèges et Titres*, I, pg. 331.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.444.

Noverint universi quod ex parte proborum hominum Perpiniani fuit supplicatum nobis Jacobo, Dei gracia regi Aragonum, Maioricarum et Valencie, comiti Barchinone et Urgelli et domino Montispessulani, quod consuetudinem quam ipsi ab antiquo habent scriptam in libro aliarum consuetudinum Perpiniani, que talis est: Item quilibet potest extrahere bladum suum, tam per mare quam per terram, nullo dato curie et vendere cuilibet extraneo eciam, ita quod ille extraneus potest illud extrahere, nullo similiter dato curie, nisi leudis antiquis, que dantur in mari; confirmaremus eisdem. Unde nos Iacobus, Dei gracia rex predictus, inclinati supplicacioni predicte, de speciali gracia dictam consuetudinem vobis, prefatis probis hominibus et universis aliis ville Perpiniani, presentibus et futuris, in hunc modum duximus perpetuo per nos et nostros confirmandam; videlicet, quod possitis de cetero libere et sine aliquo impedimento nostro et nostrorum seu alterius cuiuslibet persone, vendere bladum vestrum cui volueritis, exceptis sarracenis et exceptis similiter christianis guerreantibus nobiscum seu cum nostris; et eciam extrahere dictum bladum seu extrahi facere de Rossilione et miterre seu ducere et duci facere ad quescumque partes volueritis, exceptis omnibus locis sarracenorum et similiter christianorum guerreancium nobiscum, vobis, tamen, persolventibus leudam et pedagia consueta de blado antedicto.

Mandantes firmiter universis vicariis, baiulis et aliis officialibus nostris Perpiniani et Rossilionis ac eciam omnium aliorum locorum tocus nostre iurisdicciois, presentibus et futuris, quatenus predicta firma habeant et observent et faciant ab omnibus inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliquo modo vel aliqua racione.

Datum Perpiniani, V idus aprilis, anno Domini M CC LXX quarto. Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: G., vicecomes Castrinovi. Hugo de Baucio. Gueraldus, vicecomes Caprarie. Dalmacius de Castronovo. Gaucerandus de Pinos.

Sig(*signo*)num Michaelis Violeta, qui mandato domini regis hec scribi fecit loco, die et anno prefixis.

1274, abril 9. Perpiñán.**2089**

Jaime I, rey de Aragón, autoriza a Bernardo de Prat, notario de Besalú, a tener un escribano.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 121.

Publ.: CARRERAS CANDI, "La institución notarial", *ICHCA*, II, pg. 776.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 993.

Nos Iacobus, etc., damus et concedimus tibi Bernardo de Prato, notario publico Sancti Petri de Bisulduno, plenam et liberam potestatem quod possis substituere scriptores, qui loco et vita tua subscribant in omnibus testamentis et instrumentis quorumlibet contractuum et obligacionum et cuiuscumque alterius condicionis et quod subscripciones, que fient per dictum scriptorem a te substitutum, valeant in iudicio et extra, proinde ac si tu propria tua manu subscriberes et recipiantur ab omnibus tanquam publica, non obstante autentica "De tabellionibus" nec aliqua alia lege. Hanc, autem, concessionem tibi facimus, donec nos viderimus instrumentum donacionis tibi facte de scribania Bisulduni et instrumentum donacionis facte inde abbati monasterii Sancti Petri de Bisulduno, salvo iure dicti abbatis et monasterii eorundem, quorum iuri non intendimus in aliquo derogari.

Datum Perpiniani, Vº idus aprilis anno Domini Mº CCº LXXº quarto.

1274, abril 9. Perpiñán. 2090

Jaime I, rey de Aragón, concede a Astrugo de Belcayre y Vives Vidal, tutores de Mosse, hijo de Salomón Samiel, que si muere Botina, asimismo tutora, no será reemplazada por otro tutor mientras vivan los primeros salvo que se les declarara culpables de malversación.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 122v.

Publ.: BURNS, R. I., *Els jueus a la cultura notarial*, núm. 18.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia etc., concedimus vobis Astrugo de Belcayre et Vives Vitalis, iudeis, tutoribus datis Mosse, pupillo filio et heredi universali \Salamonis/ Samielis alio nomine vocati Bonisachi Samielis de Carcassona quondam iudei, per dictum Salamonem in testamento suo, una cum Botina quondam uxore Salamonis et matre dicti pupilli, qualiter dicta Botina, que erat una vobiscum data tutrix per dictum Salamonem in dicto testamento, ut dictum est, sit mortua, alius tutor vobis viventibus, non possit dari nec detur dicto pupillo nec adiungi in dicta tutela curator aliquis vel tutor, nisi probatum primo esset contra vos in posse nostro quod vos in eadem tutela minus bene haberetis; immo vos ambo geritis et ministratis tutelam dicti pupilli et bona eius universa, secundum quod simul cum dicta matre sua quondam fecistis, nisi tamen probari posset, ut est dictum, quod minus bene vos haberetis in eadem.

Mandantes etc.

[Datum Perpiniani], V idus aprilis anno Domini M CC LXX quarto.

1274, abril 15. Montpellier. 2091

Jaime I, rey de Aragón, dispone como deben actuar los judíos de Perpiñán en el cobro de las deudas.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 127.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 925.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.445.

Item eodem die et anno, fecit cartam dominus rex iudeis Perpiniani quod compellantur debitores eorum ad solvendum ipsis debita sua, salvis elongamentis domini regis. Verum si bis fuerint elongati de dictis debitis, teneantur solvere, non obstantibus ipsis elongamentis, vel si debitores habent bona mobilia, unde solvere possint, exceptis bestiis aratoriis, pannis.

Datum in Montepesulano, XVII kalendas madii, anno Domini M CC LXX quarto.

1274, abril 15. Montpellier. 2092

Jaime I, rey de Aragón, escribe a los judíos de Perpiñán, Rosellón, Cerdaña y Conflent sobre el no aplazamiento de las deudas una vez transcurrido el plazo concedido.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 127.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 927.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.446.

Nos Iacobus, etc., promittimus vobis, aliame iudeorum Perpiniani, Rossilionis, Ceritanie et Confluentis et aliorum locorum ad collectam vestram spectantium quod hinc ad tres annos primos venturos et completos non prolongabimus aliquem vel aliquos debitores vestros nec fideiutores eorum de debitis que nobis debebunt. Et si forte causa ignorancie vel scienter aliquem vel aliquos debitores vestros vel fideiutores eorum infra dictos omnes annos elongaremus de aliquibus debitis vestris, illud elongamentum volumus non valere, quamvis in litteris, quas de ipso elongamento concederemus, contineretur, non obstante carta aliqua a vobis iudeis concessa.

Mandantes etc.

Datum in Montepesulano, XVII kalendas madii anno Domini M CC LXX quarto.

1274, abril 16. Montpellier. 2093

Jaime I, rey de Aragón, concede a los habitantes de Valencia que durante dos años puedan recibir dinero para la construcción de un puente nuevo de piedra.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 124.

Publ.: CHABÁS, R., *El Archivo*, IV, pg. 295.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.447.

Damus et concedimus vobis, probis hominibus et universitati civitatis Valencie, quod hinc ad duos annos primo venturos et continue completos colligantur et recipiantur oboli ad operandum et perficiendum pontem novum petre Valencie, ita quod Raymundus de Rivosicco et Petrus Guillaberti, cives Valencie, recipiant et faciant recipi et colligi ipsos obolos per predictos duos annos integriter et expendant et convertant eos in opere dicti pontis.

Mandantes baiulo et iusticie Valencie, presentibus et futuris, quod predicta firma habeant etc.

Datum in Montepesulano, XVI kalendas madii anno Domini M CC LXX quarto.

1274, abril 16. Montpellier. 2094

Jaime I, rey de Aragón, otorga carta de franquicia a los moros que fuesen a repoblar la zona baja de la acequia de Alcira, eximiéndoles de impuestos durante los cuatro años siguientes.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 124r.

Publ.: FEBRER, M. V., *Establecimientos y cartas de población*, doc. 50

Per nos et nostros infranquimus et franchos ac liberos fecimus universos et singulos sarracenos qui populabunt in populacione quam facimus subtu cequiam Algizire, ad quatuor annos postquam ibi incipient in populare, ab omni scilicet peyta sive questis, bisanciis et tributo et exercitu ac cavalcata

et redemptionibus eorumdem et cena ac qualibet alia exaccione sive demanda regali, ita videlicet quod per predictos quatuor annos non teneantur ipsi sarraceni dare vel solvere aliquid in predictis, set sint inde cum omnibus bonis suis franchi et liberi ac immunes ac penitus perpetuo absoluti, sicut melius et utilius dici et intelligi potest ad suum et suorum bonum et sincerum intellectum.

Datum in Montepesulano, XVI° kalendas madii anno Domini M° CC° LXX° quarto

[1274, abril 17. Montpellier] 2095

Jaime I, rey de Aragón, escribe a los judíos de Perpiñán, Rosellón, Cerdaña y Conflent sobre el aplazamiento de las deudas.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 127.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 928.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.448.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis, aliame iudeorum Perpiniani, Rossilionis, Ceritanie et Confluentis et aliorum locorum ad collectam vestram spectancium, et vestris imperpetuum, quod, si aliqui debitores vestri a nobis semel elongati fuerint de debitis, que vobis debuerint ac postea, transacto ipso elongamento, iterum a nobis vel nostris elongamentum obtinuerint de ipsis debitis vel guidaticum, eciam illud secundum elongamentum vel guidaticum eis prodesse non possit nec vobis obesse, set nullius sit valoris, et vicarii, baiuli et alii oficiales nostri compellant illos et bona eorum ad solvendum vobis debita, que vobis debuerint, non obstantibus elongamentis vel guidaticis predictis a nobis vel nostris eisdem concessis. Predicta, autem, damus et concedimus vobis et vestris imperpetuum ita quod, si nos vel nostri elongaverimus aliquem vel aliquos debitores vestros habentes bona mobilia de quibus solvere possint, exceptis bestiis aratoriis etc. quod, non obstantibus ipsis elongamentis, debita, que vobis

debuerint, persolvere teneantur et ad ipsa persolvenda vicarii, baiuli et alii officiales nostri ipsos et bona eorum et fideiussores suos compellant.

Mandantes etc.

Datum loco, die et anno prefixis [1274, abril 17. Montpellier].

[1274, abril 17. Montpellier]

2096

Jaime I, rey de Aragón, vuelve a escribir a las aljamas de judíos de Perpiñán, Rosellón, Conflent y Cerdaña sobre el mismo asunto de las deudas.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 127r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 929.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.449.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis, aliame iudeorum Perpiniani, Rosilionis, Confluentis et Ceritanie ac aliorum locorum ad collectam vestram spectancium et vestris imperpetuum, quod pro aliqua querimonia que proposita fuerit de vobis racione aliquorum debitorum que aliama vestra debeat quibuscumque personis, pro tributo vestro vel vestrorum vel pro aliis quantitibus pecunie nobis vel nostris datis vel promissionibus factis, occasione nostri vel nostrorum, non solvatis aliquam iusticiam, dummodo secretarii vestri averent per sacramentum ipsa debita debere pro tributo vel aliis quantitibus nobis vel nostris datis vel promissionibus factis, occasione nostri vel nostrorum, ut superius continetur.

Mandantes etc.

Datum loco die et anno, prefixis.

[1274, abril 17. Montpellier]

2097

Jaime I, rey de Aragón, reitera el anterior asunto a las mismas aljamas.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 127.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 928.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.450

Per nos et nostros damus et concedimus vobis, aliame iudeorum Perpiniani, Rosilionis, Ceritanie et Confluentis et aliorum locorum ad collectam vestram spectancium et vestris in perpetuum, quod si aliquis vestrum habuerit aliquam causam cum quacumque alia persona super facto debiti seu debitorum vel alio modo causa illa non possit pro interlocutoria aliquatenus prolongari, nisi forte interlocutoria talis fuerit quod ea posset inde amitti, non obstante aliqua consuetudine contra hec veniente, cum nolimus quod pretextu alicuius malicioosi diffugii causa valeat prolongari.

Mandantes etc.

Datum loco, die et anno predictis.

1274, abril 17. Montpellier.

2098

Jaime I, rey de Aragón, manda a Jaime, hijo suyo y de Teresa Gil de Vidaure, que acuda con sus caballeros a ponerse a las órdenes del infante Pedro en la guerra que éste pueda mantener por él contra el vizconde de Cardona.

ACA. Cancillería. Registro 18, f. 66.

Publ.: FONDEVILLA, "La nobleza catalanoaragonesa", *I CHCA*, II, pg. 1119.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.451.

Iacobus, etc. dilecto Iacobo, filio nostro et domine Theresie Egidii de Bidaure. Salutem et dileccionem. Cum per alias nostras litteras mandaverimus vobis quod preparatis vos cum militibus vestris et cum equis et aliis apparentis vestris et eorum servire nobis honorem quem pro nobis tenetis, sic quod statim, cum a nobis litteras alias receperitis et mandatum, essetis nobiscum cum dictis vestris militibus ubicumque nos essemus et vobis per predictas nostras litteras daremus in mandatis et modo racione

guerre, quam credimus habere cum R. de Cardona et cum quibusdam aliis nobilibus Catalonie, vos necessarium habeamus et ratione guerre predictae karissimum filium nostrum infantem P. in partibus Catalonie, loco nostri, dimitamus, vobis dicimus firmiter et mandamus, quatenus statim, cum super hoc litteras et mandatum habebitis a predicto infante P., filio nostro, sitis cum militibus vestris, equis, armis et aliis apparamentis vestris et eorum cum ipso, ubicumque ipse mandaverit vobis, paratus servire nobis dictum honorem et eidem loco nostri. Mandamus, insuper, vobis, quod si predictus filius noster, ratione guerre vos cum militibus vestris necessarium habuerit, transacto mense, per quem nobis dictum honorem servire debetis, cum eo remaneatis et serviatis eidem, ut nobis servire tenemini et debetis. Ipse enim providebit vobis et familie vestre in vestris necessariis victualium, prout nos facere deberemus, si essetis personaliter nobiscum. Et hoc non mutetis vel differatis aliqua ratione.

Datum in Montepesulano, XV kalendas madii anno Domini M CC LXX quarto.

1274, abril 17. Montpellier. 2099

Jaime I, rey de Aragón, establece qué debe hacerse en el caso de los judíos que no paguen la leuda o peaje al transitar por sus tierras.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 127.

Publ.: BOFARULL, F., "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 929.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.452.

Per nos et nostros volumus et statuimus perpetuo quod si forte aliquis iudeus vel iudea, tam terre nostre quam alterius cuiuslibet loci, fecerit transitum per aliquem locum nostrum ubi leuda nostra seu pedagium recipiantur, et furatus fuerit ipsam leudam, non possit ex hoc sibi pena infligi, nisi in hunc modum, videlicet, quod si leudam, quam pro persona sua tantum dare tenebitur, furatus fuerit, amittat res seu merces ipsas, prout est hactenus fieri consuetum.

Mandantes etc.

Datum in Montepesulano, XV kalendas madii anno Domini M CC LXX quarto.

1274, abril 17. Montpellier. 2100

Jaime I, rey de Aragón, escribe a los judíos de Perpiñán, Rosellón, Cerdaña y Conflent acerca de las garantías de las deudas.

ACA, Cancillería. Registro 19, f. 127.

Publ.: BOFARULL, F., "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 928.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.453.

Per nos et nostros, damus et concedimus vobis, aliame iudeorum Perpiniani, Rossilonis, Ceritanie et Confluentis et aliorum locorum ad vestram collectam spectantium et vestris imperpetuum, quod quandocumque et quocienscunque aliquis vel aliqui vestrum querimoniam proposuerit de aliquo vel aliquibus debitoribus suis vel fideiussoribus ei vel eis obligatis ratione aliquorum debitorum coram vicario, baiulo vel alio officiali nostro et ille vel illi, de quo vel quibus querimonia facta fuerit, habuerit vel habuerint a nobis vel nostris fatigam decem dierum seu spacium, statim, facta querimonia, vicarius, baiulus, vel alius officialis noster, coram quo ipsa facta fuerit, inquiret veritatem et inquirere teneatur de omnibus bonis illius vel illorum debitoris vel debitorum vel fideiussorum et, inquisita et scita veritate, ipsa bona scribat et scribere teneatur et recipere securitatem de eis ob hoc, ne vendi vel alienari possint in vestrum preiudicium neque dampnum, infra ipsos decem dies, et donec vobis ius compleverint, ut debebunt.

Mandantes etc.

Datum in Montepesulano, XV kalendas madii anno Domini M CC LXX quarto.

1274. abril 20. Montpellier. 2101

Jaime I, rey de Aragón, escribe a los judíos de Perpiñán sobre aplazamiento de las deudas.

ACA. Cancillería. Registro 19.

Publ.: BOFARULL, F., "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 929.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.454.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis, aliame iudeorum Perpiniani, presentibus et futuris, quod possitis instrumenta, que super facto vestrorum debitorum facere habebitis, cum quibuscumque personis locorum et villarum Rossilionis extra villam Perpiniani, facere scribi in quocumque loco vel villa Rossilionis volueritis, dummodo scribania illius loci vel ville sit nostra et quod notarii seu scriptores eiusdem loci vel villa faciant ipsa instrumenta secundum usaticum et constitutionem nostram.

Mandantes, etc.

Datum in Montepesulano, XII kalendas madii anno Domini M CC LXX quarto.

1274, abril 20. Montpellier. 2102

Jaime I, rey de Aragón, interviene en la administración de justicia que clérigos y laicos emplean contra los judíos de Montpellier

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 126v.

Publ.: BOFARULL, F., "Jaime I el Conquistador y la comunidad judía de Montpellier", *BABL*, V, pgs. 490-491.

Quod cum nos Iacobus, etc., intellexerimus quod aliqui clerici et laici non ut suam velint iusticiam contra iudeos nostros Montispesulani set ne ipsos fatigent laboribus et expensis alii vero quamquam contra eos nichil habuerint penitus ... set ut possint ab ipsis aliquid extorquere ad loca remota et ... tuta et minus insignia per litteras Sedis Apostolice et

legatorum eius in causam trahere non verentur quamvis dicti iudei nostri parati sint omnibus de se conquerentibus coram curia nostra Montispesulani exhibere iusticie complementum. Ideo volumus et mandamus quod si quis habitator Montispesulani vel alterius loci dominationis nostre aliquem iudeum Montispesulani per litteras commissionis ad alium iudicem extra Montepesulanum extraxerit vel cesionem fecerit ex qua extrahatur persona illius, si laicus fuerit, per baiulum nostrum curie Montispesulani vel per locum nostrum tenentem capiatur et omnia bona sua emparentur; si vero clerici fuerit, omnia bona ipsius emparentur et tamdiu persona illius; si laycus fuerit, detenta et bona sua emparata teneantur vel eius bona; si clericus fuerit, emparata similiter teneantur donec litteris comissionis renunciaverit et expensis scitato restituerit competenter; et si forte alterius fuerit dominacionis et habuerit bona aliqua in aliquo loco terre nostre ipsa bona emparentur et ... donec litteris commissionis renunciaverit et expensas restituerit, ut est dictum. Et quod etiam de bonis talium clericorum vel laicorum scitato provideatur in expensis quas occasione citacionis ipsum facere oportebit.

Mandantes etc.

Datum in Montepesulano, XII° kalendas madii anno Domini M° CC° LXX° quarto.

Item, eodem die et anno dominus rex fecit cartam remissionis Abrahe de Luniello, iudeo, et suis, perpetuo, de omnibus generaliter sub modo et forma quod idem Abraham transferat se ad villam Montispesulani et ibi in parte iudeorum domini regis faciet residenciam personalem.

1274, abril 21. Montpellier. 2103

Jaime I, rey de Aragón, empeña a Bandino Amanati varias prendas y joyas por treinta mil sueldos torneses.

ACA. Cancillería. Registro 19, ff. 125-125v.

Publ.: PALACIOS, B., "El tesoro real de la corona aragonesa y su función económica. Época de formación", *Homenaje Lacarra*, II, pgs. 299-300.

Recognoscimus et confitemur debere vobis, Bandino Amanati, mercatori pistoriensi, et vestris, triginta mille solidos turonenses quos nunc nobis in Montepesulano amore maximo mutuastis. Quos quidem denarios promittimus vobis solvere et vestris in fide et legalitate nostra in pace usque ad festum sancti Michaelis septembris proximum venturum. Et nichilominus obligamus et impignoramus vobis pro eisdem quandam corrigiam nostram auri, in qua sunt incastati centum viginti safirs, inter magnos et parvos, et centum cedem et novem balais et XCIII perlas, quarum qualibet habet in capite unum maracdet parvum, et in paniacario eiusdem corrigie, ubi portatur marssupium, sunt incastati quatuor maracdetz, et in fivella unum maracdet. Item, unam coronam auri in qua sunt incastati quatuor safirs magni et XXI parvi et quinque balais magni et XIII parvi et octo perle grosse et alie quadraginta tres perle minores et IX maracdes, et in circuitu corone, per orlum eiusdem, sunt trescente triginta perle minute. Item, duos texellos longos auri cum viginti leonibus auri quorum quilibet tenet in ore unum coral cum sex safirs et III balais et uno lapide violato qui est in altero ipsorum texellorum et cum VII corals et cum quinquaginta perlis, videlicet, quelibet cum viginti et una perlis grossis in cicuitu, et quatuor minutis per medium. Item, quoddam fermayl auri cum quadam aquila in qua sunt incastati II safirs magni et duo balais magni et quatuor maracdetz magni, et in medio ipsius aquile est quedam perla magna et in medio ipsius perle est unus maracde parvus et subtus perlam est unus estopaci; et in circuitu octo perle, et in aquila, tam in capite et in alis quam aliis locis sui corporis, sunt viginti et septem safiretz et XVIII maracdetz et in oculis aquile, duo balayets. Item, unam brancham factam ad modum crucis, in medio cuius est capmafeu albus et in circuitu branche sunt quatuor safirs magni et octo balais et quatuor perle magne et XLIII safiretz; et in medio, in circuitu illius capmafeu, sunt IIII maracdetz magni et IIII perle et octo safirs et in circuitu cuiuslibet perle, VI balaiyets et in circuitu dicti capmafeu, XXI maracdetz. Item, duos texellos auri cum aquilis nielatis, in altera quorum

sunt in circuitu VI safirs et VI balais et in alio, VI balais et quinque safirs. Item, duos texellos auri cum opere levato, in quorum quolibet sunt III safirs magne et duo robis granati et in circuitu uniuscuiusque, VII perle et VIII corals. Item, duos texellos parvos cum grifis et cum opere levato, in altero quorum sunt duo safirs et duo balais et in alio unus safir et duo balais, et in unoquoque ipsorum duorum texellorum sunt IIII perle. Item, duos alios texellos rotundos nielatos, in quorum quolibet in medio est unus safir magnus et in circuitu duo maracdetz et duo balais et quatuor safirs. Item, quandam brancham rotundam, in medio cuius est unus robiz magnus et in circuitu illius rubiz sunt duodecim maracdetz et in alio circuitu eiusdem branche sunt IIII rubinetz maracdetz et IIII rubinetz et octo perle, et in circuitu IIII maracdetz et IIII rubinetz et octo perle (*borrado*) nostra et legalitate quod predicta que vobis obligamus, ut superius continetur, vobis non fer(*borrado*) faciemus aut permittemus aliqua racione donec vobis et vestris de dictis XXX mille solidos turonenses sit plenarie satisfactum, et quod etiam satisfaciemus inde vobis et vestris usque ad festum predictum. Et si forte usque ad dictum festum sancti Michaelis dicta triginta mille solidos turonenses vobis non persolverimus, ut est dictum, et ab illo termino in invia vos vel vestri inde missiones aliquas feceritis vel dampnum vos sustinere oporteret, ipsas missiones vobis persolvere et dampnum emendare et promittimus bona fide, super quibus missionibus et dampno credatur vobis et vestris vestro simplici verbo absque testibus et sacramento.

Datum in Montepesulano, XI kalendas madii anno Domini M CC LXX quarto.

[1274, mayo 8. Barcelona]

2104

Jaime I, rey de Aragón, concede salvoconducto a todos los que fueren a la ceca de Barcelona.

ACA. Cancillería. Registro 21, f. 32.

Publ.: BOTET Y SISÓ. *Les monedes catalanes*, III, pg. 265.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.455.

Universis officialibus etc. Salutem et gratiam. Noveritis nos recepisse sub nostra protectione regali et guidatico speciali omnes illos qui venerint ad monetam macemutinorum, quam in Barchinona cudi facimus et operari, et aurum aportaverint ad dictam monetam. Quare mandamus vobis quatenus non faciatis eisdem impedimentum aliquod vel contrarium in aliquo loco nostre iurisdictionis ratione pedagii et lezde vel alia ratione, nisi principales fuerint debitores vel fideiussores pro aliis constituti nec eciam in hiis casibus, nisi prius in ipsis fatica inventa fuerit de directo. Et hoc non mutetis aliqua ratione,

Datum Barchinone, die et anno quo supra.

1274, mayo 12. Lyon.

2105

Jaime I, rey de Aragón, vende a Pedro Juneda, vecino de Burriana, y a Bernardo Simón, durante dos años completos, las rentas que cobran en Burriana salvo el justiciado, por precio de siete mil sueldos reales de Valencia, los cuales destina a la construcción de una acequia en Villarreal.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 128v.

Publ.: FERRER, R., "Una fundación de Jaime I: Villarreal", *EEMCA.*, X (1975), doc. 3.

Per nos et nostros vendimus vobis Petro de Juneda, vicino Burriane, et Bernardus Simonis et vestris, a proximo venturo festo sancti Iohannis Baptiste usque ad II annos primos venturos et continue completos, omnes redditus, exitus et proventus nostros Burriane, tam maris quam terre, excepto iusticiatum ville Burriane, precio videlicet septem mille solidos regaliū Valencie, quos et nobis et loco eum trahere debetis incontinenti frey Petro Peyronet, helemosinario nostro, ad opus operis ceque nostre Ville Regalis, planicie Burriane. Ita tamen quod omnes predictos reditus, exitus et proventus nostros Burriana percipiatis per manum Petri Eximini de Spelluncha, baiuli nostri eiusdem loci, quolibet anno, et ipsos est anch (*ilegible*) ad faciendum

inde vestras omnimodas voluntates. Promitentes vobis quod in predictis redditibus, exitibus et proventibus nostris, quos vobis vendimus, non tangemus nec inde aliquid percipiemus nech tangi seu percipi faciemus per totum tempus, nec revocabimus anch vendicionem quam de ipsis vobis facimus pro maiori precio vel minori. Immo si dicti redditibus, exitus et proventus nostris plus valent vel valebunt infra dictos duos annos precio supradicto, totum illud vobis damus de gracia speciali.

Mandantes firmiter dicto Petro Eximini, baiulo nostro Burriane, quod vobis et omni vobis quibus volueritis, loco nostri respondeat quolibet anno de omnibus et singulis redditibus, exitibus et proventibus nostris antedictis a predicto festo sancti Iohannis Batiste in (*ilegible*) annos continuos venturos et completos, ut est dictum, et non vobis (*ilegible*) aliqui.

Datum Lucdune, IIII idus madii anno Domini M CC LXX quarto.

1274, mayo 24. Lyon.

2106

Jaime I, rey de Aragón, pide al infante don Jaime que acuda a Barcelona con sus caballeros y armas para servirle.

ACA. Cancillería. Registro 18, f. 66, v.

Publ.: FONDEVILLA, F., "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1120.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.456.

Iacobus, Dei gracia etc. dilecto filio suo, domino Iacobo. Salutem et dileccionem. Cum per nostras litteras vobis primo dederimus in mandatis ut essetis parati servire nobis honorem quem pro nobis tenetis, quandocumque essetis inde a nobis requisiti, et postea mandaverimus vobis per alias nostras litteras quod, cum nos dimitteremus infantem P., karissimum filium nostrum in Catalonia loco nostri, ratione guerre quam cum Raimundo de Cardona et cum quibusdam aliis nobilibus Cathalonie habere credebamus, serviretis eidem infanti Petro, filio nostro, honorem predictum, loco nostri, quandocumque ab eodem inde requisiti essetis et ipse dictum servicium necessarium

non habuerit, mandamus vobis quatenus decima die, post receptionem presencium, sitis nobiscum in Barchinona, parati cum militibus vestris et armis et ipsorum servire nobis honorem predictum. Et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum in Liurono, IX kalendas iunii anno Domini MCC LXX quarto.

1274, mayo 29. Montpellier. 2107

Jaime I, rey de Aragón, confirma la ubicación del mercado de la ciudad de Valencia.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 129r

Publ.: CHABÁS, R., *El Archivo*, IV, pg. 924.

Per nos et omnes successores nostros laudamus, concedimus et confirmamus perpetuo vobis, universis et singulis populatoribus et habitatoribus civitatis Valencie, presentibus et futuris, quod perpetuo celebretur et teneatur et habeatur mercatum ... civitatis in loco ubi modo tenetur, celebretur et habetur et usum fuit celebrari, haberi et teneri usque in hunc presentem diem et non alibi, scilicet ipsum mercatum protenditur de fossario Sancti Martini usque ad domos domine Sancte scilicet Elisabet. Concedentes etiam quod sit semper illius latitudinis et longitudinis quibus modo est; et non possimus in dicto mercato deinceps alia hedificia nisi illa que ibi modo facta sunt et constructa adque signata ...

Datum in Montepesulano, IIII kalendas iunii anno Domini millesimo CC° LXX° quarto.

1274, mayo 29. Montpellier. 2108

Jaime I, rey de Aragón, vuelve a reclamar al vizconde de Cardona el castillo del mismo nombre.

ACA. Cancillería. Registro 22, f. 9r.

Publ.: FONDEVILLA, F., “La nobleza catalanoaragonesa”, *ICHCA*, II, pg. 1122.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.457.

Iacobus, etc. Raimundo de Cardona. Salutem et dileccionem. Noveritis quod nuper, quando fuimus Barchinone, diximus G. de Castroaulino, militi et procuratori vestro, quem vos ad nos miseratis, quod eo quod vos pluries contrarias nobis feceratis, non poteramus desistere quin peteremus a vobis potestatem de castro de Cardona, quod pro nobis tenebatis et petivimus ab eodem quod id nobis dari faceret, ut in instrumentis, que nos inde habemus, que quidem sibi hostendimus, continetur. Qui dixit nobis quod vos habebatis quamdam cartam quod ipsam potestatem nobis dare non debebatis; quare dicimus et mandamus vobis quatenus decima die, postquam nos, post receptionem presencium, fuerimus in Catalonia, ostendatis nobis ubicumque fuerimus, per vos vel per procuratorem vestrum, cartam, si quam habetis, vel mostram, quod ipsam potestatem nobis dare non teneamini. Alioquin mandamus vobis quod donetis nobis potestatem de dicto castro, secundum quod vos scitis quod debet dari domino potestas de castro, quod pro ipso teneatur, secundum usaticum Barchinone et respiciatis quid comiteretis, si dictam potestatem nobis dare debetis et non daretis eam nobis.

Datum in Montepesulano, IIII kalendas iunii, anno Domini M CC LXX quarto.

1274, mayo 29. Montpellier. 2109

Jaime I, rey de Aragón, ordena al vizconde de Cardona que le entregue los castillos de Camarasa y Cubells.

ACA. Cancillería. Registro 22, f. 9r.

Publ.: FONDEVILLA, F., “La nobleza catalanoaragonesa”, *ICHCA*, II, pg. 1120.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.458.

Iacobus, etc. R. de Cardona. Salutem et dileccionem. Cum nos mandaverimus vobis quod daretis nobis potestatem de omnibus castris et locis que pro nobis tenetis in feudum pro defectu servicii et de quibusdam ipsam potestatem nobis traderitis, quia, tamen, non dedistis nobis potestatem de castris de Camarasa et de Cubells, mandamus vobis quatenus, visis presentibus, donetis nobis potestatem de dictis castris de Camarasa et de Cubells pro defectu servicii antedicti, quam potestatem tradatis loco nostri P. de Palacio, baiulo nostro dictorum locorum. Et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum in Montepesulano, IIII kalendas iunii anno Domini MCC LXX quarto.

1274, mayo 31. Montpellier. 2110

Jaime I, rey de Aragón, convoca a sus nobles en Barcelona para el 24 de junio.

ACA. *Cancillería. Registro 18*, f. 67r.

Publ.: FONDEVILLA, F., "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1120.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.459.

Iacobus etc., viro nobili et dilecto etc. Cum racione quorundam negotiorum, que nobis occurrunt, servitium quod nobis facere debetis pro honore quem tenetis a nobis necessarium habeamus, mandamus vobis quatenus, visis presentibus, mitatis ad nos milites, quos pro dicto honore nobis facere debetis, apud Barchinonam; taliter facientes quod in instanti festo sancti Iohannis iunii sint ibidem nobiscum parati facere nobis, loco vestri, servitium antedictum. Et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum in Montepesulano, pridie kalendas iunii anno Domini MCC LXX quarto.

1274, junio 17. Perpiñán. 2111

Jaime I, rey de Aragón, establece la jurisdicción de los cónsules de los judíos de Montpellier.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 133v.

Publ.: BOFARULL, F., "Jaime I el Conquistador y la comunidad judía de Montpellier", *BABLB*, V, pg. 491.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis, universitati iudeorum, partitam nostram Montispesulani, presentibus et futuris, imperpetuum, quod consules vestri, presentes et futuri, compellant et compellere possint et pignorare omnes tallias que fiant inter vos pro tributis, questiis vestris et vestrorum ac serviciis vel donis que vobis et vestris facietis etiam pro facto elemosinarum vestrarum, obstante alicuius contradiccione.

Mandantes tenentibus locum nostrum, baiulis, vicariis et aliis oficialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod dictam donacionem et concesionem nostram observent ut superius continetur.

Datum in Perpiniano, XVº kalendas iulii anno Domini Mº CCº LXXº quarto.

1274, junio 17. Perpiñán. 2112

Jaime I, rey de Aragón, comunica a sus oficiales en Montpellier cuál es la jurisdicción de los cónsules judíos en dicha ciudad.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 124r.

Publ.: BOFARULL, F., "Jaime I el Conquistador y la comunidad judía de Montpellier", *BABLB*, V, pg. 491.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.460

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, etc. dilectis et fidelibus suis tenenti locum suum in Montepesulano et eius dominio, baiulo curie Montispesulani ceterisque curialibus, presentibus, videlicet, et futuris. Salutem et gratiam.

Cum nos dederimus et concesserimus iudeis nostris, tam masculis quam feminis, in partida nostra Montispesulani habitantibus et habitaturis, quod aliquis ex ipsis iudeis aliqua causa vel racione in iudicium deducta vel non deducta non questionetur nec questionari possit nec alicui eorum fiat vel incuciatur aliquo tempore, facto sive dicto, timor vel terror questionis, nisi sub certa forma, ut in carta a nobis eis super hoc concessa plenius continetur, et quod eciam inquisicio non fiat nec fieri possit contra iudeum; et si facta fuerit, ipso iure nulla sit, nisi accusatore vel denunciatore precedente et quod eciam iudeus habeat transcriptum acusacionis vel denunciacionis et fideiussionum cum nomine acusatoris vel denunciatoris et cum nominibus fideiussorum et quod iudeos captus non detineatur pro aliquo debito vel crimine aut alia causa, qui dare velit curie idoneos fideiussores, nisi pro crimine pro quo est ultimum supplicium imponendum et quod eciam baiulus nostre curie Montispesulani iuret singulis annis, cum faciat consuetum iuramentum se predicta observare et contra non facere et quod tenens locum nostrum in Montepesulano id singulis annis procuret et facere fieri teneatur, prout hec omnia et singula supradicta observetis et observari faciatis, ut in eadem carta nostra plenius et melius videbitis contineri, et non contraveniatis nec aliquem contravenire permitatis aliqua racione. Nos enim, si quid per nos vel aliquem nostrum contra predicta vel eorum aliqua fieret, decernimus irritum et inane et si quid eciam postea per illum in officio suo stimando vel aliter esset factum et quod ex tunc in curia nostra predicta non possit officium aliquod exercere nec eciam salaria, racione sui officii ei debita, idem aliquid percipiat set remaneat illud nobis.

Datum in Perpiniano, XV kalendas iulii anno Domini M CC LXX quarto.

1274, junio 17. Perpiñán.

2113

Jaime I, rey de Aragón, prohíbe al baile y probos hombres de Perpiñán que ayuden a los nobles y caballeros catalanes rebeldes.

ACA. *Cancillería. Registro 18*, f. 69r.

Publ.: FONDEVILLA, F., "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1124.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.461.

Iacobus, fidelibus suis baiulo et probis hominibus Perpiniani. Salutem et gratiam. Cum nos intellexerimus quod nobiles et milites Catalonie faciunt impresionem inter se cum iuramento contra nos et infantem Petrum, filium nostrum, et proponunt guerreiare nos, licet nos et ipse filius noster parati simus eis facere ius et sequi eis usaticum et bonas consuetudines Catalonie et non iniuriare eis super aliquibus, mandamus vobis firmiter et districte sub pena personarum et omnium bonorum vestrorum quatenus nullus vestrum audeat alicui nobili vel militi dare, vendere, mutuare vel aliter tradere equum, nec arma aliqua, nec victualia nec aliqua alia, de quibus posset se in dicta guerra iuvare, in primo ille richushomo vel miles iuraverit et eciam assecuraverit sufficienter, quod contra nos non sit in dicta guerra, nec equum vel arma, victualia aut alia que emere vel manulevare voluerit, non dabit, vendet, mutuabit vel aliter tradet alicui, qui sit in dicta guerra contra nos. Et hoc preconizari publice, visis presentibus, faciatis.

Datum Perpiniani, XV kalendas iulii, anno Domini M CC LXX quarto.

1274, junio 18. Perpiñán.

2114

Jaime I, rey de Aragón, ordena al vizconde de Cabrera que comparezca ante él para tratar de su rebelión.

ACA. *Cancillería. Registro 22*, f. 10r.

Publ.: FONDEVILLA, F., "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1125.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.462.

Iacobus ... Raimundo de Cardona etc. Meminimus vobis nuper per nostras litteras mandavisse quod daretis nobis potestatem de castro de

Cardona [cum] potestatem in dicto castro habeamus et habere debeamus, prout in instrumentis que nos inde habemus, plenius continetur, vel ad diem quam vobis duximus assignandam, compareretis coram nobis per vos vel per procuratorem vestrum ad hostendum nobis mostra, si qua habebatis, quod dictam potestatem nobis dare non deberetis, quibus vos minus sufficienter et cum verbis irrisionis respondistis, quare iterato vobis dicimus et mandamus quatenus decima die post instans festum sancti Iohannis Baptiste compareatis coram presencia nostra in Barchinona paratus hostendere qua de causa dictam potestatem contradicitis nobis dare. Preterea, cum vos sustineatis Bertrandum de Canelles, qui Rodericum de Castroaciolo, iusticiam nostrum Aragonum apud Xativam interfecit, contra incarcerationum, scilicet, quod nos de ipso fecimus, quamvis in Algezira, cum vobis inhiheramus ne ipsum sustineretis, responderatis nobis quod, ex quo tam magnum dedecus nobis fecerat, non sustineretis eundem in terra vestra aliqua ratione et pluries eciam banditos et incartatos nostros et terre nostre malefactores sustinueritis et furchas eciam costruxeritis ubi esse non debent et a P. de Vallebrera, qui noster et de domo nostra officialis noster est, recipere nolitis, immo petitis quod ius faciat in posse vestro, mandamus vobis quatenus, dicta decima die post instans festum sancti Iohannis Baptiste, compareatis coram nobis apud Barchinonam, paratus super predictis et super omnibus aliis querimoniis, quas de vobis ipsa die duxerimus proponendas, facere iusticie complementum.

Datum in Perpiniano, XIV kalendas iulii, anno Domini M CC LXX quarto.

1274, junio 21. Perpiñán.

2115

Jaime I, rey de Aragón, da al infante don Jaime el gobierno de Montpellier.

ACA. *Cancillería. Registro* 19, f. 139r.

Publ.: CHABÁS, R., *El Archivo*, VII, pg. 338.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.463.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia, etc. volumus et concedimus plenariam potestatem et auctoritatem damus vobis, bono filio nostro, infanti Iacobo heredi Maioricarum, Montispesulani et Rossilionis, Ceritanie et Confluentis, ut villam Montispesulani cum toto eius dominio et districtu et iurisdiccione possitis vice nostra regere et gubernare et inquirere ibidem et delinquentes punire et principales causas et appellaciones audire, examinare, comitere et diffinire et omnia demum facere et tractare ibidem, que nos qualicumque modo vel racione, si presentes essemus, facere possemus vel ibidem iurediccionem exercere, ratum habentes perpetuo quicquid per vos, dictum filium nostrum, in predictis et super predictis actum fuerit sive gestum. In cuius rei testimonium presentem cartam sigilli nostri munimine facimus roborari. Hanc, autem, concessionem, potestatem et auctoritatem durare volumus et intendimus donec nos eandem concessionem duxerimus revocandum.

Datum Perpiniani, XI kalendas iulii anno Domini M CC LXX quarto.

1274, junio 24. Perpiñán.

2116

Jaime I, rey de Aragón, concede a Collioure el privilegio de exportación de trigo similar al concedido a Perpiñán.

ACCII. *Cartulaire catalan*, f. 4.

Publ.: ALART, *Privilèges et Titres*, I, pg. 333.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.464.

En Jacme, per la gracia de Deu rey d'Aragon, de Maylorche e de Valencie, comte de Barchelona e d'Urgell e senyor de Montpesler, al fidel seu batlle de Cochliure, present e esdevenidor. Salut e gracia. Manam vos que, vistes les presents letres, d'aquí havant lexets trer tot blat de Cochliure als homes de Cochliure e portar a totes parts de christians, en aquella manera e segons que'ls homes de Perpenya trahen blat de la terra de Rosseyllon. E no'ls

demanets res per rahon de la treta del dit blat, sino segons que serat demanats e pres del homes de Perpenya per lo blat que trauran de la vila Perpenya.

Dat a Perpenya, a VIII kalendas de juliol, en l'ayn de Nostre Senyor M CC LXX IIII.

1274, junio 25. Perpiñán.

2117

Jaime I, rey de Aragón, confirma a Arnau de Cabrera y a su mujer la asignación de cinco mil sueldos de Barcelona que Guillerma de Cabrera, su madre, le había concedido sobre las rentas del castillo de Tarrasa.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 140r.

Publ.: SOLER, J. "Un aspecte ...", *I CHCA*, II, pg. 568.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.465.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum etc. laudamus, concedimus et confirmamus vobis A. de Capraria et Sibilie, uxori vestre, chartam assignacionis quam fecit vobis Guillelma de Capraria, mater vestri Arnaldi, quinque milia solidorum monete Barchinone ternalis, quos vobis dedit et assignavit super redditibus, censibus, exitibus, laudimiis et aliis proventibus castri de Terracia, cum carta, scilicet, scripta per Nicholaum de Parella, notarium publicum Barchinone, prout in ea plenius continetur, ita, videlicet, ut dictam assignacionem habeatis et teneatis prout in dicta carta plenius est contentum, salvo, tamen, iure alterius, siquis prior est vobis in obligacione predicta. Mandantes etc.

Datum Perpinyani, VIIº kalendas iulii anno Domini millessimo CC. LXX. IIII.

1274, junio 26. Perpiñán.

2118

Jaime I, rey de Aragón, da nuevo plazo al vizconde de Cardona para justificarse.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 124r.

Publ.: FONDEVILLA, F., "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1126.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.466.

Iacobus etc. R. de Cardona. Cum vobis per alias nostras litteras decimam diem post proximum transactum festum sancti Iohannis presentis mensis iunii assignaverimus vobis per secundum edictum ad hostendendum qua de causa contradicitis dare nobis potestatem castri de Cardona et ad faciendum nobis ius super eo, scilicet, quod contra inhibitionem nostram sustinetis Bertrandum de Canellas, qui Rodericum de Castroaciolo quondam, iusticiam Aragonum, apud Xativam interfecit, et alios pluries banditos et incartatos terre nostre et super facto furcarum quas fieri fecistis in locis ubi esse non consueverunt et Petri de Vall Lebrera et aliis, parati super ipsis et aliis querimoniis, quas de vobis faceremus, facere vobis iusticie complementum, prout in litteris nostris predictis, quas inde vobis misimus, plenius continetur, facimus vobis sciri quod ipsam diem assignatam prorrogamus et assignamus vobis aliam diem, scilicet, decimam diem continue numerandam post predictam decimam diem vobis iam assignatam, que erit III idus iulii. Mandantes vobis quatenus ipsa die, scilicet, III idus iulii compareatis coram nostra presencia apud Barchinonam, paratus hostendere nobis instrumenta vestra, si qua habetis vel racionem sufficientem propter quam seu quas dare non teneamini nobis potestatem dicti castri de Cardona et paratus super predictis et aliis querimoniis, quas de vobis proposuerimus, facere vobis iusticie complementum; scientes quod huiusmodi prorrogacionem et assignacionem fecimus eo quod, ut intelleximus, vos cum aliis debetis esse congregati apud Solsonam die predicta, quam vobis assignaverimus et propterea quod non possetis dicere nec assumere quod die predicta, quam vobis assignaveramus, comparere non poteratis, impediende illud congregacione predicta, cum apud Solsonam, ut dictum est, habebatis interesse.

Datum Perpiniani, VI kalendas iulii, M CC LXX IIII.

1274, junio 30. Perpiñán.**2119**

Jaime I, rey de Aragón, otorga poderes para que se tramite su divorcio con doña Teresa Gil de Vidaure.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 142r.

Publ.: TOURTOULON, CH., *Jacme I*, II, doc. 19.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.467.

Noverint universi presentem paginam inspecturi quod nos Iacobus, Dei gracia, etc. constituimus, creamus et ordinamus certum et specialem procuratorem nostrum, Iohannem de Turrefreyta, canonicum ilerdensem licet absentem, in causa appellacionis divorcii matrimonii, quam vertitur et verti speratur inter nos, ex una parte, et nobilem dompnam Teresiam Egidii de Bidaurre, ex altera, coram summo Pontifice vel delegatis seu auditoribus ab eo datis et super aliis quibuslibet in romana curia agendis et faciendis seu inpetrandis a nobis, ad agendum, videlicet, et defendendum ac impetrandum litteras simplices et legendas, et contradicendum et adiurandum de calumpnia in animam nostram et veritate dicenda atque prestandum cuiuslibet alterius generis iuramentum et ad appellandum et prosequendum appellacionem, et ad constituendum seu substituendum alium vel alios procuratores, et ad revocandum eosdem quocienscumque opus erit et sibi videbitur expedire, et omnia alia et singula facienda que nos possemus facere si presentes essemus. Promittentes nos habere ratum et firmum quicquid per eundem Iohannem, vel constitutum seu substitutum, constitutos seu substitutos ab eo, in premissis vel aliquo premissorum, actum, procuratum, impetratum vel contradictum fuerit sive gestum, ac si a nobis personaliter esset actum. Et volentes revelare ab onere satisfaciendi iudicandum solvi dictum Iohannem et constitutum, constitutos vel substitutos ab eo, promittimus sub hipoteca bonorum nostrorum iudicatum solvi omnibus illis, quorum interest vel interesse poterit quoquomodo. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri pendentis munimine fecimus roborari.

Datum Perpiniani, IIº kalendas iulii anno Domini Mº CCº LXXº quarto.

1274, julio 3. Perpiñán.**2120**

Jaime I, rey de Aragón, absuelve al baile de Perpiñán de diversas acusaciones.

ACA. *Cancillería. Registro 20*, f. 291r.

Publ.: GIMÉNEZ SOLER, "El poder judicial en la Corona de Aragón", *MABLB*, VIII, pg. 92.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.468.

Noverint universi quod, undecima die ante festum sancti Iohannis Babtiste mensis iunii, scilicet, idus iunii, anno Domini MCC LXX quarto, comparuerunt coram nobis Iacobo, Dei gracia etc., Iohannis Sicardi, A. Raynerii, G. de Ferrals, G. Carbonii et alii plures de villa Perpiniani in claustro domus fratrum predicatorum et proposuerunt contra Martinum de Triliano, baiulum Perpiniani verbotenus ei nihilominus in scriptis plura capitula, ut inferius continetur; quibus receptis, nos Iacobus, Dei gracia etc, ad inquisitionem faciendam contra Martinum de Triliario procesimus et recepimus testes, quos predicti voluerunt producere contra ipsum. Quibus publicatis in presencia predictorum et Martini del Trillar et tradita copia dicto Martino, nos dictus rex assignavimus diem dicto Martino et denunciatoribus, si aliqua vellent obicere contra dictum Martinum ad diem iovis sequentem in domo predicatorum in predicto claustro. Et predictis denunciatoribus et dicto Martino in nostra presencia constitutis, dictus Martinus obtulit nobis quasdam excepciones iuris et deffensiones; quibus oblatis, renunciavit et conclusit et petiit sentenciam ferri super predictis. Unde nos Iacobus, Dei gracia rex predictus, visis omnibus in capitulis contentis, in predicto claustro, et predictis denunciatoribus et dicto Martino in nostri presencia constitutis, dicta inquisitione et dictis testium diligenter examinatis habitoque super predictis baronum et prelatorum et iurisperorum diligenti consilio et tractatu; super primo capitulo, videlicet, super facto Astrugie, uxoris Petri Cornelerii, macellarii, de qua dicebatur quod dictus Martinus posuerat homines armatos in quolibet capite cuiusdam vie, in qua morabatur dicta Astrugia et quod cum scalis volebat ascendere domum

ipsius, ut cognosceret carnaliter dictam Astrugiam, et quod dolose maritum suum miserat pro bobus emendis; cum predicta nec aliqua predictorum in ipso capitulo contenta non sint probata contra dictum Martinum, immo dicta Astrugia excusat dictum Martinum per suum testimonium, dicendo quod nunquam habuit rem secum nec etiam ipsam sollicitavit de hoc, licet pluries locutus fuisset cum ea in carrigiis nec etiam per interpositam personam nec scit aliquid de contentis in capitulo, idcirco absolvimus dictum Martinum super hiis, que in dicto primo capitulo continentur. Item, super secundo capitulo in quo continetur quod Martinus diligebat honeste quandam mulierem coniugatam nomine Perpinianam, uxorem Petri de Millenis et quod curavit cum duobus hominibus ville Perpiniani ut emerent sacatam avellanarum a marito suo ad malgar; cum nichil sit probatum nec aliquis testis deponat super hoc, ideo dictum Martinum ab hiis, que in dicto capitulo continentur, sentencialiter absolvimus. Item super tercio capitulo, videlicet, super quadam muliere de Fiter sive de Ovillers, cum qua dicebatur dictum Martinum habuisse rem, cum teneret ipsam captam et maritum suum, cum non sit probatum contra eum aliquid, nisi quod P. Gros dixit quod audivit dici ab. A. de Canoes quod dictus Martinus habuerant rem cum ea, et idem A. deponit se nescire aliquid super eo, nisi quod vidit eos loquentes ad invicem in curia, ideo dictum Martinum ab his, que continentur in tercio capitulo sentencialiter absolvimus. Item super IIII capitulo cuiusdam puelle, que erat pediseca Hospitalarie de Clerano, cum qua dicebatur dictum Martinum habuisse rem cum ea per vim et eam deflorasse, cum nihil sit probatum de contentis in capitulo, nisi quod est probatum per confesionem dicte puelle quod fuit missa ad hospicium dicti Martini et quod fuit ibi retenta de maturcia ad pulsacionem cimbal de ladre de Clerano, cum qua dicebatur dictum Martinum habuisse rem cum ea per vim et eam desflorasse, cum nichil sit probatum de contentis in capitulo et quod dictus Martinus osculatus fuit eam, sed non per vim, idcirco ab his, que in dicto capitulo continentur sentencialiter absolvimus eum, quia constat nobis per capitula nobis oblata quod ipsi calumpniose plura crimina denunciarunt, que si probassent, nos ex debito regalis officii

teneremur dictum Martinum non solum pena pecuniaria mulctare sed etiam ultimo suplicio condemnare. Idcirco, predictos G. Carbonii, G. Raynerii, Iohannes Sicart et G. de Ferrals in sex milia solidos Barchinonenses nobis prestandos sentencialiter condemnamus.

Lata sententia in claustro fratrum predicatorum Perpiniani, V nonas iulii anno Domini MCC LXX quarto. Presentibus Guillelmo, vicecomite Caprarie; G. vicecomite Castrinovi, Gaucerando de Urgio; R. Fortis de Bello Podio; R. de Capraria et Dalmacio de Castronovo et aliis pluribus.

1274, julio 5. Perpiñán.

2121

Jaime I, rey de Aragón, exime a los habitantes de Thuir de pagar la leuda de Collioure.

ACTh. *Livre vert*, f. 11.- ADPO. *Liber praeumaticarum*, f. 104.

Publ.: ALART, *Privilèges et Titres*, I, pg. 333.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.469.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, fidelibus suis baiulo et pedagiariis seu leudariis Cauquiberi, presentibus et futuris, ad quos presens carta pervenerit. Salutem et gratiam. Noveritis quod homines Toyrii comparentes coram nostra presencia ostenderunt nobis querelando quod ab eis apud Volonum leuda petebatur et accipiebatur iniuste pro mercibus et rebus suis, quas per locum ipsum transibant, eundo versus Barchinonam seu Peralatam, et prodixerunt testes coram nobis, per quos probaverunt, quod illi qui ponuntur apud Volonum pro leuda recipienda, ponuntur ibi et consueverunt poni ad recipiendam leudam ibi, pro Cauquolibero, ab illis mercatoribus qui de Perpiniano ibant versus Barchinonam seu Peralatam, cum deberent transire per Caucumliberum et non per Volonum. Unde nos, tum propter predicta, tum etiam quia dicti homines Toyrii non habent necessario transire per Caucumliberum euntes versus Barchinonam, seu Peralatam seu versus partes illas, cum

caminus Voloni sit eis magis propinquus ei in recta via, dicimus et mandamus vobis firmiter quatenus a dictis hominibus Toyrii non petatis vel accipiatis nec permitatis accipi, visis presentibus litteris, de cetero pedagium seu leudam in Volono nec alio loco, racione Cauquiliberi, pro aliquibus mercibus seu rebus suis quas per inde transeant, in eundo de Toyrio versus Barchinonam seu Peralatam aut versus partes illas, nec inveniendo de illis partibus apud Tohirium, scientes quod hoc mandatum pro sententia volumus reputari. Et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum Perpiniiani, III nonas iulii, anno Domini M CC LXX quarto.

1274, julio 11. Granollers.

2122

Jaime I, rey de Aragón, regula el pago de las deudas que el monasterio de Ripoll tiene con los judíos de Besalú y Puigcerdá.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 149v.

Pub.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pg. 931.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.470.

Iacobus, Dei gracia etc. Cum monasterium rivipollense fuerit per predecessores nostros fundatum, edificatum eciam et constructum et multa corpora nostrorum predecessorum in ipso monasterio honorabiliter sint sepulta, propter quod nos ipsum monasterium ab omni dampno et periculo custodire totis viribus teneamur, sic quod racione debitorum seu usurarum vel alia qualibet racione destrui non possit seu eciam deperiri; intelligentes pro certo quod dictum monasterium est iudeis Bisulduni et Podii Ceritani et aliorum locorum terre nostre in magna quantitate pecunie specialiter obligatum et quod racione dicte obligacionis seu racione prefate pecunie quantitatis abbas et monachi ipsius monasterii possessiones aliquas haberent vendere, quod in magnum dampnum ipsius monasterii redundaret, ideo per nos et nostros ex nostre plenitudine potestatis sic super predictis cum presenti carta nostra duximus providendum, videlicet; quod hinc ad proximum venturum festum Assumpcionis Beate Marie mensis augusti nec ab ipso

festo usque ad unum annum continue venturum et completum iudei dictorum locorum vel aliqui alii iudei non possint petere aliquam solucionem de quantitate predicta seu aliquibus debitis, que abbas et monachi prefati monasterii seu dictum monasterium vel aliqui alii pro ipsis debeant eisdem nec abbas et monachi seu dictum monasterium ac alii supradicti solvant aliquid prefatis iudeis infra dictum tempus nec solvere modo aliquo teneantur. Transacto, tamen, dicto termino, ex tunc volumus quod dicti abbas et monachi seu monasterium solvant in dicto festo prefatis iudeis creditoribus suis singulis annis certam quantitatem pecunie per solidum et libram in solucionem dictorum debitorum ad cognicionem Bernardi de Prato, iurisperiti Bisulduni, sic quod infra sex annos ex tunc computandos, predicta debita ipsis iudeis, usuris, tamen, cessantibus, integre persolvantur; compositione, tamen, olim facta inter abbatem et monachos predictos ex una parte et dictos iudeos creditores suos ex altera, in facto dictorum debitorum per Bernardum de Prato, iurisperitum Bisulduni quondam, in suo robore permanente, cum eam velimus in omnibus confirmari. Quare vobis dicimus firmiter et mandamus quatenus non compellatis nec compelli faciatis vel permitatis abbatem seu monachos antedictos, nec homines suos nec debitores vel fideiussores pro ipsis in predictis debitis obligatos nec bona eorundem seu prefati monasterii ad solvendum dicta debita nisi sub forma predicta ... ad solucionem interim usuras aliquas pro eisdem, immo omnia et singula antedicta observetis et observari nichilominus faciatis, non obstante aliquo mandato a nobis in contrarium facto nec gracia aliqua a vobis in contrarium impetrata, scientes quod predicta omnia sic, ut supra continentur, observari volumus, usuris cessantibus, et campteri. Et hoc facto aliquo non mutetis.

Datum apud Granoilles, V idus iulii anno Domini M CC LXX quarto.

1274, julio 15. Barcelona.

2123

Jaime I, rey de Aragón, comunica al concejo de Zaragoza la rebeldía de algunos nobles catalanes y solicita auxilio militar, por lo que deben acudir a Cervera el día 8 de agosto.

RAH. *Colección Salazar*, M. 81. Extracto autógrafo de J. Zurita.
 Publ.: CANELLAS, A., *Colección diplomática del Concejo de Zaragoza*,
 doc. 143.

[Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis] zalmedine, iuratis, [probis hominibus et toti] concilio Cesarauguste. [Salutem et gratiam.] Cum R. de Cardona et P. de Vergua causam prebuerint procedenti contra ipsos, a scilicet ratione, quia sustinent et recipiunt in suo illum qui iustitiam nostrum Aragonum interfecit iniuste, et alios etiam homicidas et banditos terre nostre, quos [in terra] sua tenere intendunt et nolunt desamparare, ac ratione potestatum castrorum quorum a nobis tenent in feudum quos nobis nolunt dare, plene facere debent, et ratione aliorum maleficiorum que ratione nostre fecerunt, et furtarum etiam ac iusticiarum quas contra nostram regaliam et in preiudicium nostre iurisdictionis faciunt; cum nemo iusticiam sanguinis vel mutilacionis membrorum in terris nostris habere debent nisi ex donacione regis, necnon etiam ratione impresionis quam cum iuramento fecerunt modo contra nos et nostros filios cum aliquibus aliis baronibus Cathalonie, imponenda aliqua que vera non erat karissimo filio nostro infanti Petro. Volendo ea pro certis et veris seminare aliis, non attendentes predictarum, rogamus et mandamus vobis quatenus in prima venture feste Beate Marie mensis augusti sitis nobiscum apud Cervariam cum armis et apparamentis vestris et pane de tres menses, parati facere nobis exercitum contra predictos et alios, et sequi et iuvare nos, scientes quod ex hoc, si possemus, vos excusaremus libenter, nisi quatenus inducunt ad hoc faciendum predictae iniurie in preiudicium nostre iurisdictionis et domini nobis factum.

Datum Barchinone, idus iulii anno Domini M° CC° LXX° quarto.

[Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani]

1274, julio 15. Barcelona.

2124

Jaime I, rey de Aragón, responde a las alegaciones que el vizconde de Cardona ha hecho a sus demandas de los feudos.

ACA. *Cancillería. Registro 22*, f. 12v.

Publ.: CUBELLS, M. *Révue Hispanique*, t. 37, 157.

FONDEVILLA, F., "La nobleza catalano-aragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1127.-
 HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.471.

Iacobus Dei gracia etc. viro nobili et dilecto R. vicecomiti Cardone. Salutem et dileccionem. Fem vos saber que veem les letres quens trameses de resposta sobrel feit de les citacions que feites vos avem. En les quals letres era contengut que per zo car vos cuidavetz que jugassem, nos avietz respost primerament jugan sobrel feit de la poztat de Cardona, mas ara pus vehietz que nos ab acabament o demanavem quens responietz ab acabament que vos e vostre linyatge avietz tengut lo castel de Cardona per franch alou be per CCC ans, e que si d'aqui avant vos en demanavem que no us en respondrietz, sino axi com hom deu respondre de son alou e que non mostrarietz neguna carta, que no vulietz metre mala costum en Cataluyna ni que presessem materia ni ocasio de vos de demanar los altres qui tenen lurs castels per alou que aguessen a mostrar cartes. Encara era contengut en les vostres letres al feit d'en Bertran de Canelles e dels altres bandejatz que vos e vostre linyatge avietz acostumat de sostenir tots cels quins poguessen escondir de fe. Aytambe era contengut en les vostres letres quens responietz al feit d'en P. de Vallebrera, que era nostre hom, e que non farietz dret nil pendrietz en vostre poder. Encara, que no avietz feites forques en alguns locs, si no en aquells en que vos e vostres predecessors les avietz acostumades d'aver. E en aquelles vostres letres non resposes a les citacions que nos vos avem feites si vendrietz devant nos per fer nos dret o no ne al dia per nos a vos assignat no sotz comparegut devant nos a Barcelona per vos ni per procurador vostre, les quals totes coses enteses, responem vos en tal manera: primerament azo que dehitz que us cuidavetz que la poztat del castel de Cardona vos demanassem

jugan, que per azo nos responietz jugan, que ben sabetz vos que tan cara cosa es feït de poztat qui per fe se dona e tan gran pena hi posa l'usatge a cels qui dar no la volen que no devietz creure que nos per joc la demanassem. E car dehitz que ben a CCC ans que vos e vostre linyatge l'avietz tengut per alou no nou res a nos, per zo car nos avem bones cartes que deu tenir per nos, feïtes de temps a ensa, dins lo qual a nos vostre dret no pot esser prescrit. Azo que dehitz sobre feït d'en Bertran de Canelles e dels altres bandejatx que totz temps vos e vostre linyatge avietz usat de sostenir totz cels ques pusquen escondir de fe, ben sabets vos que no podretz aver usat ne avetz que nos no fazam justeyes d'aquels qui les merexen per zo car totes les justeyes de Cataluyna son nostres, segons l'usatge, e negu no's pot escondir de fe de re que contra nos faza si en nostra cort no o fa, e vos nos sufritz nostres bandejatx e nostres malfeitores que nos non puscam fer justeya, par que vos nos vulatz tolre e enbargar nostra seynuria, la qual cosa fer no devetz, car si vos meteix teniets a nos tort d'aquestes coses, vos n'auriets a venir denant nos en propria persona e a respondre e fer dret en nostre poder, on majorment no podetz deffendre los altres ni emparar qui d'azo nos son colpables que non façen dret en nostre poder, e vos avetz nos otorgat quels sufritz. Azo que deïtz quen P. de Vallebrera es vostre, ben sabetz vos que en Marti de Vallebrera fo homne d'en Jacme de Cervera e son fil e no vostre... s'acostaren a nos, e el dit P. de Vallebrera es nostre official e de nostra casa e nostre ciutada de Leyda, e semblans estrayna cosa que de nostre hom digatz que no prenatz dret en nostre poder, car si vostre era e vos lo vulietz agreujar contra dret, nos som tengutz, segons l'usatge de Barcelona, quel defessesem. Al feït dels forques que deïtz que non avetz feïtes fer en neguns locs, si no en aquels en que vos e vostres antecessors les avetz acostumades d'aver, ben sabetz vos que quan nos tornam del viatge d'Oltramar e us perdonam, vos nos promeses d'enderrocar les forques d'alcuns locs, de les quals neguna no avetz derrocada, ne a nos no es cert ni creem que vos ni vostre linyatge les dejatz en null loc aver, quom l'usatge les de totes a nos, e nul hom no deu aver justicia corporal dels reis en fora, si doncs per donacio dels no la han. E quom

nos aquestes coses no puscam sofrir ni dissimular, anz per força del dret siam astretz de demanar nostra dretura contra aquels qui dret no volen fer ni comparar davant lur seynor, altra vegada citam vos, diem e manam a vos que al VIII dia apres que aquestes letres avretz reebudes, comparegatz denant nos en Barcelona aparellat de mostrar nos per qual raho nons donatz la poztat del dit castel de Cardona, e aparellat de fermar e de fer dret de totz clams que de vos ajam, aytambe de bandejatx nostres e de malfeitores que avetz sofert e sufritz, quom de pau e de treues, quom encara de tots altres clams que de vos ajam; e azo no mudetz, en altra manera sapiatz que enantarem contra vos axi quom dret sia, sabens quel damunt dia a vos derrer e preemptori assignam.

Datum Barchinone, idus iulii anno Domini M CC LXX quarto.

1274, julio 18. Tarrasa.

2125

Jaime I, rey de Aragón, concede nuevo plazo al vizconde de Cardona para presentarse.

ACA. *Cancillería. Registro 22, f. 13r.*

Publ.: CUBELLS, M., *Revue Hispanique* t. 37, pg. 158.-

FONDEVILLA, F., "La nobleza catalano-aragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1.130.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.472.

Iacobus Dei gracia etc. nobili viro Raymundo, vicecomiti Cardone. Salutem et dileccionem. Fem vos saber que frare Berenguer d'Almenara, maestre del Espital, en Maimo de Castellauli, vengren a nos e dixeren nos algunes paraules de vostra part, entre les quals nos dixeren quens pregavetz queus alongassem el dia que us aviem donat e assignat que venguesses denant nos aparellat de fer dret per X dies. On nos, a pres d'en Guerau de Cabrera e d'en Bernat de Centeilles e del maestre e d'en Maimo damunt ditz, per sobrar malicia, alongam a vos aquell dia entro a X dies contatz del dia avant en que davant nos, segons lo manament de nos a vos feït, devietz comparar. Al qual dia, zo es assaber, dissaptez,

II nonas augusti, qui sera el dissapte primer apres la festa de Sent Pere e de Sent Feliu, vos manam que aparegatz e vingatz denant nos appareillat de fer a nos dret daqueles coses que en la carta que l'altre dia derrera vos enviam son contengudes, assignan a vos lo dit dia derrera e peremptoria assobrar malicia, segons que dit es desus; e protestam que aquest alongament a nos no pusca noure ni nuilla res de nostre dret tolre, ne que per aço altres vegades vos aguessen a citar, ni a nos noure no pusca en aitant com dabant comparar devietz al dia de nos a vos assignat l'altre dia, segons que de sus es contengut, vos vinen e comparen al dit dissapte e faen e asseguran de fer dret. E nos guiam e assecuram vos e tota vostra compaina e tot cels de vostra part entro al dissapte de sus dit de feit e de paraula. E car no aviem nostre segel, nil enfant el seu, feem segelar aquestes ab lo segel del mestre del Espital, al qual volem aiatz fe, axi com al nostre.

Datum Terracie, XV kalendas augusti anno Domini millesimo CC. LXX. quarto.

1274, julio 23. Barcelona.**2126**

Jaime I, rey de Aragón, concede al concejo de Zaragoza que en lugar de acudir a Cervera en el plazo previsto puedan dar dinero.

ACA. Cancillería. Registro 23, f. 3r.- *Cartas reales de Jaime I*, núm. 117. Publ.: FONDEVILLA, F., "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1.120.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.473.

Iacobus Dei gracia etc. fidelibus suis, çalmedino, iuratis, probis hominibus et toti concilio Cesarauguste. Salutem et gratiam. Cum vobis per alias nostras literas mandaverimus quod in festo sancte Marie augusti proximo venturo sitis nobiscum apud Cervariam cum armis et apparamentis vestris et pane ad tres menses, parati nos sequi contra Raymundum de Cardona et P. de Berga et adiutores ipsorum; nichilominus, tamen, volentes vos a multis expensis et laboribus relevare, quas et quos oporteret vos ratione

predicta facere atque pati, facimus vobis sciri quod si, ratione predicti exercitus, volueritis dare nobis denarios magis quam facere nobis exercitum eundem, placebit nobis amore vestri, si istud vestre fuerit voluntatis. Volentes et mandantes vobis quatenus si, ratione dicti exercitus, denarios volueritis dare nobis, donetis nobis ipsa ratione tantum et respondeatis de ipsis denariis Michaeli de Sexena, portario nostro, loco nostri, vel cui voluerit loco sui.

Datum Barchinone, X kalendas augusti anno Domini M CC LXX quarto.

1274, julio 23. Barcelona.**2127**

Jaime I, rey de Aragón, pide al concejo de Teruel la cantidad de treinta mil sueldos en concepto de fonsadera, en el caso de que el mismo prefiriera no acudir a la hueste convocada contra el vizconde de Cardona y P. de Berga y sus aliados.

ACA. Cancillería. Registro 39, f. 3r.

Publ.: GARGALLO, A., *El concejo de Teruel en la Edad Media, 1177-1327*, IV, doc. 109.

Iacobus, Dei gratia et cetera, fidelibus suis [iudici, alcaldis, iuratis et omni concilio Turolii]. Salutem et gratiam. Cum nobis per alias litteras nostras mandaverimus quod in festo sancte Marie augusti proximo venturo sitis nobiscum apud Cervariam cum armis et aparamentis vestris et panem ad tres menses, parati nos sequi contra R. de Cardona et P. de Berga et adiutores ipsorum, nichilominus tamen, volentes vos a multis expensis et laboribus relevare, quas et quos oporteret vos ratione predicta facere atque pati, facimus vos gratiam quod, si ratione predicti exercitus volueritis dare nobis denarios magis quam facere nobis exercitum, eundem placebit nobis amore vestri, si istud vestre fuerit voluntatis. Volentes et mandantes vobis quatenus, si ratione dicti exercitus denarios volueritis dare nobis, donetis nobis ipsa ratione in [XXX mille solidos] et respondeatis de ipsis denarios Micheli de Sexena, portario nostro, loco nostri, et cui voluerit loco sui. Scientes pro certo quod, pro habenda a nobis gracia vel remissione

de predictis denariis vel de dicto exercitu, ad nos vos non oportet miteri vel venire aliquos, quam nos volumus aut quam faciatis nobis dictum exercitum aut detis nobis denarios antedictos.

Datum Barchinone, X° kalendas augusti anno Domini M° CC° LXX° quarto.

1274, julio 27. Barcelona.

2128

Jaime I, rey de Aragón, otorga carta de población y franquicia a los habitantes de Vilanova y La Laguna, en el término de Cubellas, eximiéndoles de diversos tributos y tomándolos bajo su protección.

Biblioteca-Museo Balaguer, de Villanueva y la Geltrú, núm. 664, original.-
ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 150v.- *Reg. 216*, f. 94r.
Publ.: FONT I RIUS, *Cartas de población y franquicia*, doc. 327.-
COROLEU, *Historia de Villanueva*, pg. 413, ap. I.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damus et concedimus universis et singulis hominibus venientibus ad populandum ad populationem Ville Nove, in termino de Cubellis iuxta Guialtrudem, vel ad aliam populationem que sit iuxta mare in termino de Cubelles, in loco vocato Ça Lacuna, vel ibi iam habitant quod pro domibus quas ibidem facient nec pro bonis mobilibus que ibidem modo aportabunt, non teneantur aliquo tempore facere nobis exercitum neque nostris, nec cavalcata, nec dare peytam sive questiam, nec cenam nec aliquam aliam regalem exactionem, set sint inde quitii et penitus perpetuo absoluti, prout melius dici potest et intelligi, ad eorum bonum et sincerum intellectum. Pro honoribus autem quos ibidem habebunt exceptis domibus et pro honoribus etiam quos alibi emerint de realencho vel aliter habebunt nobis et nostris perpetuo servire teneantur. Preterea, infranquimus eosdem et omnia bona eorum per decem annos primos venturos ab omni lezda et pedagio. Item, scilicet quod infra dictos decem annos non teneantur

nobis nec nostris dare de aliquibus rebus vel mercibus suis in aliquo loco terre nostre, pedagium aliquod neque lezdam, set sint inde franchi, quitii et penitus absoluti. Recipimus etiam, ipsos et omnia bona eorum in nostra protectione, custodia, comenda et guidatico speciali, in eundo, stando et redeundo per omnia loca totius dominationis et iurisdictionis nostre. Ita quod nullus sit ausus de nostra gratia confidens ipsos bona nec bona eorum in aliquo loco terre vel dominationis nostre invadere, capere, detinere, marcare, offendere vel gravare aut etiam pignorarare culpa, crimine vel debito alieno nisi principales fuerint debitores vel fideiussores pro aliis constituti, nec etiam in hiis casibus nisi prius in ipsis fatica inventa fuerint de directo.

Mandantes vicariis, baiulis, curiis et aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod dictum guidaticum nostrum firmum habeant et observent et faciant observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione, immo dictos homines et bona eorum ubicumque manuteneant et deffendant, ipsis tamen facientibus, conquerentibus de se iustitie complementum. Quicumque autem contra hec guidaticum nostrum venire atemptaverit iram et indignationem nostram et penam centum morabatinorum se noviter incursum, dampno illato primitus integre et plenarie restituito.

Data Barchinone, sexto kalendas augusti anno Domini M° CC° LXX° quarto.

Signum (*signo*) Jacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Geraldus, vicecomes Caprarie. Gilabertus de [Crudiliis]. Gaucerandus de Pinos, iunior. Bernardus de Scintillis. Petrus de Vilamur.

Sig(signo)num Bartholomei de Porta, qui mandato domini regis hec scribi fecit, cum litteris suprapositis in secunda linea ubi dicitur "vel", et clausit loco, die et anno prefixis.

1274, julio 29. Barcelona.**2129**

Jaime I, rey de Aragón, restablece el camino de Barcelona a Vich por el Congost de Codines.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 151r.

Publ.: CARRERAS CANDI, *Miscelánea histórica*, II, pg. 484.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 994.

Noverint universi quod cum nos Iacobus, Dei gracia etc., concesserimus hominibus nostris ville Calidarum de Monte Boyno quod caminum sive via quo seu qua itur de Barchinona apud Vicum transeat per villam Calidarum et non per Congostum de Codinas, sicut ab antiquo fieri consuevit, et intellexerimus quod homines transeuntes per ipsam viam per nos concessum ipsis hominibus Calidarum dampnum et gravamen maximum inde paciebantur. Idcirco concedimus universis et singulis volentibus transire, ire et redire per dictum caminum seu viam de Congosto de Codines quod possint hoc facere libere, non obstante dicta concessione per nos facta dictis hominibus Calidarum.

Mandantes, etc.

Datum Barchinone, IIIIº kalendas augusti anno Domini Mº CCº LXXº quarto.

1274, julio 29. Barcelona.**2130**

Jaime I, rey de Aragón, escribe al Vizconde de Cardona y a P. de Berga sobre su rebelión.

ACA. *Cancillería. Registro 22*, f. 13v.

Publ.: CUBELLS, M. *Revue Hispanique*, t. 37, pg. 159.

FONDEVILLA, F., "La nobleza catalano-aragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1130.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.474.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, viris nobilibus et dilectis R. de Cardona et P. de Berga. Salutem et dileccionem. Fem vos saber que veem en G. de Rajadel e en Bruyl quens envias ab carta de procuracio, la cual carta coneguda de nostra cort no fo bastant que nos poguessem respondre a els ni els fer a nos per vos zo que deguessen; e dixeren nos de paraula que us desemparassem les honors e'ls feus e nos respodem a els segons que deguem per l'usatge. Encara fem saber a vos que nos emparam les honors e'ls feus e demanam e presem los poztatz de vos e dels altres per serviy quens contradehietz a fer, la qual cosa podriam fer per l'usatge de Barcelona, que diu: que si hom contradeix a son seynor, ques legat al seynor desemparar lo feu e tenir tant en sa seynuria tro quel serviy li sie en doble esmenat e be assegurat, quel serviy d'aqui enant no li sie contrestat. E per azo nos emparam los feus e los honors e presem los poztatz e o tenim vuy en custodia per dret; pero si a vos ni als altres es vigares que nos en aquestes coses vos ajam feyt tort, per vos nem jutgar e dar vos nem jutges; no empero entenem per azo de revocar lo dia que us avem peremptori assignat, ans aquel dia mateix vos assignam precisament e peremptori.

Datum Barchinone, IIII kalendas augusti anno Domini M CC LXX quarto.

1274, julio 30. Barcelona.**2131**

Jaime I, rey de Aragón, otorga salvoconducto a P. de Berga para que venga a entrevistarse con él.

ACA. *Cancillería. Registro 22*, f. 13v.

Publ.: CUBELLS, M. *Revue Hispanique*, t. 37, pg. 160.

FONDEVILLA, F., "La nobleza catalano-aragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1131.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.475.

Iacobus, Dei gracia etc. viro nobili et dilecto P. de Berga. Salutem et dileccionem. Fem vos saber quem Bernat Çentelles dix a nos quen R. de Cardona e'ls altres richs homnes, qui eren justatz ab el, dixeren a el, e aytambe en Maymo de Castellauli nos dix, que vos li avietz dit que els dixessen a nos que vos voletz anar en aquest feyt qui ara es entre nos e vos simplament e de pla e no ab neguna malicia. Encara que vos mostras nostra raho an R, de Cardona e als altres richs homnes e hi parlas per nos benegint, e per zo nos volem que en aquest feyt siatz ab nos e que vingatz a nos e nos enviam vos nostres missatgers, zo es a saber, lo bisbe de Vic, el mestre del Espital e en Maymo de Castellauli, e guiam vos e cels, qui ab vos vendran, en venir e en estar e en tornar entro a vostre loch. E conexeretz que nos en aquest feyt no volem anar ab neguna malicia si hom nons hi va, ans veuretz que y volem anar planament e sens tota malicia e segons dret e no avem en cor ni en volentat de fer tort a negu, mas dar dret segons quel aja.

Datum Barchinone, III kalendas augusti anno Domini M CC LXX quarto.

1274, agosto 3. Barcelona.

2132

Jaime I, rey de Aragón, da órdenes a sus oficiales sobre exportación a tierras del soldán de Alejandría y a otras tierras de moros.

Publ.: AGUILÓ, E., *BSAL*. (1895), pg. 11.-
HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 995.

Iacobus... fidelibus suis baiulis, vicariis, curiis, iusticiis, iuratis et aliis officialibus et subditis nostris ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Cum nos, ad mandatum Summi Pontificis, inibimus ne aliquis de terra nostra sit ausus extrahere causa portandi ad aliqua loca sarracenorum ferrum, arma, lignamina, panem nec aliqua alia victualia et huiusmodi inibicionem per vos teneri et observari mandaverimus firmiter, ut in litteris nostris quas super hoc vobis misimus, plenius continebatur, nunc, autem,

significamus vobis quod, nobis modo in Barchinone existentibus, probi homines Barchinone comparuerunt coram nobis et rogaverunt nos, ut deberemus declarare eisdem, que sub nomine victualium intelligebamus. Nos, autem, habito consilio cum fratribus predicatoribus et minoribus super predictis, ita duximus ordinandum quod nemo de terra nostra sit ausus ad aliqua loca terre vel dominacionis soldanis Alexandrie aliquas merces nec aliquas alias res, prohibitas vel non prohibitas, deportare, nec eciam ad aliqua alia loca sarracenorum deportare vel mittere ferrum, arma, lignamina, plumbum, peguntam, filum canabi vel aliquid aliud, de quo exarcia fieri possint, nec navem, lignum vel aliquod vaxellum vendere sarracenis, nec deportare eciam vel mittere frumentum, ordeum, milium, panicium, adazam, fabas, cicera nec aliquam farinam ipsorum bladorum vel aliam farinam. Omnia vero alia possint ad terram regis Tunicii et ad alia loca sarracenorum, excepta terra et dominacione dicti soldani Alexandrie, libere deportare. Mandantes vobis firmiter et districte quatenus huiusmodi inibicionem nostram faciatis ab omnibus inviolabiliter observari, ut superius continetur, et non contraveniatis nec aliquem contravenire permittatis si de nostri confiditis gracia vel amore. Non, autem, intelligimus pro huiusmodi mandato nostro inibere quin domini navium lignorum et aliorum vaxellorum possint in eorum navibus, lignis et aliis vaxellis portare victualia quecunque eis et marinariis necessaria, nec non et mercatoribus in eisdem euntibus, secundum quod viaticum fuerit; quod facere debebunt iuxta cognicionem duorum proborum hominum Ripparie, quos vos ad hoc legales, scilicet, eligatis; nec quin possint eciam portare in eisdem navibus, lignis et vaxellis aliis peguntam et clavos ad opus eorum navium et lignorum ac eciam aliorum vaxellorum et arma ad ipsorum deffensionem, iuxta similiter cognicionem ipsorum duorum proborum hominum, quos vos ad hoc, ut dictum est, eligeritis.

Datum Barchinone, tercio nonas augusti anno Domini millesimo duocentesimo septuagesimo quarto.

1274, agosto 6. Barcelona. 2133

Jaime I, rey de Aragón, concede guíaje a Ramón Sanchez, Miguel de Camalleras y Pedro de Benayan, ciudadanos de Mallorca, para ir al reino de Tremecén a comerciar cualquier género salvo las cosas prohibidas.

ACA. Cancillería. Registro 19, ff. 154v y 157r.

Publ.: GIMÉNEZ SOLER, A., "El comercio en tierra de infieles durante la Edad Media", *BABLB*, V, pgs. 191-192.

Iacobus, etc. fidelibus suis vicariis, baiulis, curiis, iusticiis et iuratis, almirallis et comitibus navium galearum et lignorum armatorum ac universis aliis officialibus et subditis nostris ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Noveritis nos concessisse Raymundo Sançet, Micaeli de Camalleras et Petro de Benayan, civibus Maiorice, quod ipsi vel alter ipsorum possint in quocumque loco voluerint terre nostre honerare quoddam lignum una vice cum ficubus et aliis omnibus quibuscumque voluerint, exceptis illis que prohibita sunt deportari sarracenis, et cum ipso ligno honerato ire ad terram regis de Tirimce, non obstante inhibitione per nos facta, ne aliquis de terra nostra audeat ire ad terram ipsius regis de Tirimce . . . Res autem que prohibite sunt deportari sarracenis secundum quod modo in Barchinona, cum consilio fratrum predicatorum et minorum, declaravimus sunt hec arma ferrum, lignamina, frumentum, ordeum, adaçia, panicium, milium, fabe et farine, omnium bladorum, pegunta, filum canabi et aliud de quo exarcia fieri possit et plumbum. Omnia alia sunt sarracenis licita deportari, exceptis tamen sarracenis terre dominationis soldani Alexandrie. Quibus volumus quod alique res prohibite vel non prohibite per aliquos de dominatione nostra modo aliquo deportentur.

Datum Barchinone, VIII idus augusti anno Domini millesimo CC. LXX. quarto.

1274, agosto 9. Barcelona. 2134

Jaime I, rey de Aragón, concede y confirma a la Orden del Temple todo lo que poseen por justo título en la plaza que hay ante su castillo de Mallorca.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 156r.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus vobis, fratribus et ordini militie Templi, imperpetuum, totum id quod tenetis iusto titulo de platea que est coram castro vestro Maiorice; sicut afrontatur cum cequia que intrat castrum predictum, cequia que vadit ad ortum qui fuit Nunonis quondam, ad omnes vestras voluntates de toto eo quod dicta platea iusto titulo tenetis perpetuo libere faciendas. Ita tamen quod semper sit ordinis Templi id quod vobis confirmamus.

Mandantes et cetera.

Datum Barchinone, Vº idus augusti anno Domini Mº CCº LXXº IIIº.

1274, agosto 9. Barcelona. 2135

Jaime I, rey de Aragón, toma bajo su protección a Jaime Company y Arnaldo Mercer, habitantes de Valencia, con todas sus mercancías, bienes y cosas, para que puedan desplazarse por todos los lugares y tierras de su jurisdicción.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 156r.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros recepimus et constituimus sub firma custodia nostra, protectione, comenda et guidatico speciali Jacobum Capmany et Arnaldum Mercerii, habitatores Valencie, cum omnibus mercibus et aliis bonis et

rebus suis presentibus et futuris et eundo, stando et redeundo per omnia loca, terre et iurisdictionis nostre. Ita videlicet quod nullus, de nostri gracia confidens, audeat predictos Jacobum Company et A[rnaldum] Mercerii, tam per terram quam per mare, alias merces vel res aut bona eiusdem in aliquo loco terre vel iurisdictionis nostre invadere, capere, detinere, impedire, marchare, pignorare, offendere vel gravare culpa, crimine vel debito alieno nisi ipse debitor seu fideiussor fuerit manifestus nec in hiis etiam casibus nisi prius in eo fatiga inventa, inventa fuerit de directe.

Mandantes firmiter vicariis et cetera. Quicumque autem et cetera. Et penam CCC morabatinorum.

Datum Barchinone V^o idus augusti anno Domini M^o CC^o LXX^o quarto.

1274, agosto 9. Barcelona.

2136

Jaime I, rey de Aragón, absuelve a Vives, baile de Alfandech de Marinyen, y a su baillía de la usura por él ejercida contra los habitantes de dicha alquería y de algunos otros delitos.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 156r.

Publ.: BURNS, R.I., "Jaume I and the jews of the Kingdom of Valencia", *X CHCA*, pgs. 314-316.

Noverint universi quod cum denunciatum fuisset nobis Iacobo, Dei gracia etc., contra te Vives, iudeum, baiulum de Alfandec de Marinnen, filium Iuceffi Aben Vives, quod tu vel alius racione tui accipiebatis singulis annis a sarracenis de Alfandech alqueriam ipsorum sarracenorum ad rationem duorum solidorum [per] arovam que valebat, ut dicebatur, de quattuor ad sex solidos; et quod tu mutuabas vel faciebas mutuari eisdem sarracenis ad usuras magnas, ultra cotum nostrum, denarios et aliam pecuniam; et quod de vicio sodomitico culpabilis eras; et alia eciam plena capitula contra te denunciata nobis fuerunt, et oblata in scriptis per Azachum Barbuti, scilicet et per Zalemam Barbuti, Abrahamum Samariani et Abrahamum Gerundini, iudeos, et per Abdella Dahui, sarracenum de Alfandech—nosque,

super vicio sodomitico predicto, testes recipi fecerimus et non invenerimus probatum contra te vicium antedictum, et super inquirendis aliis contra te denunciatis et propo[s]itis procedere non velimus-. Idcirco per nos et nostros absolvimus te, dictum Vives, et omnia bona tua ab omni petitione et demanda ac pena civilibus et criminalibus si quas contra te habebamus et imponere poteramus racione criminis sodomitici supradicti vel racione alterius cuiuslibet criminis, culpe, maleficii seu delicti pro quibus contra te usque in presentem diem, quo presens scribitur carta, possemus agere civiliter vel criminaliter quoquomodo.

Et absolvimus eciam, diffinimus ac remittimus tibi [ac universis et singulis illis qui pro te tenerentur dictam baiuliam de Alfandech, et qui de dicta alqueria emerunt vel mutua fecerunt dictis sarracenis, dum tu ipsam baiuliam tenuisti] omnem petitionem et demandam ac penam civiles et criminales quas contra te vel ipsos aut bona tua vel eorum habebamus vel habere sive movere, imponere seu infligere poteramus, racione empcionis predictae alquerie vel lucri per te vel ipsos facti in ipsa alqueria, aut in aliis rebus cum sarracenis predictis, au[t] racione dictarum usurarum vel quorumlibet que contra te vel ipsos denunciata vel proposita fuerint, ut superius continetur. Ita videlicet quod, pro predictis vel eorum aliquo, non possimus nos seu nostri facere vel movere tibi \seu/ tuis petitionem aliquam seu demandam, nec aliquam penam civilem seu criminalem in personas vel res tuas vel eorum imponere seu infligere ullo modo; sed sitis tu et tui et ipsi ac sui, cum omnibus bonis vestris, presentibus et futuris, liberi et immunes ac penitus perpetuo absoluti ab omnibus et singulis supradictis et aliis contra te vel ipsos denunciatis et propositis, ut dictum est, ac si hic essent comprehensa omnia et singula capitula contra te proposita de quibus te absolvimus, ut est dictum, et sicut melius et utilius dici potest et intelligi ad tuum et ipsorum bonum et sanum ac sincerum intellectum. Mandantes etc.

Et si forte karissimus filius noster, infans Petrus, faceret tibi, dicto [P.] Vives, aliquam petitionem seu demandam [de tempore per quod dictam baiuliam tenuisti pro dicto filio nostro, de quo cartam vel albaranum habes,

vel racione iniuriarum per te vel locum tuum tenentes factarum sarracenis predictis, racione alicuius pene sive calonie predictorum, de quibus te absolvimus] nos in istis ponemus ante et te inde indempnem servabimus cum omnibus bonis tuis. Sed si ipse filius noster demandam tibi fecerit occasione dicte baiulie racione compoti aut minus compoti, ex hoc respondere teneatis eidem; et nos ex hoc te non teneamur indempnem servare. Mandamus itaque firmiter etc.

Datum Barchinone, V idus augusti anno Domini M CC LXX quarto.

1274, agosto 16. Barcelona.

2137

Jaime I, rey de Aragón, concede y confirma a Domingo Serrano, poblador de Penáguila, cinco jovadas de tierra que Berenguer de Lácera su alcaide le concedió en el término a condición de fijar allí su residencia, no poder vender la heredad durante diez años y estar a su servicio.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 169v.

Noverint universi quod nos Nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et valencie, comes Barcinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros laudamus, concedimus et confirmamus tibi Dominico Serrani, populatori Penaguile, et tuis imperpetuum, illas quinque iovatas terre quas Berengarius de Lacera, alcaidus vester Penaguile, dedit et assignavit in termino Penaguile, in loco vocato Siynano, simul cum decem iovatis terre; quas ibidem assignavit Dominico Dulcio et Natali Realli. Ita videlicet ut dictas quinque iovatas terre in dicto loco tibi dicto Dominico Serrani assignatas, affrontantes cum iovatis dicti Dominici Dulcii et cum iovatis Natalis Realis, habeatis tu et tui cum introitibus et exitibus et melioramentis et suis pertinenciis universis ad dandum, vendendum, pignorandum ac alienandum et ad omnes tuas et tuorum voluntates inde cui vel quibus volueritis tu et tui penitus perpetuo faciendas, exceptis militibus et clericis ac personis religiosis. Tu vero facias ibi residenciam et hinc ad decem

annos non possitis vendere dictam hereditatem et serviatis inde tu et tui nobis contentis sicut alii homines regni Valencie nobis servicium

Datum Barchinone, XVIIº kalendas septembris anno Domini Mº CCº LXXº quarto

1274, agosto 17. Barcelona.

2138

Jaime I, rey de Aragón, envía a Ramón Ricart como embajador a Túnez.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 161v.

Publ. GONZÁLEZ HURTEBISE, E. "Recull de documents", *I CHCA*, II, pg. 1249.-

GIMÉNEZ SOLER, A., "El comercio en tierra de infieles durante la Edad Media", *BALB*, V.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.476.

Nos Iacobus, Dei gracia etc. per nos et nostros damus et concedimus vobis Raymundo Ricardi, civi Barchinone, quem pro nostro nuncio ad nobilem regem Tunicii destinamus, licenciam et plenum posse corrigendi et puniendi omnes illos homines terre et dominacionis nostre, undecumque sint, quos inveneritis in Tunicio vel in quibuslibet aliis locis extra dominacionem nostram, ex quo recesseritis de terra nostra, causa faciendi dictam missatgeriam in eundo, videlicet, et redeundo, ac eciam intus Tunicium, ita quod intus Tunicium vel alibi, ubicumque ipsos invenire poteritis extra dominacionem nostram, corrigatis et puniatis ac corrigere possitis eos personaliter seu pecunialiter, videlicet, omnes illos homines antedictos qui corrigendi fuerint vel eciam puniendi et eciam penas ponere super ipsis, prout vobis melius videbitur expedire, et quicquid in predictis per vos factum fuerit vel ordinatum, totum ratum habere promittimus atque firmum ac si a nobis personaliter esset actum. Mandantes firmiter etc.

Datum Barchinone, XVI kalendas septembris anno Domini M CC LXX quarto.

1274, agosto 17. Barcelona. 2139

Jaime I, rey de Aragón, concede plenos poderes a Ramón Ricart, su embajador en Túnez, del fondaco y consulado.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 161v.

Publ.: GONZÁLEZ HURTEBISE, E., "Recull de documents", *ICHCA*, II, pg. 1250.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.477.

Nos Iacobus, etc., concedimus vobis, Raymundo Ricardi, quem pro nostro nuncio apud Tunicium destinamus, quod nisi illi, qui modo alfundicum nostrum et consulatum Tunicii tenent, voluerint vobis statim persolvere illud, quod vobis restat ad solvendum de precio vendicionis, quam vos eis fecistis, loco nostri, de dictis alfundico et consulatu, a festo, scilicet, Sancti Michaelis proximo venturo usque ad II annos, possitis dictum alfundicum et consulatum eis emparare et auferre et vendere ac tradere cuicumque volueritis. Promitentes quod quamcumque vendicionem vel tradicionem facietis de ipsis alfundico et consulatu, sub forma, tamen, predicta, firmam et ratam habebimus et non contraveniemus nec aliquem contravenire permitemus, immo ipsam inviolabiliter faciemus observari.

Datum Barchinone, XVI kalendas septembris, anno Domini M CC LXX quarto.

[1274, agosto 19. Barcelona]¹⁵ 2140

Jaime I, rey de Aragón, desestima toda demanda contra P. Tomás, G. de Lledó y Pedro de Gerona por viajar a Alejandría y comerciar con cosas prohibidas.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 162r.

¹⁵ El documento no lleva fecha pero los documentos anterior y posterior llevan la aquí supuesta.

Publ.: GIMÉNEZ SOLER, A., "El comercio en tierra de infieles durante la Edad Media", *BABLB*, V, pg. 194.

Noverint universi quod nos Iacobus etc., per nos et nostros remittimus ... vobis, Petro Thomasii, G de Ledone et Petro de Gerunda, civibus Barchinone, et sociis vestris ac marinariis que in navi vestra vobiscum iverunt in viatico quod fecistis de Alayar apud Alexandriam ... omnem petitionem ... et omnem penam civilem et criminalem, ratione fuste et ferri ac aliarum rerum inibitarum quas honerastis in Alayar et cum navi vestra predicta portastis apud Alexandriam et ibidem sarracenos vendidistis... Mandantes etc.

1274, agosto 20. Barcelona. 2141

Jaime I, rey de Aragón, ordena que no sólo los cristianos, sino también los judíos y musulmanes guarden el debido respeto al Santísimo Sacramento.

ACA, *Cancillería. Registro 19*, f. 162r.

Publ.: BOFARULL, F., "Jaime I y los judíos", *ICHCA*, II, pg. 932.-

CHABÁS, R., *El Archivo*, pg. 1.207.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.478.

Iacobus etc. fidelibus suis vicariis, baiulis, iudicibus, iusticiis et aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, ad quos presentes littere pervenerint. Salutem et gracam. Cum omnipotentis iniuriam, cuius gracia regnamus in terris, disimulare nolumus nec debemus, set pocius eiusdem nomen et gloriam, quantum in nobis fuerit, exaltare; idcirco vobis notum facimus per litteras presentes nos ordinasse ac statuisse perpetuo quod, quandocumque et quocienscumque Corpus domini nostri Ihesu Christi per civitates et villas ac vias earum quaslibet contigerit deportari, non solum christiani, set iudei eciam et sarraceni quilibet qui in ipsis locis fuerint, corporalem reverenciam, genuum saltem flexionibus, teneantur

ipsi reverendo Corpori reverenter et humiliter exhibere aut ipsi iudei et sarraceni, qui hoc facere noluerint, debeant se abscondere et absentare penitus de locis ipsis et viis per que seu quas ipsum corpus deportabitur gloriosum, donec presbiter ipsum deportans transierit inde. Et quilibet iudeus vel sarracenus qui hoc non fecerit, incurrat sine aliqua mercede penam unius morabatini alfonsini quocienscunque hoc non fecerit. Statuimus, eciam, quod quicumque christianus hoc viderit et infra tres dies postquam illud viderit curie non denunciaverit, similem penam solvere teneatur. Et si quis forte in dictam penam incidens, eam solvere non poterit, per villam publice fustigetur aut in castello diucius teneatur. Nichilominus, eciam, statuimus et ordinamus quod, quicumque de cetero in ludo vel extra ludum quocumque modo linguam suam laxaverit in blasphemiam Dei aut Beate Marie matris eius aut cuiuslibet sanctorum, penam quatuor morabatinorum alfonsinorum sine remedio incurrat, quam si is solvere non poterit, per villam sine remedio fustigetur. Quare mandamus vobis firmiter quatenus, ne aliquis per ignoranciam de predictis se valeat excusare, faciatis predicta per capellanos in parrochialibus ecclesiis publicari et per preconem in mercatis et in plateis omnibus civitatum et villarum nostrarum publicari et preconizari per tres dies; tenorem presentis pagine in libris publice curie ad perpetuam observanciam scribi et inseri facientes. Mandamus nichilominus vobis quatenus predicta omnia exequi et observari faciatis, ut superius continetur, taliter faciendo quod in predictis negligentes non inveniamini nec remisi. Et hoc non mutetis, alioquin sciatis quod non solum penis predictis set eciam aliis multo maioribus vos inde fortiter puniemus.

Datum Barchinone, XIII kalendas septembris anno Domini M CC LXX quarto.

1274, agosto 25. Barcelona.

2142

Jaime I, rey de Aragón, escribe al infante don Fernando de la Cerda sobre la conquista de Navarra.

ACA. Cancillería. Registro 15, f. 97v.

Publ.: *Memorial Histórico Español*, 1, pg. 304.-

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.479.

Infanti dompno Ferrando, filio primogenito illustris regis Castelle... Femos vos saber que viemos vuestra carta, que nos enviastes por Iohan Martinez de Mijanchas, caverro vostre, en la cual nos enviastes dezir quel rey vuestro padre vos a dado el dreyto que el cuyda aver en Navarra et las demandas que hi fazen et que nos rogavades que vos enviassemos l'infant don P. filio nostro et tio vuestro, que se viesse con vos et que vos ayudasse a aquel feyto. Ont a vos en tal manera respondemos que tota vuestra hondra et vostre pro nos plazeria muyto assi como el nostre mismo. Mas est feyto est tanto apropiado a nos que nos no podemos seer que no demandemos lo dreyto que y avemos. Et ya el, l'infant don P. avandito, antes que nos esta vuestra carta oviessemos recebido, era ya ala a la instancia d'alcunos bonos homnes de Navarra por demandar el dreyto que nos hi havemos. Et porque el dreyto mils seades certo, queremos vos lo fer a saber, que sepades quel regno de Navarra fue sempre anticuament del regno de Aragon. Mas quando el rey don Alfonso murio a la batalla de Fraga, los navarros eslieron por si mismos rey et despuys el rey don Sanxo, rey de Navarra, a filo nos, que si el moria menos de filo de legitimo matrimonio, quel regno finquasse a nos, E desto avemos bonas cartas de tot lo regno firmadas et encara es a nos obligado el dito regno por LX milie marchos de plata et assi no podemos lezar de demandar todas estas cosas. Porque vos rogamos, assi como solemos, que vos a demanar estas cosas ajudedes al dito infant don P. assi como amos fiamos de vos. Car nos devemos catar vuestro dreyto et vos devedes catar lo nostre. Et somos sanos et alegres.

Datum Barchinone, VIII kalendas septembris, anno Domini, M CC LXX quarto.

1274, agosto 27. Barcelona. 2143

Jaime I, rey de Aragón, escribe al concejo de Barbastro informando sobre la concesión de la escribanía a su escribano de porción Bartolomé Tomás.

AMBb. Docs. reales y Privilegios, s.n.

Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis iusticiis, iuratis et concilio Barbastri, presentibus et futuris. Salutem et gratiam. Cum nos concessissemus Bartholomeo Thomasii, scriptori nostro porcionis, scribanniam tocius ville Barbastri cum carta nostra et invenerimus quod ipsa concessio fuerit facta in preiudicium vestrum et contra usum antiquum in dicta villa Barbastri hactenus usitatum. Idcirco, volumus et concedimus vobis quod predictam cartam a nobis factam dicto Bartholomeo Thomasii nec mandata (*ilegible*) vobis facta per litteras nostras, exsequi non teneamini nec etiam observare. Set sint ibi de cetero scriptores publici perpetuo sicut hactenus esse consueverunt, excepto quod nos [scribanniam] curie Barbastri, cum sit nostra propria, possimus dare cui voluerimus et quecumque voluerimus ponere et constituere in eadem.

Datum Barchinone, VI° kalendas septembris anno Domini M° CC° LXX° quarto.

1274, agosto 28. Barcelona. 2144

Jaime I, rey de Aragón, escribe a Guillermo Gaucerán recriminándole los daños causados a sus hombres.

ACA. Cancillería. Registro 22, f. 14v.

Publ.: FONDEVILLA, "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1.131.- HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.480.

Iacobus etc. dilecto Guillelmo Gaucerandi. Noveritis nos vidisse P. Çacort scutiferum nostrum, quem ad vos miseramus, qui ex parte vestra nobis dixit quod pigebat vos multum quia nobis malum aliquod facere habebatis, set non poteratis esse quin pignoretis nos, occasione debiti, quod vobis debebamus. Quibus intellectis, sic vobis duximus respondendum; quod miramur quamplurimum de vobis quia nobis vel hominibus nostris malum facitis nec pignora aliqua, non inventa fatiga iuris in nobis nec eiam diffidamento aliquo nobis facto. Quare vobis dicimus firmiter et mandamus quatenus nobis malum aliquod nec terre aut hominibus nostris nec pignora aliqua faciatis set veniatis coram nobis vel mitatis procuratorem vestrum et si in aliquo vobis tenemur, pacati simus vel debeamus satisfacere inde vobis; scientes quod si contra hoc, malum vel pignora nobis vel nostris hominibus feceritis, tam de hiis, quam de aliis que nobis hactenus fecistis, que modo penitus revocabuntur, vos taliter castigabimus, quod vos dolebitis inde plurimum et iuvare vos inde non poterit aliquis amicus [vester] nec aliquis qui vos velit ad malum huiusmodi provocare.

Datum Barchinone, V kalendas septembris, anno Domini M CC LXX IIII.

1274, agosto 28. Barcelona. 2145

Jaime I, rey de Aragón, ordena al veguer y baile de Gerona que no embargue a Geraldo de Cervera por razón de sus deudas.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 170v

Iacobus et cetera, fidelibus suis vicario et baiulo Gerunde, presentibus et futuris. Salutem et gratiam. Mandamus vobis firmiter quatenus quod aliquibus debitis vel firmamentis in quibus Geraldus de Cervaria sit quibuscumque personis christianis vel iudeis obligatus non pignoretis nech marchetis atque etiam modo aliquo agravetis homines suos de Cerviano vel de aliis locis suis, nec racione etiam aliquorum debitorum vel fideiussionum aliqua aliarum personarum nisi ipsi homines principales fuerint debitores

vel fideiussores constitutus nec etiam in hiis casibus nisi prius in eisdem fatigamenta fuerit de directo. Et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum Barchinone, V^o kalendas septembris anno Domini M^o CC^o LXX^o quarto.

1274, agosto 30. Barcelona. 2146

Jaime I, rey de Aragón, dispone que todos los habitantes de Perpiñán contribuyan a las cargas comunales.

ACP. *Livre Vert mineur*, ff. 30 y 113.

Publ.: ALART, *Titres et Privileges*, I, 335.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.481.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros damus et concedimus vobis, probis hominibus et universitati ville Perpiniani, presentibus et futuris, imperpetuum, quod omnes et singuli habitatores Perpiniani, tam milites quam quilibet alii, teneantur solvere partem suam in omnibus et singulis expensis sive taliis que fient inter vos pro comunitate dicte ville et ad comodum eiusdem, non obstantibus aliquibus franchitatibus per nos vel per predecessores nostros concessis eisdem vel concedendis, cum non sit intencionis nostre aliquos ex ipsis fore franchos de hiis, que expendantur ad comodum dicte ville et pro comunitate, set tantum de questiis et de aliis regalibus exaccionibus. Volentes et concedentes vobis quod si forte aliquis vel aliqui contra huiusmodi concessionem nostram, se a prestacione eorum, que pro comunitate vestra et ad comodum eiusdem fient, ut est dictum, voluerint excusare, ipsum et ipsos deffendere non teneamini, immo a comunitate ville vestre abiciantur.

Mandantes vicariis, baiulis et aliis universis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta omnia firma habeant et observent et faciant observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum Barchinone, III kalendas septembris anno Domini M C C L X X quarto.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: Gaucerandus de Pinos. R. de Cervaria. Periconus de Montecatheno. Bernardus de Scintillis. G. de Sancto Vincencio.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui mandato domini regis hec scribi fecit et clausit, loco, die et anno prefixis.

1274, septiembre 1. Barcelona. 2147

Jaime I, rey de Aragón, escribe al rey de Francia sobre la sucesión del reino de Navarra.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 98r.

Publ.: GONZÁLEZ HURTEBISE, E., "Recull de documents inédits del rey en Jaume I", *I CHCA*, II, pg. 1.251.

Illustri regi Francie Philippo. Salutem et sincere dileccionis affectum. Dileccioni vestre, [ut quia] plene confidimus, volumus non latere quod regnum Navarre olim, antiquis temporibus, ad predecessores nostros Reges Aragonum pertinuit pleno iure, et ipsius regni continuata possessio usque ad tempus regis Alfonsini, bone memorie, sub ipsus regibus Aragonum pacifice perduravit; quod non solum vulgata successive memoria tenet, verum etiam privilegia et alia instrumenta reginalia tam in terra Navarre quam in partibus nostris Aragonum iudicant manifeste. Post tempus vero regis Alfonsi predicti violenter et contra iusticiam fuerunt aliqui in Reges Navarre intrusi qui usque ad presens tempus per successiones varias regnum Navarre predictum indebite possiderunt. Item non solum nobis racione predicta regnum Navarre iuste debetur, verum etiam ex pacto et conveniencia dilecti avunculi nostri dompni Sancii, regis Navarre quondam, consensa, fide ac iuramento baronum, militum, civium et burgensium eiusdem regni firmata; qui predictus rex Sancius nos in suum filium adoptavit et pacto

et conveniencia adhibitis, ut si preter nobis decederet, ad nos ipsum regnum Navarre pleno iure devolveretur, sicut in instrumenta inde confecta, que apud nos retinuimus et habemus evidenter elucidare et eorum tenet adhuc memoria qui presentes dictis convenienciis et homagiis affuerunt. Post ipsius vero regis Sancii obitum, qui sine liberis et absque fratribus decessit, Thibaldus, filius sororis dicti regis Sancii, regnum ipsum, quod ad nos tam manifeste pertinebat, violenter et indebite occupavit, et ipsum regnum tam ipse quam duo filii sui successive usque ad tempora presencia tenuerunt. Unde cum iure tam multiplici et racione communi nobis soli regnum ipsum debeat karissimum filium nostrum primogenitum infanti Petro ad recuperandum ipsum regnum, quod nos sine aliquo iusto impedimento reverti potest et debet, duximus destinandum. Rogantes et requirentes affectionem vestram quatenus super premissis vos inveniamus favorabiles et amicos, ut ex hoc evidenter cognoscamus quod preces nostre in hiis que pertinent ad ius nostrum, apud vos tanquam apud filium et amicum nostrum, specialem locum obtinent et favorem sicut et nos econverso pro vobis parati sumus ad omnia que vestrum respiciant incrementum; mittimus ad vos insuper dilectum nostrum Albertum de Mediona, militem, qui super predictis credere debatis de hiis que vobis ex parte nostra duxerit refferenda.

Datum Barchinone, kalendas septembris anno Domini M° CC° LXX° quarto.

Similis illustri regi Castelle, etc.

1274, septiembre 1. Barcelona.

2148

Jaime I, rey de Aragón, absuelve a Arnaldo Lull de Casellis, del reino de Mallorca, de toda petición, demanda y penas civiles y criminales que pudiera mover contra él por la muerte de Guillermo de Fluxo, habitante de Crestagio, de la que fue inculgado.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 167v.

Noverint universi quod nos Iacobus, et cetera, per nos et nostros absolvimus et diffinimus ac remittimus tibi, Arnaldo Lulli de Casellis regni Maioricarum, et tuis imperpetuum, quanto ad nos et partem nostram pertinet, omnem petitionem et demandam ac penam civiles et criminales quas contra te et bona tua habebimus et habere, imponere seu infligere poteramus racione mortis Guillelmi de Fluxu, habitatoris quondam de Crestagio, de qua inculpatus fuisti. Ita videlicet quod, racione predictæ mortis, quantum ad nos pertinet seu ad partem nostram non possimus nos vel nostri aut aliqui nostri officiales facere vel movere tibi vel tuis petitionem aliquam seu demandam, nec aliquam penam civilem vel criminalem in persona vel res tuas imponere ullo modo. Set sitis inde tu et tui cum omnibus bonis vestris, presentibus et futuris, liberi et immunes ac perpetuo penitus absoluti, sicut melius et utilius dici et intelligi potest, ad tuum et tuorum bonum et sanum et sincerum intellectum. Te tamen faciente super predicta morte parentibus et consanguineis dicti defuncti querelantibus inde de te iusticie complementum. Mandantes firmiter vicariis, baiulis, curiis et universis aliis officialibus et cetera.

Datum Barchinone, kalendas septembris anno Domini M° CC° LXX° quarto.

1274, septiembre 1. Barcelona.

2149

Jaime I, rey de Aragón, concede a los carniceros de la ciudad de Valencia que puedan comprar un lugar para hacer nuevos puestos de venta de carne dentro de los límites de la citada carnicería.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 167v.

Carnificum Valencie

Noverint universi quod nos Iacobus, et cetera, per nos et nostros damus et concedimus vobis, universis et singulis carniceris civitatis Valencie, dominis tabularum carnicerie eiusdem civitatis, tam presentibus quam

futuris, quod infra afrontationes carnicerie predicte contentas in carta quam de dicta carniceria fecimus Guillelmo de Cardona et Ferrario de Ponte quondam et sociis eorundem, prout in ipsa carta continetur, possitis emere loca a nobis vel baiulis nostris Valencie data vel stabilita infra ipsas afrontaciones et ibi facere tabulas carnicerie, in quibus carnes fiant et vendantur sicut in aliis tabulis eiusdem carnicerie. Et si forte ipsa loca non poteritis habere, possitis tantum patuum quantum ipsum patuum est quod nos vel nostri baiuli Valencie dedimus seu stabilivimus infra dictas afrontaciones personis aliis nisi carniceris emere in quolibet alio loco, infra muros civitatis eiusdem, et in eo patuo possitis libere et sine impedimento alicuius persone tot tabulas carnicerie facere ubi carnes facere et vendere licite valeatis sicut in dicta carniceria quod scilicet tabulas in ipsis locis a nobis et nostris baiulis infra dictas afrontaciones datis seu stabilitis facere valeatis. Et pro ipsis tabulis non teneamini nobis vel nostris facere ullum censum set sub censu centum morabatinorum dicte carnicerie intelligantur. Salvo tamen quod si pro eo patuo quod extra dictas afrontaciones emetis, fieret nobis census ille sit nobis et nostris salvus. Mandantes firmiter baiulo, iusticie et iuratis Valencie et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta firma habeant et observent ac faciant observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione.

Datum Barchinone, kalendas septembris anno Domini M° CC° LXX° quarto.

1274, septiembre 1. Barcelona.

2150

Jaime I, rey de Aragón, absuelve a Guillemón Cesvals y Arnaldo Canadell de la muerte de Bernardo Geraldo que anteriormente había matado al padre del primero.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 167v.

Iacobus, et cetera, fidelibus suis vicariis, baiulis, curiis et universis aliis officialibus et subditis nostris ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Intelleximus quod Bernardus Geraldi interfecit Bernardum Cesvals de Sancto Petro de Zaserra; et modo, sicut dicitur, Guillemonus Cesvals, filius dicti Bernardi quondam, et Arnaldus de Canadello, consanguineus ipsius, interfecerunt dictum Bernardum Geraldi qui interfecerat predictum Bernardum Cesvals, patrem dicti Guillemoni. Quare mandamus vobis quot si ita est, non petatis aliquam penam vel caloniam a Guillemono et Arnaldo predictis ratione predicta. Nos enim, si ita est ut supra continetur, eos ab omni pena predictorum duximus absolvendos. Ipsi tamen facientibus parentibus et consanguineis dicti Bernardi Geraldi conquerentibus de ipsis super morte predicta iusticie complementum. Et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum Barchinone, kalendas septembris anno quo supra [anno Domini M° CC° LXX° quarto].

1274, septiembre 5. Barcelona.

12151

Jaime I, rey de Aragón perdona a la aljama de judíos de Játiva los seiscientos sueldos anuales que deben pagarle por razón de tributo.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 169v.

Noverint et cetera, per nos et nostros damus, concedimus et indulgemus vobis, aliame iudeorum Exative, presentes et futuros, quod singulis annis decetero donetis et dare teneamini nobis et nostris sexcentos solidos regalium Valencie per tributo, de quibus solvatis nobis in uno quoque festo Natalis Domini et aliam medietatem in uno quoque festo sancti Johannis baptiste. Et sic vobis et vestris, dantibus nobis et nostris dictos sexcentis solidos per dictos duos terminos anni, non possimus petere nos vel nostri a vobis seu vestris nec vos vel vestri dare teneamini nobis seu nostris alliquid ratione tributi.

Datum Barchinone, nonas septembris anno Domini M° CC° LXX° quarto.

1274, septiembre 6. Barcelona.

2152

Jaime I, rey de Aragón, confirma a Ramón de Camarasa la donación de seis jovadas de tierra, casas y huertos, que los repartidores de Villarreal le habían asignado, debiendo a cambio cumplir las condiciones de residencia y no enajenación durante el tiempo fijado.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 171r.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi, R[aimundo] de Camarasa, et tuis, imperpetuum, per hereditatem propriam, illas VI iovatas terre, domos et ortos, quas et quos A[rnaldus] Scriba, baiulus noster Valencie et procurator regni eiusdem, et frater P[etrus] Peyroneti, comendator Templi Burriane, et P. de Iuneda, divisores hereditatum populacionis Ville Regalis, tibi dederunt et assignaverunt auctoritate nostra in dicta populacione; sicut confrontantur dicte sex iovate terre, ex una parte, cum hereditate R[aimundi] de Conques; et ex alia parte, cum hereditate Petri Marini; et ex aliis duabus partibus cum terra que non dum data vel assignata est alicui; et dicte domus confrontantur cum duabus viis et cum domibus Petri Marini et cum domibus Bernardi Fuliola; et dicti orti affrontantur, ex una parte, cum orto Salomonis, iudei; et ex altera, cum orto d'en Serra; et ex altera, cum orto Paschaleti de Darocha; et ex alia, cum via ortorum. Predictas itaque iovatas terre, domos et ortos, ut superius confrontantur, tibi et tuis damus, ut est dictum, ad habendum, tenendum et possidendum et expletandum, cum introitibus, exitibus suis dandum, vendendum, impignorandum, alienandum et ad omnes tuas tuorumque voluntates cui et quibus volueris inde libere faciendas, exceptis militibus, sancti[s], clericis et personis religiosis. Retinemus tamen quod tu illud facias residenciam personalem et quod predictam hereditatem vendere non possis ad X annos primos venturos.

Datum Barchinone, VIII idus septembris anno Domini M° CC° LXX° IIII°.

1274, septiembre 6. Barcelona.

2153

Jaime I, rey de Aragón, toma bajo su protección a Azach Barbut, Çalema Barbut, Abraham Samaria y Abraham de Gerona, judíos de Valencia, y a todos sus bienes, ante la posible inquisición que Vives u otros judíos pudieran hacerles.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 172r.

Publ.: BURNS, R.I., "Jaume I and the jews of the Kingdom of Valencia", *X CHCA*, pg. 317, doc. 21.

Guidamus et assecuramus vos, Azachum Barbut, Çalemam Barbut et Abraham Samaria et Abraham de Gerunda, iudeos Valencie, et omnia bona vestra ubique habita et habenda, ita quod Vives, filius Iuceffi Abenvives, iudeus Valencie, vel aliquis alius iudeus de sua parentela [non possit vos] assecurare vel aliquem vestrum de aliquibus criminibus, nec ad ipsorum accusacionem vel denunciacionem possit fieri inquisicio [contra vos, nisi primo obligaverint se ad talionem]. Sed si de debitis vel aliis quibuslibet factis civilibus querimoniam proponent contra [vos, teneamini eis] respondere et facere inde ius. Mandantes, etc.

Datum Barchinone, VIII idus septembris anno Domini [M CC LXX] quarto.

1274, septiembre 6. Barcelona.

2154

Jaime I, rey de Aragón, concede a los pobladores de Aínsa que no paguen pecha, redención de ejército ni otros impuestos, salvo cuando los hombres de Jaca estuvieren obligados a su pago, pero retiene los tributos de los molinos, los peajes y las caloñas.

AMJ. *Documentos sueltos, caja 23*, cuadernillo, ff. 5-6. Copia del siglo XV. Publ.: LÓPEZ PÉREZ, Carmen María, *Jaca. Documentos municipales (1269-1400)*, doc. 2.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dey gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comeus (*sic*) Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, per nos et nostros damos (*sic*) et concedimus vobis, universis et singulis hominibus de Aynsa, presentibus et futuris, in perpetuum, quod non teneamini de cetero nobis vel nostris nunquam aliquo tempore aliquid dare vel solvere pro peyta, redemptione exercitus vel alia exactione regali nisi quando homines Iacce nobis dabunt et servient predictis racionibus; set quodcumque homines Iacce debunt nobis vel nostris peytam, redemptionem exercitus vel aliam exactionem regali, vos tunc nobis dabunt; salvamus et retinemus semper nobis et nostris illud quod percipimus in Hainsa et percipere consuevimus, tam racione mercati tributis molendinorum, vocatorum de rege, quam racione pedagii et calloniarum. Mandantes senyoriis, merinis, paciariis, portariis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predicta omnia firma habeant et observent et faciant observari, et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua racione.

Datum Barchinone, VIII^o idus septembris anno Domini M^o CC^o LXX^o quarto.

Signum (*signo*) Iacobi, Dey gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Guillelmus Raymundi de Montechathano. Periconus de Montecatheno. Bernardus de Scintillis. Guillelmus de Cervelione. Gaucerandus de Pinos.

Sig(*signo*)num Bartolomey de Porta, qui mandato domini regis hoc scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

Sig(*signo*)num mei Ferdinandi de Lisa, habitathoris ville Aynsie auctoritateque regia notarii publici per regna Aragonum et Valencie, qui huiusmodi copiam a suo originali privilegio a cura illustrissimi domini regis Iacobi, inclite memorie, concesso sigilloque domini regis cum cordellis siricis collaris pallidii munitum inpendenti extraxi et cum eodem melius

quo potui conprobavi et in testimonium premissorum cum meo solito signo signavi. Constat de rassis et correptis, de quibus propter prolixitatem mencionem aliquam fazere non curavi, et clausi.

1274, septiembre 7. Barcelona.

2155

Jaime I, rey de Aragón, establece nuevas carnicerías en Valencia.

AHN. *Clero, carpeta 3.277*, núm. 2. ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 172r.

Hoc est translatum bene et fideliter factum in civitate Valencie, octavo decimo kalendas madii, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, sumptum a quodam privilegio illustrissimi domini Iacobi, inclite recordacionis regis Aragonum, eius vero sigillo magestatis cere albe pendenti in veta de sirico crocei virmilique coloris sigillato, cuius tenor talis est:

Noverint universi quod cum nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, olim stabilivissemus carnificibus tunc civitatis Valencie imperpetuum locum in quo erat carniceria, scilicet tempore sarracenorum, cum corrallo ad opus scoriandi et quinquaginta ortos in termino Valencie ad censum, videlicet, centum morabatinorum in auro, ut in carta inde confecta plenus continetur; et nuper, concesserimus etiam cum alia carta nostra vobis omnibus et singulis carniceriis dicte civitatis dominis tabularum carnicerie eiusdem civitatis, presentibus et futuris, quod infra afrontaciones carnicerie contentas in carta nostra dicti stabilimenti, ut dictum est olim facti, possitis emere loca a nobis vel baiulis nostris Valencie data et stabilita infra ipsas afrontaciones et ibi facere tabulas carnicerie, in quibus carnes fiant et vendantur sicut in aliis tabulis eiusdem carnicerie. Et quod, si ipsa loca habere non poteritis, possitis tantum patuum quantum illud patuum est, quod nos vel baiuli nostri Valencie dedimus seu stabilimus infra dictas afrontaciones personis aliis nisi carniceriis emere in quolibet alio loco infra muros civitatis eiusdem et in patuo illo possitis libere et sine impedimento

alicuius persone tot tabulas carnicerie facere, ubi carnes facere et vendere valeatis libere, sicut in dicta carniceria quot scilicet tabulas in ipsis locis a nobis et nostris baiulis, infra dictas afrontaciones datis seu stabilitis facere valeatis; et quod ipsas tabulas habeatis sub censu dictorum centum morabatinorum pro ut in dicta carta nostra, quam super hoc vobis fecimus plenius continetur. Volentes vobis, dictis carniceriis civitatis Valencie, dominis tabularum predictarum dicte carnicerie, facere gratiam specialem, per nos et nostros enfranchimus vobis et vestris imperpetuum omnes tabulas, quas modo tenetis et habetis in carniceria predicta, et corralum et ortos, quod et quos habetis racione dicte nostre prime concessionis seu stabilimenti inde facte seu facti carniceriis tunc Valencie ut est dictum. Et illas etiam quas modo ex concessione nostra predicta facere debetis ab omni scilicet laudimio et fatica, ita quod de aliquibus vendicionibus, donacionibus, stabilimentis vel aliis alienacionibus quas facietis de predictis tabulis iam constructis et de corrallo et ortis predictis et de tabulis etiam quas vobis faciendas concessimus, ut est dictum, non teneamini fatigare vos in nobis nec baiulis nostris Valencie, nec dare inde laudimium nobis nec nostris aliquo tempore. Immo habeatis inde dictas tabulas semper franchas et liberas prout melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque bonum et sincerum intellectum.

Predictam autem franchitatem et gratiam vobis et vestris facimus, ut dictum est, tali modo quod semper vos et vestri donetis nobis et nostris, singulis annis, pro huiusmodi gracia et franchitate triginta morabatinos alfonsinos in auro, ultra centum morabatinos predictos quos iam nobis facitis pro predictis ut superius continetur, ita quod de cetero annuatim donetis nobis et nostris pro censu dictarum tabularum omnium iam factarum et faciendarum et corrali et ortorum centum triginta morabatinorum bonos alfonsinos in auro, quos solvatis semper nobis et nostris per duos terminos uniuscuiusque anni, videlicet medietatem in festo Nativitatis Domini et aliam medietatem in festo sancti Iohannis Bapteste, secundum quod dictos centum morabatinos solvere hactenus per ipsos terminos consuevistis. Et sic habeatis vos et vestri, imperpetuum, predictas tabulas factas et faciendas,

ut dictum est, corralum et ortos franchos et liberos ab omni laudimio et fatica, ut superius est expressum, salvis tamen semper nobis et nostris in eisdem omnibus centum triginta morabatinis censualibus supradictis. Recognoscentes insuper nos habuisse et recepisse a vobis modo in Barchinona pro huiusmodi gracia et franchitate quas vobis et vestris fecimus et concessimus, ut est dictum, mille solidos regalium, de quibus bene paccati sumus nostre voluntati. Renunciantes excepcioni pecunie non recepte. Mandantes baiulis, iusticiis et iuratis nostris Valencie, presentibus et futuris, quod predicta omnia et singula firma habeant et observent et inviolabiliter faciant observari, et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Datum Barchinone, septimo idus septembris anno Domini millesimo ducesimo septuagesimo quarto.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulani.

Testes sunt: Gaucerandus de Pinos, Guillelmus Raimundi de Montecatheno, Periconus de Montecatheno, Raimundus de Cervaria, Bernardus de Scintillis.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui mandato domini regis hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

Sig(*signo*)num venerabilis Bernardi Decani, iusticie civitatis Valencie in civilibus, qui, viso prefato originali privilegio, huic translato auctoritatem suam prestitit ac decretum.

Sig(*signo*)num Bernardi de Puteis, notarii publici Valencie, qui loco Ferdinandi de Bolas, notarii publici dicte civitatis et curie eiusdem, pro Iacobo Scribe in hoc translato auctoritate predicti iusticie eius iussu aposui et scripsi.

Sig(*signo*)num Petri Luppeti de Balanyano, auctoritate illustrissimi domini regis Aragonum notarii publici per totam terram et dominacionem eiusdem, qui hoc translatum ab originali suo non viciato, non cancellato, non abolito aut in aliqua sui parte suspecto, set omni vicio et suspicione carente fideliter sumptum et cum eodem originali nil addito nilque remoto

quod sensum mutet vel variet intellectum de verbo ad verbum legitime comprobatum scribi fecit et clausit loco, die et anno in prima linea contentis.

1274, septiembre 7. Barcelona. 2156

Jaime I, rey de Aragón, al morir Sancha de Mediano y su marido Raimundo de Xetmar estar en ultramar, nombra tutores del hijo de ambos, Dalmacio, heredero de los bienes de su madre.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 172r.

Iacobus, et cetera, intellecto quod R[aimundus]. Xetmarii, miles, est in ultramarinis partibus constitutus et Sancia de Mediano, eius uxor, decessit, superstate uno filio comuni ipsorum Raimundi et Sancie, nomine Dalmacio, in cuius Sancie bonis Dalmacio predictus successit. Idcirco, ad instanciam aliquorum consanguineorum dicti Dalmacii, damus et constituimus et assignamus eidem Dalmacium tutores seu curatores quo ad ipsa bona in quibus dicte matri sue successit, C. Xetmar, vicensis canonicum et avunculum dicti Dalmacii, et P. de Vila Freser, militem, quilibet insolidum. Dantes eisdem et cuicumque ipsorum plenam potestatem tenendi, procurandi, tuendi et administrandi dictum Dalmacium et bona eius predicta ad utilitatem eiusdem, sine fraude aliqua atque dolo, et alia omnia faciendi que tutor seu curator facere potest et debet.

Mandantes firmiter vicariis, baiulis, curiis et aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod de bonis predictis respondeant et predicti faciant predictis tutoribus seu curatoribus, recepto ab eis primitus iuramento et securitate sub obligatione bonorum suorum rem dicti Dalmacii, salva fore et eius utilia admittere et inutilia pretermittere sine fraude.

Datum Barchinone, VII idus septembris anno Domini M° CC° LXX° III°.

1274, septiembre 8. Barcelona. 2157

Jaime I, rey de Aragón, solicita de la ciudad de Zaragoza el abono del dinero para redención del servicio militar contra rebeldes de Cataluña.

ACA. Cancillería. Registro 18, f. 62r.

Publ. FONDEVILLA, "La nobleza catalanoaragonesa", *ICHCA*, II, pgs. 1132-3.- CANELLAS, A. *Colección diplomática del Concejo de Zaragoza*, doc. 145.

Iacobus, [Dei gratia, rex Aragonum, Maioricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani,] fidelibus suis iusticie, iuratis et concilio Cesarauguste Salutem et gratiam. Cum cordi nobis sit quod de Cathalonia nullatenus recedamus donec richihomines Cathalonie, cum quibus modo guerram habere credimus, nobis fecerint quidquid facere debeant, vel eos taliter castigaverimus quod contra nos de cetero insurgere aliquatenus non presumant, et quod quando de Cathalonia exhibimus omnibus nostris hominibus Catalonie pacem et securitatem optatam relinquimus; et ad predicta facienda expensas maximas et intollerabiles facere non oporteat et etiam oportebit, rogamus vos quatenus denarii quos modo nobis dare debetis pro redemptione exercitus colligere et nobis persolvere taliter festinetis, quod fidelitate vestre teneamur inde guerram reddere actiones. Scientes pro certo quod Domino concedente, taliter dictos denarios expendemus quod Domino ad laudem et vobis ceterisque nostris fidelibus honorem et commodum redundabit.

Datum Barchinone, VI^a idus septembris anno Domini M° CC° LXX° quarto.

1274, septiembre 8. Barcelona. 2158

Jaime I, rey de Aragón, concede a Jaime Grun, ciudadano de Barcelona, tres alquerías y un lugar, sitios en el reino de Valencia.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 172v.

Noverint universi quod nos Iacobus, et cetera, dedimus per hereditatem propriam et francham vobis, fideli nostro Iacobo Grunni, civi Barchinone, et successoribus vestris, uni post alium successive cum cartis nostris, in regno Valencie, tres alquerias de quibus una vocatur Albalatus, et est in termino de Alteya, et alia vocatur Benabraffimi et alia vocatur Murta; et sunt site in termino Xaloni, ac locum etiam quendam vocatum Benie, iuxta dictam alqueriam Albalati. Et ipsas donaciones fecerimus vobis sub certis condicionibus sive pactis in cartis donacionis inde facte appositis et contentis, pro ut in eisdem plenius continetur. Idcirco, volentes vobis facere gratiam specialem, per nos et nostros successores infranchimus, liberamus et absolvimus ac immunes facimus vos et vestros perpetuo et dictas alquerias ac locum cum pertinenciis suis omnibus, ab omnibus et singulis conditionibus et paccionibus appositis et contentis ac retentis a nobis in dictis cartis donacionis, ita videlicet quod vos nec vestri successores non teneamini ad condiciones et pacciones predictas, contentas in dictis cartis vel altera ipsarum nec ad aliquas earundem, set habeatis ipsas alquerias et locum cum omnibus eorum pertinenciis vos et vestri per hereditatem propriam, francham et liberam ad dandum, vendendum, inpignorandum, alienandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates inde penitus et sicut volueritis, tu [et tui] libere faciendas, sicut melius dici potest etc. Non obstantibus aliquibus condicionibus in dictis cartis donacionis contentis; exceptis tamen quod predicta non possitis vendere nec vendatis vos vel vestri militibus, clericis aut personis religiosos.

Datum Barchinone, VI^o idus septembris anno Domini M^o CC^o LXX^o quarto.

1274, septiembre 11. Barcelona.

2159

Jaime I, rey de Aragón, concede a Raimundo Laverdera la vequería de Gerona.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 172v.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi, Raymundo Çaverdera quod de cetero in vita tua sis sagio vicarie Gerunde dum in ipso officio te habueris legaliter atque bene. Concedentes tibi quod habeas et percipias inde pro tuo officio et labore tantum quantum unus ex aliis sagionibus eiusdem vicarie inde percipiunt et percipere consueverunt.

Mandantes vicariis et subvicariis, \presentes et futuros,/ quod decetero habeant [et teneant] in sagionem dicte vicarie in tota vita tua, dum tamen bene et fideliter in ipso officio te habebis (*ilegible*).

[Datum] Barchinone, III^o idus septembris anno Domini M^o CC^o LXX^o quarto.

1274, septiembre 13 Barcelona.

2160

Jaime I, rey de Aragón, confirma a Bartolomé de Villafranca la donación de un solar y torres contiguas, sitos en Valencia, que le eran disputados por un antiguo usuario.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 173r.

Noverint universi quod cum nos Iacobus, Dei gracia et cetera, fecerimus donacionem tibi, Bartholomeo de Villafranca, de quodam patuo terre et turribus contiguis dicto patuo que sunt in civitate Valencie, sicut in instrumento dicte donacionis plenius continetur, et Guillelmus Manescallus opposuerit se dicte donacioni, asserens dictum patuum et turres sibi iam dudum antea esse donatas a nobis. Et tu, dictus Bartholomeus, in defencionem tuam, disceres quod dictus Guillelmus amserat ius si quod habebatur in dicto patuo et turribus eo quia non solum per quatuor annos set etiam ultra cessaverat a solutione pensionis sive census quem nobis censualiter pro dicto patuo prestare tenebatur. Nos dictam controversiam comisimus Iacobo de Rocha, tunc sacriste ilerdense, dechano Valencie et notario nostro, per suam sententiam terminandam. Qui sacrista, examinato negocio et ordine iudiciario observato, eandem sentencialiter terminavit. Nos itaque, visa sententia dicti sacriste, cum constet nobis per responcionem nobis

factam ab A. de Romanino et Ferrario Mathosis, quondam baiulis nostris Valencie, et etiam ab A. Scriba, tunc baiulo, quibus nos scripsimus ut super hoc nobis rescriberent veritatem, quod dictus Guillelmus cesavit a solutione petitionis quam nobis prestare tenebatur pro dicto patuo per decem annos et ultra ante donacionem factam a nobis tibi dicto Bartholomeo; ex qua cesacione secundum forum Valencie cessidit a iure quod habebat in ipso patuo. Confirmantes sentenciam dicti sacriste tanquam iuste latam, restituimus tibi dicto Bartholomeo possessionem patium et turrium predictarum et donacionem tibi factam a nobis precipimus inviolabiliter permanere et perpetuo observari, pro ut in instrumento dicte donacionis plenius continetur, non obstante donacione facta dicto Guillelmo Manoscallo sine remisione census, cum dicta remissio census facta fuerit post sentenciam dicti sacriste nec obstante aliqua alia donacione a nobis facta de censu sive pencionem quam dictus G. nobis dare tenebatur ratione patui supradicti.

Datum Barchinone, idus septembris anno Domini millesimo CC° LXX° quarto.

1274, septiembre 14. Barcelona.

2161

Jaime I, rey de Aragón, concede a Ade de Barbastro, portero que había sido de doña Berenguela Alfonso, cuatro dineros todos los dias de su vida como compensación del oficio que le dio y que por enfermedad no puede seguir desempeñando.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 173r.

Noverint universi quod cum nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Mayoricarum (*sic*) et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, dedissemus tibi, Ade de Barbastro, portario quoddam dilecte nostre dompne Berengarie Alfonsi, custodiam quartarie roudorii Barchinone in vita tua et quod haberes et perciperes inde pro tuo officio et labore singulis diebus octo den[ar]ios Barchinone ut in carta quam inde a nobis habebas; et quam quidem modo a te recuperavimus et habuimus

plenius continebatur et ratione infirmitatis quam sustines dicto officio vestri non possis. Idcirco ad instanciam et preces dilecti nostri fratris Bernardi de Vinealibus, ordinis Fratrum Minorum, damus et concedimus tibi singulis diebus in vita tua quatuor denarios Barchinone, quos quidem assignamus tibi habendos et recipiendos in redditibus et exitibus nostris quartarie roudorii antedicti; ita videlicet quod habeas et percipias in dictis redditibus et exitibus dictos quatuor denarios singulis diebus in vita tua, ut dictum est. Et pro ipsis non tenearis aliquid servicium facere nec fieri facere in dicto roudorii in custodia nec in aliquibus aliis.

Mandantes et cetera.

Datum Barchinone, XVIII° kalendas octobris anno Domini M° CC° LXX° quarto.

1274, septiembre 17. Barcelona.

2162

Jaime I, rey de Aragón, cita en Barcelona a los caballeros que anteriormente había citado en Monzón.

ACA. Cancillería. Registro 18, f. 59r.

Publ.: FONDEVILLA, "La nobleza catalanoaragonesa", *I CHCA*, II, pg. 1.133.

HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.482.

Dominus rex misit nobilibus et militibus Aragonum, qui quintadecima die post festum sancti Michaelis septembris debent esse congregati in Monsono, litteras sub hac forma:

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum, etc., nobilibus etc. Salutem et dileccionem. Mandamus vobis quatenus statim, visis presentibus, veniatis ad nos apud Barchinonam cum militibus et familia et cum armis et apparamentis vestris et ipsorum simul cum karissimo filio nostro infante Petro. Et hoc non mutetis nec differatis aliqua ratione.

Datum Barchinone, XV kalendas octobris anno M CC LXX quarto.

1274, octubre 1. Barcelona. 2163

Jaime I, rey de Aragón, establece un plazo para juzgar la cuestión suscitada entre Hugolino Pelos, súbdito suyo, y los moros de Málaga, pasado el cual, el asunto será de la jurisdicción del baile de Mallorca.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 174r.

Publ.: GIMÉNEZ SOLER, "La Corona de Aragón y Granada", *BABL*, III, 109, nota 1.

Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fideli suo Petro de Calidis, baiulo Maiorice. Salutem et gratiam. Noveritis quod Hugolinus Pelos, civis Maiorice, comparuit ante nostram presentiam offerens se paratum reddere compotum al arrays domino Malice ad cognitionem proborum hominum super hoc electorum qui in facto maris fuerint usitati. Cumque aliqui omnes [homines] Barchinone et etiam Maiorice se in contrarium opponerent, dicentes quod ob culpam dicti Hugolini Pelos fuerant pignorati propter quod petebant ipsum fore ad dominum Malice pro redditione dicti compoti remittendum; dictus Hugolinus asseruit coram nobis se propter iustas causas non debere remitti ad dominum Malice supradictum, cum hoc non esset ius et dictus [dominus] Malice minatus fuerit quod si contingeret dictum Hugolinum illuc ire eundem in persona ratione dicti compoti retineret ..., ad invicem contendissent fuit per nos taliter ordinatum quod vos reciperetis ydoneos fideiussores (*lac.*) Hugolin.. (*lac.*) cum foret requisitus a nobis in civitate Valencie usque ad festum primum Nativitatis (*lac.*) eiusdem ad cognitionem proborum hominum super hoc electorum super facto maris usitatorum (*lac.*). Ita videlicet quod si infra predictum tempus dictus procurator non veniret vel aliquis nomine dicti arrays habentis mandatum a dicto arrays recipiendi dictum compotum et faciendi id quod dictus arrays cum eodem Hugolino facere teneretur, ex tunc dictus Hugolinus debeat computare intus Maioricam cum certis hominibus per vos electis et super facto maris exercitatis de toto lucro et expensis dicte navis et interim dum compotum fiat post predictum tempus tamen dicta navis ponatur ad licitationem sive

encanti; qua licitatione facta illud quod superfuerit de parte dicti arrays de lucro et precio dicte navis deductis expensis et missionibus dicte navis ad cognitionem dictorum proborum hominum sequestretur per vos in aliqua tabula fidedigni camporis vel in alio loco tuto prout vos melius cognoveritis faciendum quod dicitur [girar] procuratori dicti arrays cum dictam peccuniam voluerit acceptare. Et si forte veniret dictus procurator et nollet venire ad licitationem dicte navis vos nichilominus ponatis eam ad encant. Ita quod dictus Hugolinus non teneatur invitus cum dicto arrays in comunione aliqua remanere. Item volumus quod dictus Hugolinus Pelos in posse vestro assecurat cum eisdem fideiussoribus vel cum aliis quod respondeant eidem arrays si velit de eo comqueri apud Maioricam et faciet id quod de iure vel de usu maris facere teneantur.

Datum Barchinone, kalendas octobris anno Domini MCC LXX quarto.

1274, octubre 6. Barcelona. 2164

Jaime I, rey de Aragón, concede a Guillermo Constantino, vecino de Valencia, el quinto de la pescadería con el salario acostumbrado para los que ejercen dicho oficio.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 177v.

Per nos et nostros damus et concedimus tibi, Guillelmo Constantini, vicino Valencie, officium quinte piscaterie nostre Valencie toto tempore vite tue dum in officio predicto bene et fideliter te habetis. Ita scilicet quod tu colligas et recipias dictam quintam et respondeas inde baiulo nostro Valencie et cui voluerit loco sui et utatis in omnibus et per omnia officio eiusdem ac habeas et percipias inde pro tuo officio et labore tantum quantum alii, qui hactenus dictum officium tenuerunt, consueverunt inde percipere et habere pro eorum officio et labore. Mandantes et cetera, pro te habeant et teneant in collectione et receptione dicte quinte et tibi donent et solvant pro salario tuo singulis annis tantum quantum aliis illud officium tenuerunt

dare consueverunt, toto scilicet tempore vite tue dum, ut dictum est, in dicto officio bene et fideliter te [habetis].

Datum Barchinone, pridie nonas octobris anno Domini M° CC° LXX° quarto

1274, octubre 8. Barcelona. 2165

Jaime I, rey de Aragón, concede a Saurina de la Torre, priora del monasterio de Junqueras, y a todo el convento una cuartera de trigo diaria durante un periodo de quince años.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 177r.

Publ.: IBÁÑEZ LEIRÍA, M^aP., “El monasterio de Junqueras (1212-1389)”, *Las Órdenes Militares en la Península durante la Edad Media*, doc. 6.

Damus et concedimus vobis, Saurine de Turre, priorisse monasterii de Jonqueriis, et vestro conventui, habendum et percipiendum a die qua presens scribimus carta usque ad XV annos primos continue venturos, unum quartarium frumentii qualibet die super ius quod habemus et accipimus et habere et accipere debemus in molendinis nostris Barchinone, ratione victus Cilie, filie Marchi de Villanova, quam precibus nostris nunc in monialem vestri ordinis recepistis. Mandantes etc. Immo ipsum quartarium frumenti vobis qualibet die habere et accipere in predicto iure nostro, iam dicte quartarie permitant libere et quiete et sine aliquo impedimento si de nostri confiditis gratia vel amore.

Datum Barchinone, VIII idus octobris anno predicto [M° CC° LXX° quarto].

1274, octubre 11. Barcelona. 2166

Jaime I, rey de Aragón, concede al monasterio de Santa María de Amer que sus hombres dispongan de un plazo de quince días para satisfacer las querellas que les fueren exigidas por los oficiales reales

y, asimismo les concede que sus oficiales no puedan detener persona alguna en día de mercado salvo si hubieren cometido crimen o traición.

ACA. *Santa María de Amer*, núm. 110. Pergamino, sello pendiente perdido.
Pub.: PRUENCA, E., *Diplomatari de Santa Maria d'Amer*, núm. 146.

Noverint universi quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros, ex certa sciencia, donamus et concedimus vobis, Berengario abbati ameriensi et successoribus vestris et monasterio ac conventui eiusdem, in perpetuum, quod si contigerit per quoscumque homines fieri querimonias contra homines vestri monasterii per curiam nostram, tam Gerunde curie quam aliunde, non possint dictos homines vestros distringere nisi prius in vos aut successores vestros seu baiulos vestros vel locum vestrum tenentes faticca quindecim dierum inventa fuerit; quam faticcam vobis damus et concedimus in hunc modum: quod si infra quindecim dies computandos a die querimonie feceritis satisfieri querelantibus vel feceritis eis fieri iuris complementum aut composuerint in posse vestro, quod deinde curia nostra predicta non possit aliquid exigere a dictis hominibus vestris ratione ipsius querimonie; et si infra quindecim dies predictos non fuerit satisfactum dictis querelantibus vel eis complementum iuris factum non fuerit, ut predictum est, deinde curia nostra predicta distringat dictos homines vestros sicut facere consuevit ipsis quindecim diebus transactis. Item concedimus vobis et successoribus vestris et monasterio, in perpetuum, quod in die mercati Amerii aliquis vicarius vel subvicarius vel sagiones nostri vel alii oficiales non possint aliquos homines vel feminas undecumque venientes ad dictum mercatum marcare, capere vel alio modo gravare pro aliquo debito vel delicto, nisi proditores fuerint vel homicide aut banditi.

Mandantes vicariis, baiulis, iusticiis et universis aliis officialibus et subditis nostris, presentibus et futuris, quod predictam donacionem et concessionem firmam habeant [et observent] et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione.

Datum Barchinone, quinto idus octobris anno Domini M CC LXX quarto.

Signum (*signo*) Iacobi, Dei gracia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani.

Testes sunt: Guillelmus Raimundi de Montecathano. Gaucerandus de Pinos. Geraldus de Capraria. Bernardus de Scintillis. Berengarius de Pulcrovisu.

Sig(*signo*)num Bartholomei de Porta, qui mandato domini regis hec scribi feci et clausi.

1274, octubre 30. Barcelona.

2167

Jaime I, rey de Aragón, vuelve a escribir al Vizconde de Cardona sobre la devolución de los feudos.

ACA. Cancillería. Registro 22, f. 17v.

Publ.: CUBELLS, M. *Révue Hispanique*, t. 37, pg. 162.-

FONDEVILLA, F., "La nobleza catalano-aragonesa", *ICHCA*, II, pg. 1.137.-
HUICI, A., *Colección diplomática*, núm. 1.483.

Iacobus, Dei gracia etc., nobili R., vicecomiti Cardone. Salutem, Fem vos saber que vim vostres letres, les quals nos foren donades lo segon dia a l'exida daquest mes d'octubre, en les quals nos envias a dir que pel tort que deitz que fem a vos e an P. Berga e als vostres cavalers e per las custums que deitz que us fem a vos e per altres torts que deitz que us fem a vos e als altres richs homes de Cataluyyna, nos acuyndatz e us desexitz de nos de fe e de naturalea que de mal que feessetz a nostres homes ni a nostra terra ni a res del nostre tengut nons siatz, mal e greu que us es, car ab nos avetz a contendre e que nostre dret no volem pendre segons que deitz. On vos fem saber quens maraveyllam de vos de zo que deitz que us desexitz de nos de fe e de naturalea, car negun rich hom de Cataluyyna no deu nes pot desexir de nos de naturalea ni de fe. Esters fem vos saber que nos no fem ni avem en cor de fer tort a vos ni an P. de Berga, ne a

negu rich hom ni cavaler de Cataluyyna, ans som aparellatz de fer dret a vos e an P. de Berga e als altres qui clam agen de nos, e de seguirvos usatge de Barcelona e de pendre dret de vos e dells, a coneguda de nostra cort, et ja o avem profert a vos e a ells entro aci e us ho perferim encara de fer dret a vos e a ells e pendre dret de vos e dels a coneguda de nostra cort. Empero fem vos saber que si en vostres acuyndaments perseveratz e no voletz pendre nostre dret e nos volem pendre vostre dret, creerem quens tindretz l'usatge e'ls XXX dies contadors del dia del acuyndamentz donatz a nos, dins los quals mal nons devetz fer, segons l'usatge. Encara us fem saber que si vos en los dits acuyndamentz perseveratz e no voletz pendre nostre dret ni fer a nos dret, que enantarem contra vos axi com contra aquel qui no vol pendre dret de son seynor ni fer li dret; e qui a tort nos avets acuyndat, nos volem vos fer dret e pendre de vos dret a coneguda de nostra cort, segons usatge de Barcelona. E axi desexim nos de vos que de mal que us fazam nos nils nostres no us siam tengutz e pus nostre dret no vullatz pendre ni fer nos dret et vega Deus e homes que a tort nos acuyndatz e sobre per forçam de dret nos voletz fer mal e us levatz contra vostre seynor natural a tort e sens rao.

Datum Barchinone, III kalendas novembris anno Domini M CC LXX quarto

1274, noviembre 18. Barcelona.

2168

Jaime I, rey de Aragón, y el sultán de Marruecos firman un tratado de alianza para la toma de Ceuta.

ACA. Cancillería. Registro 19, f. 6r.

Publ.: GIMÉNEZ SOLER, "Expedición de Jaime II a Almería", *BALB*, II, pg. 309.

Manifesta cosa sia a totz qomo nos Aben Juceff Miramomelli, senyor de Marrochs e de Fez, Suyalmoza e de sus salmensa e senyor del benimarins, fem pau e amor perdurable per totz temps ab vos, noble en Jacme, per

la gracia de Deu rey d'Arago e de Mallorques e de Valencia, compte de Barcelona e d'Urgell e senyor de Montpeler, nos ab vos e vos ab nos, e puis que romanga aquella pau entrels nostres fills e les vostres en tal manera que vos nos façatz ajuda a pendre Cepta e que nos envietz X naus armades e IX galees, e entre altres lenys e barques que sien a suma de L, e que nos envietz D entre cavalers e homens de linyatge. E nos prometem vos que us enviarem C mille besants ceptins bons per aquest navili e C mille besants altres pera guisar l'armada del cavallers; e si mes d'un an estaven los cavallers en pendre Cepta, vos darem tant quant la quantitat del an sera que estien en pendre Cepta; e si tots l'an hi estaven, que us darem los C mille besantz axi quomo dit es. E Cepta presa, prometemos que us darem L mille besantz a vos e als vostres per cascun an, e encara que darem als senyor dels cavallers que vos hi enviaretz, C besantz per cada dia e cavayls a el e als altres qui vendran en ajuda nostra; e a cada cavaller sengles camells si avien en negun lloch anar ab vos. E al rich home que y enviaretz, darem azembles sufficients, aquelles que a el mester seran per al viatge que faran ab nos, e prometem que al cap del an quen lexarem venir el rich hom e a aquels cavallers ab tot ço que guanyat hi auran ab que vos nos refrasquets atres tants cavallers que sien ab nos tro ajam presa Cepta; e encara que y hajen sglesia e oratori aquells cavallers segons ques usa per los christians. Encara que daren al cavaller cada dia II besantz per cascun mes pagat, axi com la lura pareszia. E aquestes coses, ço es a saber, la amor e la promesio del aver, prometem a vos en fe de Deus e en la nostra a bona fe e sens engan atendre e complir.

E nos en Jacme, per la gracia de Deu rey d'Aragon, de Mallorques, de Valencia, conde de Barcelona e d'Urgell e senyor de Montpeller, prometem a vos Aben Jucef Miramamolli, senyor de Marroch e de Fez e de Salyalmeça e de sas pertinencias e senyor dels benimarins, en la fe que Deus nos ha dada e en la nostre, d'atender e de complir a vos los D cavallers e homens de linatge que u dejen esser e les X naus e X galees, entre lenys e barques, tro a suma de L; e d'aço enviam vosen nostra carta ab nostra bolla segellada,

e vos enviatz nosen vostra carta segellada e fermada axi quom cosa entre nos.

Data Barchinone, XIII kalendas decembris anno Domini M° CC° LXX° quarto.

1274, noviembre 19. Barcelona.

2169

Jaime I, rey de Aragón, da licencia al comendador de Montalbán y a Hugo de Mataplana, arcediano de Urgell, para que concedan treguas de diez días a Ramón de Cardona y a Pedro de Berga y sus validos, en la lucha que sostienen contra el monarca.

ACA. Cancillería. Registro 22, f. 22r.

Publ.: MIRET Y SANS, *Itinerari de Jaume I*, pg. 509.

SÁINZ DE LA MAZA, R., *La Orden de Santiago en la Corona de Aragón*, Zaragoza 1980, doc. 60.

Nos Iacobus etc. damus licentiam et plenum posse vobis, comendatori de Montealbano et Hugoni de Mataplana, archidiacono urgellensi, quod possitis dare treguas decem dierum pro nobis R. de Cardona et Petro de Berga et eorum valitoribus, ipsis tamen dantibus nobis treguas decem dierum similiter et vobis loco nostri.

Datum Barchinone, XIII kalendas decembris anno Domini M° CC° LXX° quarto.

1274, diciembre 13. Tarragona.

2170

Jaime I, rey de Aragón, ordena a sus oficiales de Cocentina que cobren a Abdulhuabeb Alburi, sarraceno, tan solo doscientos cuarenta sueldos de los cuatrocientos ochenta que debe del peaje y otras cosas que tiene a tributo en Cocentina, correspondientes al año en curso.

AMC. Cort del Justicia 1275-1276, núm. 4.

Publ.: BAÑÓ, R., "Registres de Jaume I a l'Archiu Municipal de Cocentaina", *I.E.A.*, 29, pg. 105.

Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quadam litera domini regis in papiro scripta, cum eius sigillo minori in dorso impresso, cuius series talis est:

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis alcaido, iusticie et baiulo Cocentanie. Salutem et gratiam. Mandamus vobis quot ex illis quadringentis et octuaginta solidos regalium quos Abdulhuabeb Alburi, sarracenus, debet de pedagio et aliis que ipse tenet ad tributum in Cocentania et quod solvere tenetur in presenti anno, non petatis ab eo nisi ducentos quadraginta solidos, tantum quoniam residuos ducentos quadraginta solidos dimisimus ei de gracia speciali et racione missionis quam fecit in pedagio supradicto. Mandamus etiam vobis quot de predictos ducentos quadraginta solidos quos solvere debet, ut dictum est, elonguetis dictum sarracenum usque in primum venturum festum sancti Iohannis, mensis iunii, et interim ipsum, nec eius fidancias nec uxores vel filios eius aut bona sua, modo aliquo non compellatis racione predicta. Et si qua pignora eis fecistis, ea in continenti restituatis eisdem ipso tamen assecurante quod dicto termino solvat. Et hoc non mutetis.

Datum Terrachone, idus decembris anno Domini M^o CC^o LXX^o quarto.

1274, diciembre 13. Tarragona.

2171

Jaime I, rey de Aragón, ordena a las autoridades y concejo de Segorbe que respondan de los derechos del obispado ante el obispo de Tortosa.

ACV. *Leg.* 678. 1.

Publ.: GARCÍA EDO, V., *El obispado de Segorbe-Albarracín en el siglo XIII*, Segorbe 1989, pg. 105, doc. 25.

Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis iusticie et iuratis et concilio Sogorbicensis. Salutem et gratiam. Noveritis quod venerabilis dertusensis episcopus significavit nobis per suas litteras quod dominus Papa comissit seu comendavit eidem ecclesiam Sogorbii custodiendam cum iuribus omnibus et pertinentiis suis. Et missit nobis transcriptum rescripti apostolici super hoc ei directi suo sigillo sigillatum, in quo predicti vidimus contineri, rogavit etiam nos per litteras predictas et ex parte domini Pape nos et requisivit ut nos dictam ecclesiam ei deliberari feceramus et mandarem. Unde cum idem dertusensis episcopus nos tanquam secularem brachium duxerit et invocandum in predictis dicimus et mandamus vobis firmiter et districte, quatenus visis presentibus litteris de cetero respondeatis prefato episcopo dertusensis vel illi quem ipse in ecclesia predicta Sogorbii loco suo duxerit statuendum, de iuribus omnibus dicte ecclesie, tam in temporalibus quam in spiritualibus, integriter et sine aliqua contradictione. Unde idem dominus Papa de eandem ecclesia aliter duxerit ordinandum et non episcopo Albarracini vel aliqui loco eius aut alii persone nisi dicto dertusensis episcopo vel qui ipse voluerit loco sui. Et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum Terracone, idus decembris anno Domini M^o CC^o LXX^o quarto.

1274, diciembre 29. Barcelona.

2172

Jaime I, rey de Aragón, levanta a Bartolomé de Manibus la prohibición de vivir en Montpellier y usar del oficio de baile, a lo que se le había sentenciado por haber cometido adulterio por la fuerza con la mujer de Bernardo Carlos.

ACA. *Cancillería. Registro 20, f. 194v.*

Quod nos Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, tulissemus sententiam in Perpiniano in qua te Bartholomeum de Manibus absolvimus

a denunciacione contra te tunc tenentem locum baiuli facta super facto (*ilegible*) Bernardi Karoli, de quo dicebatur quod intraveras cum armis domum ipsius Bernardi Karoli et adulterium comiseras cum eius uxore P.; et mandavisse in eadem sententia ac vellimus quod deinceps non uteretur officio baiuli in villa Perpiniani nec moretis in villa vel terminis eiusdem. Quem, siquidem volentes tibi facere gratiam specialem, absolvimus per nos et nostros ac liberamus te Bartholomeum de Manibus predictum de mandato cum interdictione nostris predictis. Concedentes tibi per nos et nostros quod possis decetero intrare et stare salve et secure in ville et terminis Perpiniani et vestri ibidem licite et secure dicto officio quod tunc quando facta fuit dicta denunciatio ibi tenebas nisi alii dederimus ipsum officium necnon etiam et possis uti ibidem alio quolibet publico officio mandato nostro predicto in dicta sententia contento in aliquo non obstante.

Mandantes et cetera.

Datum Barchinone, IIII° kalendas ianuarii anno Domini millesimo CC°. LXX°. quarto.

1274, diciembre 29. Barcelona.

2173

Jaime I, rey de Aragón, concede a los hombres buenos y universidad de Játiva que sus ganados puedan pacer libremente en los términos contiguos aunque sean de nobles o eclesiásticos.

ACA. Cancillería. Registro 20, f. 194v.

Per nos et nostros damus et concedimus vobis, probis hominibus et universitate Xative, tam presentibus quam futuris, quod possitis tenere et pascere bestiarum vestra minuta et grossa in terminis castrorum et tenenciis alqueriarum et terrarum ac aliarum hereditatum quorumlibet richorum hominum vel militum, aut ordinum sive ecclesie que vobiscum terminos dividunt et sunt contigua terminis vestris, libere scilicet in pace, de area ad aream et de cequia ad cequiam, secundum forum Valencie. Ita quod

nullum inde erbagium vel servitium teneamini sive dare prout in foro Valencie continetur.

Mandantes et cetera.

Datum Barchinone, IIII° kalendas ianuarii anno Domini millesimo CC°. LXX°. quarto.

1274, diciembre 29. Barcelona.

2174

Jaime I, rey de Aragón, concede a Bernardo Embertat de Puigcerda la sayonía de toda la veguería durante su vida mientras la desempeñe fielmente.

ACA. Cancillería. Registro 20, f. 194v.

Laudamus, concedimus et confirmamus ex certa sciencia tibi, Bernardo Embertat de Podio Cerdano, saioniam tocius vicarie quam tibi concessimus olim cum carta nostra in vita tua ut in ea continetur. Ita videlicet quod tu habeas et teneas potenter et in pace toto tempore vite tue dictam saioniam dum bene et fide in ipso officio te habueris, sicut in dicta carta quam inde habes, melius et plenius continetur; non obstante carta aliqua a nobis in contrarium alicui ratione, cum non sit intensionis nostre aliquid in alterius iure preiudicium concedere cuicumque.

Mandantes et cetera.

Datum Barchinone, IIII° kalendas ianuarii anno Domini M° CC° LXX° quarto.

1274, diciembre 31. Barcelona.

2175

Jaime I, rey de Aragón, ordena a sus oficiales que no obliguen a Jimeno Pérez de Artieda ni a sus fiadores a pagar las deudas durante el próximo año.

AMC. Cort del Justicia 1275-1276.

Publ.: BANYÓ, "Registres de Jaume I", *I.E.A.*, doc. 8.

Iacobus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, fidelibus suis iusticiis, baiulis, iuratis et universis aliis officialibus et subditis nostris ad quos presentes pervenerint. Salutem et gratiam. Mandamus vobis quatenus hinc ad unum annum continue venturum non compellatis nec compelli permitatis Eximinum Petri de Artieda, nec debitores vel fideiussores pro ipso in debitis obligatos nec aliqua bona ipsorum, ad solvendum aliqua debita que debeant aliquibus personis christianis videlicet et iudeis in aliqua parte ipso tam asecurant quod dicto Eximino solvat. Volumus tamen quod si habet aliqua bona mobilia unde solvere possit, exceptis bestiis aratoriis, vasis vinariis, panis, lectorum et utensilibus domus, quod solvat. Et hoc aliquatenus non mutetis.

Datum Barchinone, II^o kalendas ianuarii anno Domini millesimo CC^o LXX^o quarto.

[1274]

2176

Jaime I, rey de Aragón, dicta disposiciones sobre las causas civiles y criminales de los judíos de Perpiñán, Puigcerdá, Villafranca de Conflent y otros lugares de la colecta.

ACA. *Cancillería. Registro 19*, f. 145r.

Publ.: BOFARULL, "Jaime I y los judíos", *I CHCA*, II, pgs. 930-931.

Quod nos Iacobus, Dei gracia etc., volentes vitare calumpnias et gravamina plura quod iudeis nostris Perpiniani et eorum collecte aponuntur a nostris officialibus vel eorum locum tenentibus ac aliis et eciam inferuntur. Idcirco, per nos et nostros damus, concedimus et indulgemus vobis, aliame iudeorum Perpiniani, universis et singulis iudeis et iudeabus eiusdem aliame et Podii Ceritani ac Villefranche Confluentis et aliorum locorum collecte vestre, tam presentibus quam futuris, quod si aliquis christianus vel iudeus ut

aliquis baiulus vel alius officialis noster accusaverit vel denunciaverit, aliquem seu aliquos de iudeis seu iudeabus Perpiniani, Podii Ceritani et Villefranche Confluentis seu aliorum locorum de eorum collecta super aliquo crimine publico seu privato, quod dentur seu presententur denunciato seu acusato capitula contra eum proposita sine data et nomen denunciatoris vel acusatoris, prius scilicet et antequam iudeus seu iudea denunciatus vel accusatus, vel denunciata vel accusata, rendeant seu respondere teneantur nec ad inquisitionem super eo modo aliquo datur procedatur. Item, quod denunciator vel acusator teneatur antequam ad inquisitionem procedatur inscribere se ad penam talionis et ad restituendum denunciato vel acusato expensas et interesse, quas et quod facient seu sustinebunt ratione ipsius denunciacionis vel accusacionis si denunciata vel accusata non probarentur et de hoc idoneos fideiussores prestare et expense et interesse restituantur eidem denunciato vel acusato a denunciatore vel acusatore, ut dictum est, prout secundum ius fuerint restituende; et quod tanquam etiam ad inquisitionem procedatur, nec iudeus denunciatus vel acusatus, vel iudea denunciata vel accusata rendere teneantur vel rendant, donec eis unus advocatus sufficiens ad eviccionem iudicis qui advocatus eos iuvet et deffendat ipsos tamen denunciato et acusato iurantibus prius se sine licencia curie non posse habere in eo negocio advocatum. Item, per nos et nostros concedimus vobis et vestris quod aliquis iudeus vel iudea Perpiniani, Podii Ceritani vel Villefranche Confluentis aut aliorum locorum collecte ipsorum non capiantur nec eis bona eorum emparentur vel occupentur per baiulum vel alium officialem nostrum ratione sue accusationis alicuius criminis seu maleficii quod comisisse dicantur nisi denunciator vel acusator ante querelas prius apparent quod ad penam talionis et de restitutione expensarum et interesse se obliget et idoneos inde prestat fideiussores, ut est dictum, vel nisi fama publica contra ipsum denunciatum vel accusatum laboraret in Perpiniano vel Podio Ceritano vel in Villafranca vel in altero aliorum locorum collecte vestre, de qua fama ipsi baiulo vel officiali nostro legitime constaret ipso tamen denunciato vel acusato satis dante idonee stare iuri et nullus etiam iudeus denunciatus vel acusatus et nulla iudea denunciata

vel accusata qui sint vel fuerint de dicta aliama vel eorum collecte, ut est dictum, ponatur in questionibus ratione alicuius criminis vel maleficii nec terror vel nunc subponendi cum quibus inferatur verbo vel facto eidem nisi per sententiam iudicis et nisi per denunciatores vel accusatores satis datum fuerit primitus, ut est dictum; et cum per iudicem fuerit sententiatum, ipsum iudeum seu iudeam questionibus subponendum esse vel subponendam subponatur questionibus presente ipso iudice et baiulo nostro per illos quos ipse iudeus ... Concedentes etiam vobis ac statuentes quod si denunciatur vel acusator probare nequiverit, id quod denunciaverit vel acusaverit ipse denunciator vel acusator ... si ipse se absentaverit eius fideiussores condempnentur et puniantur prout faciendum sit.

Índice general

Prólogo	I
Siglas empleadas	III
Documentos	1
Índice general	581

Este libro
se terminó de imprimir
en la ciudad de Zaragoza
el día 15 de diciembre del 2017.

Laus Deo.